

Google

RELIQUIÆ
TABULARUM TERRÆ
REGNI BOHEMIAE
ANNO MDXLI IGNE CONSUMPTARUM.

SUMPTIBUS

EXCELLENTISSIMI DOMINI

HENRICI JAROSLAI COMITIS DE CLAM-MARTINIC,
GUBERNATORIS DOMUS SMEČNENSIS,

EDIDIT

Dr. JOSEPHUS EMLER.

TOMUS I.

PRAGÆ, MDCCCLXX.
TYPIS JAROSLAI POSPÍŠIL.

POZŮSTATKY
DESK ZEMSKÝCH
KRÁLOVSTVÍ ČESKÉHO
R. 1541 POHOŘELÝCH.

NÁKLADEM

JEHO EXCELLENCÍ PANA

JINDŘICHA JAROSLAVA HRABĚTE CLAMA MARTINICE,

VLADAŘE DOMU SMEČANSKÉHO,


VYDAL

Dr. JOSEF EMLER.

DÍL I.

V PRAZE, 1870.

TISKEM JAROSLAVA POSPÍŠILA.


HARVARD COLLEGE
JAN 26 1921
LIBRARY

REGNO BOHEMIÆ

DICATUM.

Hoc opus edentem quamquam decebat procemium addere, quo adumbraretur, quod primum initium et quam annorum decursu commutationem habuissent tabulæ terræ regni Bohemiæ, quoque planius describeretur, quem ad modum in usum populi fuissent institutæ: tamen quum in fine operis de institutione et fatis tabularum terræ usque ad annum 1541 latius disserere propositum mihi sit, in præfatione non exhibeo, nisi quod ad opus ipsum percipiendum utique necessarium esse videtur. Ita enim fieri poterit, ut in illa dissertatione lectores ad eos ipsos operis locos, qui ad institutionem tabularum atque fata pertineant, revocentur.

Institutio tabularum terræ quum ad judiciorum in Bohemia consuetudinem maxime referatur, ab ultima antiquitate initium sumit, fortasse ab illo tempore, quo ars scriptoria apud majores nostros coli coepta est. Antiquissimis certe temporibus omnia judicia provincialia (cúdy) tabulas terrestres asservabant, in quas omnium rerum judicatarum, quæ ab oblivione hominum vindicarentur, memoria referebatur. Reliquiæ tabularum provincialium ad nostram usque ætatem propagatæ quamquam non crebræ sunt, tamen manifeste testantur, fuisse tabulas terræ provinciales in oppidis Zacz, Pilsna, Grecz reginæ, Neumburga, Litoměřic, Mělník; ergo quin quot judicia provincialia tot fuerint tabulæ terræ, minime potest dubitari.

Quum apud omnia judicia, tum apud judicium Pragense erant tabulæ terræ, quarum fides certe et auctoritas, sicut inter judicium Pragense et cetera judicia provincialia initio nihil differebat, ita per solum judicii Pragensis districtum valebat. Postquam vero regibus Přemyslao Otacaro II et Venceslao II, quum omnes res forenses in dies magis ad judicium Pragense ruerent, judicium hoc auctoritate ceteris judiciis provincialibus tamquam superior curia judicialis præstitit, tabularum terræ quoque Pragensium auctoritas per universum regnum Bohemiæ dilatata est. Deinde quum crebris nobilium et clericorum exemtionibus ab jurisdictione auctoritas judiciorum provincialium magis magisque concideret, etiam institutio tabularum terræ provincialium concidebat; tandem exortis bellis Hussiticis æque ac judicia provincialia ipsa memoria tabularum terræ provincialium prorsus evanuit.

Tabulis terræ incolæ regni Bohemiæ ad consignanda confirmandaque jura publica atque privata utebantur. Initio certe in illas tabulas id solum referebatur, quod in judiciis peractum ab oblivione hominum vindicandum erat.

Item tabulis terræ confirmabatur, quo jure hereditates liberæ acquisitæ essent, quæ jura erant contractus, emtionis, obligationis, testamenti ect. Ante tabulas terræ cautionem dominii (hereditatis) aut literis aut pronunciationibus in foro majores nostri sibi adhibuerant. Hereditates in

tabulas terræ referri coeptas esse opinor sæculo XIII, easque initio fuisse perraras. Deinde quum cautionem tabulis terræ sibi adhibere homines paulatim consuessent, tanta earum sæculo XIV apparuit fides, ut esset regula: „si quis haberet testimonium tabularum, nullam contra tabulas esse testium auctoritatem, nisi forte tabulas a beneficiariis esse vitiatas alter litigantium argumentis confirmasset.“

Comitia (sněmy) superiorem curiam judicialem olim fuisse constat, quorum decisiones in causis privatis factæ quum in tabulas referrentur, dein consuetudo publicas quoque decisiones (decreta, leges) in tabulas referendi inveteravit. Itaque omnes leges, quæ in vita populi publica atque privata valerent, ad tabulas referebantur.

Quæ quum ita sint, facile intelligitur tabulas terræ fuisse tamquam tabularium juris quam publici tam privati, quibus ad cautionem sibi adhibendam antiquitus usam esse et universam regni Bohemiæ communitatem et singulos regni ordines, omnes familias et singulos homines, quibus fuerint liberæ hereditates. Quum 2 die Junii anno 1541 regia arx Pragensis et quidquid in ea erat magnifici atque pretiosi, incendio deleta essent, tabulæ quoque terræ infestis ignibus penitus consumtæ sunt. Quidquid de illa atroci calamitate accepimus, omnium sententiæ congruunt, majores nostros maxime deploravisse deletas tabulas tamquam „præcipuum regni Bohemiæ thesaurum atque ornamentum“. Quod damnum eo gravius esse videbatur, quo major fuerat fides sanctitatis earum atque incolumitatis, id quod Victorinus de Všehrd his verbis demonstrat*): „Singulæ literæ pereunt aut a tineis corrosæ, aut ignibus deletæ, aut ab improbo fure ademtæ; sed tabulas terræ neque ætas dissolvit, neque a tineis neque ignibus urgentur, neque aquam neque ferrum curant, fures irrident; fideles omnium rerum in eas relatarum custodes bona sibi credita incolumia conservant non solum nobis et liberis nostris, sed etiam horum liberis et iis, qui genus ducent ab ipsis.“

Tabulis exustis quum omnes timerent, ne ipsis fundamenta juris adimerentur, neve jus ipsum in dubium vocaretur, et rex ipse et regni ordines id maxime curabant, ut tabulæ terræ restituerentur; sed quo major erat cura cautionum juris privati denuo in tabulas referendarum, eo magis negligebantur juris publici quæ vocantur „impositiones“. Ita factum est, ut tabulis restitutis eæ potissimum exustarum tabularum impositiones inscriberentur, quæ eo tempore ad usum vitæ spectarent. Certe præter aliquot comitiorum decreta perexigua pars impositarum hereditatum ex veteribus tabulis in novas relata reperitur. Attamen veteres tabulæ terræ, id quod supra commemoravimus, tamquam tabularium fuerant juris non solum privati sed etiam publici a sæculo XIII usque ad annum 1541, et quo modo regni Bohemiæ res publicæ, forenses, privatæ crevissent, in iis, ut in speculo, cerni potuerat. Cujus tabularum partis ad rem publicam spectantis ii, qui eas restituere jussi erant, rationem habebant nullam, quamquam eo tempore permultæ literæ, quæ e tabulis descriptæ manibus hominum terebantur, facile erant recuperandæ.

Nunc quæritur — quæ res ad historiam Bohemiæ accurate scribendam est gravissimi momenti — numquid reparare possimus, quod ante 300 annos majores nostri neglexerint? Quærentibus nobis ante annos plus viginti ***Franciscus Palacký***, perillustris regni Bohemiæ

*) Knihy devatery o práviech ꝛc pag. 259.

historiographus, respondit, quum reliquiarum illarum partem haud exiguam in libris, qui inscribuntur „Archiv Český", ederet. Is jam tum non solum non acquievit in demonstrando, quanti momenti atque pretii essent illa historiæ nostræ monumenta et quantopere esset expetendum, ut colligerentur atque ederentur, sed etiam ut quæ opus essent ad edendum, præpararentur, omnibus viribus contendebat. Quo concitante ***Carolus Jar. Erben,*** vir doctissimus et de patria optime meritus, qui tum erat præfectus tabulario Musei regni Bohemiæ, tabulas terræ restitutas perlustrare coepit, quidquid tabulis exustis olim contineretur, ex restitutis excerpturus. Qui deinde quum aliis imprimis juris prudentiæ studiis ita occupatus esset, ut a præparatione reliquiarum edendarum desistere cogeretur, post aliquot annos ***Ign. Jos. Veselý,*** assistens Musei regni Bohemiæ, etiam a Palacký excitatus idem appetebat. Post ejus mortem postquam hæc studia plus decem annos jacuerunt, tandem anno 1863 eodem impulsu ego rem porro tractare coepi, quæ ut perficeretur, omni tempore otioso contendebam atque enitebar.

Postquam vero studiosissimo adjutore Dr. ***A. Gindely,*** præfecto regni Bohemiæ tabulario, res eo processit, ut reliquiæ tabularum terræ exustarum typis edi potuissent, ipsum opus sumptuosissimum pæne in irritum cecidit, nisi ***Excellentissimus Dominus Henricus Jaroslaus comes de Clam-Martinic,*** alter Mæcenas, tam animi magnitudine quam generis nobilitate clarissimus, rem fere desertam liberalissime adjuvisset.*)

Hi sunt fontes, ex quibus in colligendis tabularum exustarum reliquiis hausimus:

1. ***Pars quaterni citationum ann. 1316—1320 et registra quaterni citationum rubri ann. 1539—1542,*** quæ unicæ reliquiæ atrox incendii damnum effugerunt. Quarum pars altera mirabili quodam modo Novam Domum pervenerat, ubi ante tres annos inventa et ab Excellentissimo Domino Eugenio comite Černín de Chudenic Museo regni Bohemiæ donata est. Alteram partem (quaternum rubrum), quum incendium oreretur, procurator camerariorum manibus tenuit et servavit.

2. ***Extractus tabularum terræ,*** singulis hominibus a beneficiariis ante tabulas exustas concedente rege vel judicio terrestri editi. Quorum extractuum post ipsum incendium numerum fuisse permagnum, e numero haud mediocri eorum, qui ad nos pervenerunt, colligitur.

3. ***Literæ originales,*** in quibus versis annotatum est, ipsas insertas esse tabulis terræ.

4. ***Codices manu scripti et libri typis editi.*** Nam præter extractus ad usum judicii definitum exhibitos ii quoque extractus e tabulis terræ prodibant, „quorum consilio in judiciis ii uterenter, quibus opus esset". Qui erant extractus decissionum baronum, quos partes litigantes vel procuratores (comissarii) earum in judiciis ostendebant petentes, ut sibi in causis similibus vel paribus (quasi e præcedente) idem adjudicaretur. In hac consuetudine fundamenta universi juris bohemici tam publici quam privati posita sunt, quum paullatim apparerent extractuum libri, qui transcribebantur et novis decisionibus supplebantur. Sed alias quoque propter causas extractus tabularum terræ majores nostri expetebant. Nam quum barones atque equites primum

*) Antiquissimi dominorum de Martinic generis historiam mox typis editum iri, per parenthesin nobis liceat annotasse.

de beneficiis terrestribus inter se, dein utrique cum civitatibus litigarent, neque controversiæ de religione defervescerent, longinquæ transactiones tabulis inscribebantur, ex quibus in libros supra memoratos perveniebant. Item ad crebrum tabularum usum nobilium de generis vetustate lites adducebant, quibus antiquissimos debemus tabularum extractus, etsi præter nomina baronum, qui vario tempore judiciis assidebant, nihil aliud afferunt. Memoriæ sublevandæ causa etiam aliis in rebus extractus ex tabulis describebantur et vel singula vel plura simul in varios codices manu scriptos referebantur.

Ita magnus numerus judicialium in causis publicis privatisque decisionum, decretorum comitialium, aliorum quorundam monumentorum, quæ olim in tabulas relata erant, usque ad nostram ætatem in variis codicibus manu scriptis asservatur, quos hosce præcipuos commemoro:

a) Codicem mscr. sign. n: 1, ad tabulas curiæ regalis asservatum, quo plures formulæ, anno circiter 1350 e tabulis descriptæ, continentur.

b) Codicem decisionum in bibliotheca coenobii Raigradensis in Moravia asservatum; quod est corpus „inventionum“ vetustissimum, annis 1465—1485 congestum.

c) Codicem c. r. bibliothecæ aulicæ Viennensis, sign. n: 3483 (olim Ambrasianum 406, deinde juris civilis 220), qui eadem atque prior manu exaratus est.

d) Alterum ejusdem bibliothecæ codicem, sign. n: 5106 (olim Ambrasianum 398, deinde juris civilis 220).

e) Codicem Treboniensem anno 1486 manu scriptum, cujus folia 387—462 decisiones ex tabulis descriptas habent.

f) Codicem mscr. Musei regni Bohemiæ, olim n: 768, nunc 23. G. 3. sign., qui cum priore plurimum congruit.

g) Codicem Talmbergicum ibidem asservatum, qui ineunte sæculo XVI conscriptus et, si multitudo literarum e tabulis descriptarum respicitur, omnium locupletissimus est; nam de 450 foliis circiter 400 foliis partes tabularum continentur.

h) Codicem olim Hořovicii, nunc nescio quo in loco asservatum, et

i) Codicem bibliothecæ Gersdorfianæ Budissæ asservatum, qui cum codice Talmbergico congruunt, sed posteriore ætate exarati sunt.

k) Codicem tabularii Konopištensis exeunte sæculo XVI mendosius scriptum.

Leges publicæ majoris momenti, imprimis articula comitiorum, continentur:

l) Codice mscr. Raudnicensi, qui multa decreta sæculo XV exeunte et XVI ineunte in comitiis facta habet.

m) Codice mscr. Crucigerorum cum rubea stella Pragensium.

n) Codice mscr. principum de Fürstenberg Pragæ asservato.

o) Duobus codicibus mscr. bibliothecæ Lobkovicianæ Pragensis.

Singulas partes e tabulis incolumibus descriptas nonnulli codices bibliothecæ universitatis Pragensis, tabularii urbis Pragensis, alii habent, quos non commemoro, quum singulas partes exhibens, ex quibus codicibus sint descriptæ, additurus sim. Ceterum hi codices cum codicibus supra memoratis, quorum singulæ partes quadam affinitate inter se conjunctæ sunt, nequaquam cohærent.

Huic capiti addendum mihi videtur opus Victorini Cornelii de Všehrd, quod inscribitur „Knihy devatery o práviech a súdiech i deskách země České“ (De juribus, judiciis, tabulis terræ regni Bohemiæ libri novem); item „Zřízení zemské království Českého za krále Vladislava r. 1500 vydané“ (Jura et constitutiones regni Bohemiæ regnante Vladislao anno 1500 editæ); item „Nálezové práv zemských tohoto slavného království Českého od mužnov mnohých a v právích této země známých sebraní a l. 1536 na světlo vydaní“ (Decisiones juris hujus clarissimi regni Bohemiæ a viris multis ejusdem juris peritis congestæ et anno 1536 in lucem editæ); postremo codex mscr. M. IV. 25, qui in tabulario marchionatus Moraviæ asservatur, inscriptus „Zpráva krátce z nálezuov a zřízení zemského po abecedě vybraná“ (Liber decisionum atque institutionum terræ literarum ordine breviter selectarum). Quorum operum primum, tertium, quartum tantum summam decisionum eamque nonnunquam paucis verbis expressam exhibent ommissis momentis minoribus.

Codicum sub lit. b—k recensorum non solum communia fundamenta in tabulis terræ posita sunt, sed etiam ad communem originem referuntur, quum alii codices ex aliis describerentur atque pro peritia usuque eorum, qui sibi vel ipsi describebant vel aliis describendos dabant, additamentis recentioribus vel etiam vetustioribus augerentur. Omnium codicum, qui majorem ex tabulis descriptarum decisionum multitudinem habent, vetustissimus est codex Raigradensis, locupletissimus, sed passim paulo mendosior, codex Talmbergicus.

Codices lit. b—i signati omnes conscripti sunt XV exeunte et XVI ineunte sæculo, eo tempore, quo juris constitutiones in Bohemia in dies stabiliores fiebant.

Itaque servatis decisionibus, quas ex tabulis exustis descriptas codicibus recensis contineri supra commemoravimus, ordo judicii terræ, qui erat sæculo XV exeunte et XVI ineunte in Bohemia, tam perspicuus est, quem partes tabularum terræ incendio deperditæ haud facile supplerent.

5. ***Tabulæ curiæ regalis***, quæ incendio die 2. Junii a. 1541 exorto magna virium contentione cum registris judicii cameræ regalis a præsente interitu servatæ sunt. Quibus servatis non solum preciosus rerum forensium atque historiæ thesaurus, sed etiam permultæ tabularum terræ exustarum reliquiæ ad nos pervenerunt. Persæpe enim accidebat, ut apud judicium curiæ regalis, imprimis in causis de caducitatibus (odúmrtě) agendis partes extractus e tabulis terræ afferrent, quibus docerent, „se habere melius jus quam dominum regem aut quemque alium post eum“. Tales extractus e tabulis terræ notarii curiæ regalis solebant initio inserere quaternis proclamationum curiæ regalis, postea vero propriis quaternis curiæ regalis, quibus haud exigua pars tabularum terræ exustarum nobis servata est. Quod si respicitur, locupletissimi sunt quaterni tabularum curiæ regalis sign. n[ris] 13, 14, 15, 20, 21.

6. ***Tabulæ terræ restitutæ;*** ex quo fonte magnus numerus literarum hauritur, imprimis earum, quæ post ipsum incendium ad vitæ usum spectabant.

Ex his sex fontibus in colligendis tabularum terræ anno 1541 igne consumptarum reliquiis hausi; quibus editis spero fore ut, quantam multitudinem congesserim, plerique mirentur.

Res postulare mihi videbatur, ut in edendis his pretiosis populi nostri monumentis diligenter respicerem, quo sermone literæ ad nos pervenissent, quem locum in libro deberent obtinere, quibus notis verba quædam sæpius usitata signarentur.

*

Tabulis terræ a sæculo XIII usque ad annum 1495 pleræque „impositiones“ sermone latino inscribebantur, exinde vero omnes sermone bohemico inscribendæ erant præter literas regales (majestales) et alias latinas vel teutonicas literas, quæ, quum verborum ratio habenda esset, vel latino vel teutonico sermone tabulis terræ inserendæ erant. Sed jam sæculo XIV exeunte literæ bohemicæ in tabulas recipi solebant, et quum in judicio consilium dominorum exportaretur, majores nostri consuetis judiciorum formulis latinis, bohemico sermone in argumentis addendis utebantur. Ceterum quum litigatores ne nossent quidem linguam latinam, totas causas ante judices patrio sermone peragebant; imo etiam notarii verbis quidem latinis, genere dicendi bohemico utebantur, et quum verborum latinorum copia non suppeditaret, literis latinis bohemica verba vel singula vel plura vel totam enunciationem immiscere non dubitabant. Quam ob rem plerasque enunciationes latinas, nisi noverit linguam bohemicam, nemo percipiet et ut quisque est elegantioris latinitatis scientissimus, ita maxime barbarum tabularum sermonem exhorrescet.

Reliquiæ tabularum terræ latinæ ad verborum fidem editæ sunt; bohemicarum vero verba integra manent, sed recentioribus literarum et syllabarum notis reddita sunt. Equidem literarum tenorem nequaquam immutavi, nisi forte error manifestus interpositis singulis vel pluribus verbis emendari poterat; quidquid autem additum est, hocce signo [| cingitur. Singula verba, quæ emendavi, integra infra leguntur, ut lector ipse possit emendare, si ego minus accurate videar emendasse. In reliquiis originalis quaterni, qui habet citationes ann. 1316—1320 et paginis 5—67 (I) continetur, hocce signo ( ) cincta sunt ea verba vel partes vel totæ causæ, quæ in codice ipso „deletæ“ („cancellatæ“) reperiuntur. Multas earundem reliquiarum partes sequuntur verba literis minoribus reddita, quæ in codice originali supra versus scripta sunt, et literarum verba eodem numero sunt signata atque notæ ad ea pertinentes.

In aliis codicibus iidem extractus tabularum terræ igne consumptarum latino, in aliis bohemico sermone reperiuntur; facile intelligitur extractus latinos esse originales, bohemicos ex latino sermone versos. Partes originales, quotquot inveniri poterant, latino sermone edidi; perditis extractibus originalibus latinis, quum non censerem partes bohemicas in latinum sermonem esse vertendas, versione bohemica usus sum. Quum pleraque tabularum excerpta plures habeant codices eaque nonnulli tantummodo in epitomen coacta, in hac editione posui excerpta quam uberrima et accuratissima, atque inter codices enumeratos iis, ex quibus exscripta sunt, primum locum attribui. Ut spatio parceretur, fontes verbis decurtatis (notis) hisce signati sunt: Tab. ter. = tabulæ terræ; Tab. cur. reg. = Tabulæ curiæ regalis; Raigr. = Codex manu scr. Raigradensis; Vindob. N. 3483 = Codex manu scr. c. r. bibliothecæ aul. N. 3483; Vindob. N. 5106 = Codex manu scr. c. r. bibliothecæ aul. N. 5106; Treb. = Codex manu scr. Treboniensis; Mus. Boh. = Codex manu scr. Musei regni Bohemiæ sig. 23. G. 3; Talmberg. = Codex Talmbergicus; Všehrd = Opus Victorini Cornelii de Všehrd: „Knihy devatery o práviech a súdiech i deskách země České“; Jura et const. r. B. = Jura et constitutiones regni Bohemiæ Wladislai regis; Nálezové = Nálezové práv zemských etc. edit. in actis, quæ vocantur „Právník“ ann. 1861; Brun. = Brň. = Zpráva krátce z nálezuov a zřízení zemského po abecedě vybraná; DZ. = Dsky zemské; DD. = Dsky dvorské.

Reliquias tabularum in eum *ordinem* digerebam, qui olim fuerat tabularum igne consumptarum. Antiquissimis temporibus quæcunque causæ publice actæ essent, haud dubium est, quin omnes relatæ sint in eosdem libros — quaternos citationum. Deinde quum „intabulationes“ eiusdem generis augerentur, suus cuique generi quaternus institutus est, et in tabulis terræ plura quaternorum genera erant. Antiquissimi erant quaterni citationum, posteriores quaterni contractuum, quaterni obligationum majorum, quaterni obligationum minorum; medio sæculo XV quaterni memoriarum in usum venerunt; item commemorantur quaterni relationum, quaterni missivarum (literarum), quaterni (libri) testimoniorum, libri camerariorum, libri depositionum censuum, ceteri.

Singuli tabularum quaterni certam habebant multitudinem plagularum junctarum (složky), quarum series literis A, B, C, D, cet. signata erat; plagulæ quaternorum tricena folia habebant; tantummodo quaternorum Zdislai et primi quaterni memoriarum nonnullæ plagulæ pluribus foliis continentur. Facile intelligitur priori plagula expleta in posteriorem plagulam res coeptas scribi et ita observatum esse temporum ordinem, ut, si quaternum, plagulam, folium noverimus, satis perspiciamus, quo quidque tempore „intabulatum“ sit; contra si noverimus „intabulationis“ tempus, res ipsas in suum quamque quaternum, plagulam, imo etiam folium redigere possimus. Quaterni citationum non habebant plagulas literis signatas, sed tot partes, quot sunt literæ, et citationes in eam partem scribebantur, cujus litera eadem erat atque prima litera prænominis, quod erat actori. Quaterni contractuum, qui majoris momenti erant quam ceteri, appellabantur a nomine vicenotarii tabularum, qui tum munere fungebatur, quum instituerentur; si fungente eodem vicenotario plures quaterni instituti sunt, et nomen ejus et seriem numerorum habent; ex. gr. quaternus Zdislai primus, secundus, tertius. Ceterorum generum quaterni colore tegumenti in fronte impicto inter se differebant, ut erat quaternus majorum obligationum albus, viridis, ruber, cæruleus, niger etc., quaternus memoriarum fulvus, ruber, cæruleus, viridis etc.

In reliquiis tabularum terræ igne consumptarum in ordinem quaternorum originalium redigendis nonnullæ difficultates apparuerunt, quas variis præsidiis doctrinæ superabam; quamcunque vero partem non ad summam fidem, sed tantum ad meam opinionem, quam argumentis licet firmissimis adjuverim, in hoc vel illo quaternorum loco posui, ipsi initio hocce signum = addidi.

Quum in extractibus ejusdem generis quædam formulæ iterum atque sæpius redeant, totum tenorem tantummodo aliquoties, iteratas easdem formulas vel primis literis reddere, vel lectorem ad priorem tenorem revocare statui. Ad eas formulas in singulis quaternorum generibus revocaturus hic tantummodo notas nonnullorum verborum, quæ in toto opere identidem apparent, cum interpretatione exhibeo, easque latinas: a. d. = anno domini; fer. = feria; mar. = marca, marcæ, marcam, marcarum, marcis, marcas; arg. = argenti; sex. = sexagena (omn. cas.); gr. = grossus (omn. cas.); pr. = Pragensis; boh. = bohemicus; mis. = misnensis; den = denarius; hal. = halensis; p. e. c. b. Prag. = protestatus (protestata) est coram beneficiariis Pragensibus; bohemicas: k. = kopa (omn. cas.); gr. = groš (omn. cas.); pr. = Pražský; míš. = Míšenský; p. vel p. př. u. Praž. = přiznal (-a, -i, -y) se před úředníky Pražskými.

Quamquam neque tempori neque operæ parcebam, ut hæc præclara populi nostri monumenta, quod esset eorum ad perspiciendam majorum nostrorum vitam publicam privatamque momentum

atque pretium, congererem, in ordinem redigerem, prelo subjicerem: quum omnes res humanæ sint mendosæ, et hoc opus mendis non caret, quarum veniam spero fore ut mihi det candidus lector, qui cogitaverit rei difficultatem, quam perillustris noster historiographus regni Bohemiæ, qui in reliquiis tabularum omnium plurimum versatus est, his verbis expressit „hoc enim opus singulorum vires superat". (Přednešení dra. Frant. Palackého o historické důležitosti starých desk zemských r. 1541 pohořelých, a o potřebě a spůsobu obnoviti je, pokud možná, zase. Čas. Mus. král. Č. 1863 pag. 182.) Quem longissimum laborem ne ego quidem suscipere potuissem, nisi opem plurimam mihi tulisset celeberrimus atque doctissimus D. Dr. ***Ant. Gindely***, præfectus tabulario regni Bohemiæ, cui maximas ago gratias; quas item debeo viris perillustribus atque doctissimis D. ***Franc. Palacký***, historiographo regni Bohemiæ, D. ***Carolo Jar. Erben***, præfecto tabulario civitatis Pragensis, D. ***V. V. Tomek***, historiæ Austriacæ in universitate Pragensi professori, qui omnes editionem hujus operis curanti mihi officiosissime aderant; item D. ***Carolo Demuth***, præfecto tabulis regni Bohemiæ, D. ***Ant. Jar. Vrťátko***, præfecto bibliothecæ Musei regni Bohemiæ, qui singularem liberalitatem commodatis codicibus manu scriptis mihi exhibebant et quam maxime operam meam sublevabant.

Maximas vero gratias debeo atque ago ***Excellentissimo Domino Henrico Jaroslao comiti de Clam-Martinic***, qui præstita in hoc opere juvando liberalitate tam singulari, ut alterum opus literarum nostrarum largius adjutum haud invenires, magnanimitatis suæ monumentum ære perennius posuit.

Quod in hac brevi præfatione restat, mihi liceat expetere atque exoptare, ut hoc opere id assequar, quod Palacký in illa de tabulis restituendis dissertatione, quam supra commemoravi, his verbis expressit: „Persuasissimum mihi est et breviter simpliciterque profiteor, me nullum aliud scire monumentum, quo honoratiorem populi nostri memoriam in orbe terrarum consecrare, quo justius in conspectu omnium gentium gloriari possimus, quam illas igne consumptarum tabularum terræ reliquias, in quibus conquisitis, congestis, in ordinem redactis, tamquam in speculo, vitam majorum nostrorum publicam atque privatam cerni posse existimo."

PRAGÆ, mense Februario 1870.

Dr. **Jos. Emler.**

KRÁLOVSTVÍ ČESKÉMU

VĚNOVÁNO.

Byloby příhodno, abych vysílaje dílo toto u veřejnost, doprovodil je předmluvou, v níž by zevrubně vylíčeno bylo celé zřízení desk a v níž bych objasnil i všecky změny, které se v zřízení tomto během času udály. Nečiním-li tak a podávám-li v předmluvě své jen tolik, mnoho-li k porozumění celého díla nevyhnutelně jest zapotřebí, stalo se to proto, poněvadž zamýšlím teprv k závěrku díla tohoto připojiti širší pojednání o celém zařízení desk království Českého a o osudech jejich až do r. 1541, abych v pojednání tomto mohl již ukázati na místa díla našeho, která se zřízení desk zemských a jejich osudů týkají.

Závod desk zemských jest v úzkém spojení se soudním zřízením zemským v Čechách, a první počátky jeho padají do šedé dávnověkosti, asi do té doby, když umění písařské v národě našem vznikati počalo. Bývalyť zajisté již za časů pradávných při každé cúdě čili krajském soudu desky zemské, do nichž se zapisovala pamět všeho toho, o čem se při soudu jednalo a co na časy budoucí paměti lidské zachováno býti mělo. Pozůstatky desk krajských až dosud zachovalé jsou sice velmi skrovné, ale máme patrné svědectví o tom, že bývaly župní čili krajské desky v Žatci, v Plzni, v Hradci, v Nymburce, v Litoměřicích a na Mělníce, a sotva lze pochybovati o tom, že byly župní desky všude, kde byl úřad župní.

Jako v každé cúdě byly i v cúdě Pražské desky a měly zajisté z počátku jen platnost pro obvod cúdy této, zrovna tak jako se rovnal župní soud Pražský ostatním soudům župním. Když pak se za Přemysla Otakara II a za Václava II v Čechách soudnictví více a více centralisovalo a cúda Pražská stala se vyšším soudem nežli byly jiné cúdy v Čechách, byla jim tedy co vyšší instance představena, nabyly též i desky cúdy Pražské platnosti pro celou zemi. Když pak stálým vynímáním panstva a duchovenstva z područí soudů župních klesala vážnost soudů těchto, klesal všude i ústav desk župních, až válkami husitskými vzal docela za své jako soudy župní.

Desky zemské sloužily k zaznamenávání a tudíž k pojištění veřejných i soukromých práv obyvatelů království Českého. S počátku vpisovalo se do desk zajisté jen to, co se při soudu župním a zemském jednalo a čeho pameť na časy budoucí měla zachována býti — tedy zápisky o všelikých rozepřích ve všech stadiích jejich, počna od vložení půhonu až do panování a odhádání, kteréž bylo vrch všeho práva.

Deskami zemskými pojišťováno bylo dále nabytí práv k statkům pozemským smlouvami dobrovolnými, na př. koupí, zápisem, poslední vůlí a t. d. Dříve než deskami dělo se zjišťování si práva majetnického k statkům pozemským na díle vyhlašováním na veřejném trhu, na díle

listinami. Vklady dědinné do desk zemských začaly se tuším díti ve věku XIII a byly z počátku dosti řídké, teprva poznenáhla zvykali si lidé na pojišťování práv svých k statkům pozemským deskami zemskými, k nimž však ve XIV věku byla taková důvěra, že bylo pravidlem, „že ve všech přech, ktož má dsky, žádní svědci proti dskám moci nemají, lečby kto proti úředníkóm chtěl dovesti, že jsú dsky falšovány“.

Sněmové bývali za starodávna i vrchní instance soudní, a poněvadž se do desk zemských vpisovaly nálezy sněmu ve přech soukromných učiněné, vešlo v obyčej zapisovati deskami i sněmovní nálezy věcí veřejných se týkající, tedy všecky zákony, kteréž platnost měly v právním a správním životě národa.

I viděti z toho, co se do desk vpisovalo, že byly desky zemské archiv jak práva veřejného tak i soukromného: jimi pojišťovali si od pradávna práva svá nejen veškerá obec národa Českého, ale i jednotliví stavové jeho, a všecky rodiny a jednotlivé osoby, jenž byli v držení nějakých dědin svobodných. Když pak dne 2. června 1541 popelem lehl královský hrad Pražský i se vším co v sobě choval vzácného a neocenitelného, zastihla povodeň ohňová a přivedla na dobro na zmar i desky zemské. Všecky zprávy o hrozném neštěstí požárem tenkráte spůsobeném srovnávají se v tom, že nade všecky ztráty šla bolest národa, oplakávajícího zničení desk zemských, „jednoho z nejvyšších a nejpřednějších klenotů království Českého“. Ztráta ta byla tím citelnější, čím větší byla víra v jejich neporušitelnost a bezpečnost, již nejlépe naznačují tato slova Viktorina ze Všehrd: „Listové se potracují a mol a oheň a zloděj jim uškoditi může, ale dskám starost neškodí a mole a ohně neznají, na vodu, na železo žádné péče nemají, zlodějóm se smějí, věrná stráž všech věcí do nich zapsaných i vložených bezpečně sobě svěřeného chová nejen nám toliko a dětem našim, ale jich dětem i těm, kteříž se narodie z nich.“ *) Když desky byly zničeny, obával se každý, že tím odňat právům jeho základ, a ona že octla se v nejistotě více méně nebezpečné. Aby se tomu zlu odpomohlo, staráno se jak od krále tak i od stavův o obnovení desk, a při tom přihlíženo k pojištění práv osob a rodin ke statkům pozemským, na obnovení zápisův práva veřejného se týkajících málo se dbalo. Tak se stalo, že z desk zemských pohořelých přišli do desk zemských znova založených jen takoví kusové, kteří měli v tehdejší době ještě cenu praktickou. Byl to kromě několika usnešení sněmovních nevelký díl hypotekární částky desk zemských zničených. Ale staré desky byly, jak jsme již podotkli, skladištěm nejen práva soukromného ale i veřejného, a to od věku XIII až do pohoření jich; ony byly zrcadlem, v němž se odrážel jasný obraz vyvinování se národního života našeho, jak politického tak i právního a společenského po celou tuto dobu.

Při novém zřizování desk zemských ušla tato stránka pozornosti komissí k účelu tomu složené, ač tenkráte by se velké množství kusů bylo dalo snesti, které z desk byly vypsány a v rukou lidí se nalezaly. Nastává otázka, nemůže-li doba naše v této pro historii českou předůležité záležitosti nahraditi aspoň poněkud, co předkové naši před třemi sty roky zanedbali? Na otázku tuto odpověděl již před více než dvadcíti lety slovútný náš historiograf *Palacký*,

*) Vikt. Korn. ze Všehrd knihy devatery o práviech a súdiech i o dskách země České, str. 259.

vydav v Archivu českém značné množství zbytkův z pohořelých desk zemských. Palacký to byl, který již tenkráte nespokojil se s pouhým naznačením důležitosti a ceny těchto vzácných památek, a jak žádoucno by bylo, aby se sebraly a tiskem vydaly, ale všemožně se i činil, aby se k tomu konaly potřebné přípravy. K povzbuzení jeho začal tehdejší archivář musejní náš velezasloužilý *K. J. Erben* probírati obnovené desky zemské, aby z nich vyňal, co druhdy bylo obsaženo v deskách pohořelých. Jiné práce, zvláště obsahu právnického, poutaly všecky síly horlivého badatele tohoto, že dalších příprav k vydávání zbytků desk zemských pohořelých zanechati musel. O několik let později byl činným na poli tom opět vedením Palackého *Veselý*, assistent Musea král. Českého, ale smrtí jeho přerušeny byly práce k účelu tomuto konané na více než na deset let. Teprv r. 1863 vybídnut jsa od Palackého jal jsem se pokračovati v započatém díle, a od té doby věnuji všecky volné chvíle vyvedení jeho. Podporován jsa při tom horlivě zemským archivářem p. drem *Gindelym* přišel jsem s prací svou tak daleko, že se mohlo pomýšleti na započetí vydávání pozůstatků tohoto vzácného pokladu národního.

Ale vydávání díla tak rozsáhlého, jako nynější bude, nemohlo by se začíti, kdyby *J. Excellencí p. Jindřich Jaroslav hrabě Clam-Martinic* jako pravý mecenáš celé věci se nebyl ujal a jí znamenitou podporou nebyl obmyslil.*)

Prameny, z nichž při sbírání zbytků desk zemských bylo čerpáno, jsou následující:

1. *Kus kvaternu půhonného z l. 1316—1320* a *registra půhonná červené barvy od r. 1539—1542;* jediné to zbytky desk pohořelých v původní spůsobě, z nichž prvnější neznámo jakým spůsobem do Jindřichova Hradce se dostal a tam před třemi roky byl nalezen a od J. Excellencí p. Eugena hraběte Černína z Chudenic Museu král. Českého darován; druhý pak v čas ohně u starosty komorníkův se nacházel a tak všeobecné záhubě desk zemských unikl.

2. *Výpisy* vydávané od úředníkův desk zemských před shořením jich jednotlivým osobám s povolením královým aneb soudu zemského. Takových výpisů muselo býti v době po shoření desk znamenité množství; neb i za našich dnů není počet jejich nepatrný.

3. *Původní listiny,* na nichž na rubu napsáno jest, že byly do desk zemských vloženy.

4. *Rukopisy a tisky.* Mimo k určitým potřebám soudním dělaly se též výpisy z desk „pro radu", a aby se uměli spraviti (při soudě), kdož toho potřebovali. Byly to výpisy nálezův, jež strany aneb řečníci jejich při líčení pře na soudu zemském ukazovali, žádajíce aby v případech podobných anebo stejných taktéž jim bylo za právo nalezeno, t. j. aby se nálezů dřívějších ve při jejich užilo co prejudikatův. Na tomto základě vyvinul se pozvolna systém práva českého jak veřejného tak i soukromného. Pomalu povstaly sbírky takových výpisů, které přepisovány a později novými nálezy byly doplňovány. Ale ještě z jiných příčin dělaly se výpisy z desk zemských. Roztržky stavu panského s rytířským o úřady, později pak obou se stavem městským, rozepře náboženské a. p. byly příčinou dlouhých jednání. Výsledky jednání těchto kladly se obyčejně do desk, z kterých přišly do sbírek nadepsaných. Hojného hledání po deskách byla též příčinou pře panstva o starožitnosti rodů, jíž máme co

*) Mimochodem budiž podotknuto, že dějiny starožitné a slavné rodiny pánů z Martinic k vydání se připravují a v čase nedlouhém veřejnosti budou podány.

*

děkovati za nejstarší výpisky z desk zemských, které arcit neobsahují ničeho jiného než seznam osob panských, které v rozličných dobách na soudu zemském zasedaly. Pro paměť byly i z jiných příčin dělány výpisy z desk a zanášeny buď jednotlivě neb ve větším počtu do rozličných rukopisů.

Tak se nám zachoval z pohořelých desk velký počet nálezů soudních, veřejných i zvláštních, a usnešení sněmovních a jiných pamětí v rozličných rukopisech, z nichž nejdůležitější jsou následující:

a) Rukopis znamenaný č. 1 při deskách dvorských, který v sobě drží více formulářů, vzatých kolem r. 1350 z desk zemských.

b) Rukopis nálezův v bibliotece kláštera Rajhradského na Moravě. Jest ze všech sbírek nálezův nejstarší a psaný mezi l. 1465—1485.

c) Rukopis c. k. dvorské biblioteky Vídenské pod č. 3483 (druhdy Ambrasianus 406, potom juris civilis 220), psaný touž rukou jako předešlý.

d) Jiný rukopis tamže pod č. 5106 (někdy Ambras. 398, potom juris civilis 220).

e) Rukopis Třebonský, psaný r. 1486; výpisy z desk jsou v něm na listech 387—462.

f) Rukopis Musea král. Českého, druhdy č. 768, nyní 23, G, 3, který se s předešlým nejvíce srovnává.

g) Rukopis Talmberský tamže chovaný, z počátku věku XVI psaný a co do obsahu bohatší než všecky ostatní. Ze 450 ohromných jeho listů jsou asi na 400 listech samé kusy z desk zemských.

h) Rukopis někdy Hořovický, nyní na neznámém místě chovaný, a

i) Rukopis knihovny Gersdorfské v Budyšíně rovnají se co do obsahu rukopisu Talmberskému, ale jsou později psány.

k) Rukopis archivu Konopištského z druhé polovice věku XVI pocházející ale poněkud nesprávný.

Důležitá ustanovení veřejná, zvláště nálezy sněmovní mají:

l) Rukopis Roudnický, jenž čítá mnohé zápisy sněmovní z konce XV a počátku XVI století;

m) Rukopis křižovníkův v Praze;

n) Rukopis Fürstenberský v Praze, a

o) Rukopisy dva biblioteky Lobkovické v Praze.

Jednotlivé kusy, vypsané z desk zemských před jich pohořením, obsahují i některé rukopisy universitní biblioteky Pražské a rukopisové archivu města Prahy, jakož i rukopisové jinde se nalézající, jichž však vyčítati nechci, poněvadž udáno bude při každém kusu, odkud vzat jest, a poněvadž nejsou v žádném genetickém spojení s rukopisy výše vyčtenými, které mezi sebou dle jistých skupení jsou příbuzny.

Do oddělení tohoto přičísti také sluší dílo Vikt. Korn. ze Všehrd: „Knihy devatery o práviech a súdiech i o deskách země české“, pak: „Zřízení zemské král. Českého za krále Vladislava r. 1500 vydané“; dále: „Nálezové práv zemských tohoto slavného království Českého od mužuov mnohých a v práviech této země známých sebraní a l. 1536 na světlo vydaní“

a konečně v rukopise archivu markrabství Moravského M, IV, 25 „Zpráva krátce z nálezuov a zřízení zemského po abecedě vybraná“. Dílo Vikt. Korn. ze Všehrd, pak „Nálezové“ a „Zpráva krátce z nálezuov“ podávají jen tresť nálezů, často jen několika slovy, všecky vedlejší okolnosti pomíjejíce.

Rukopisové vyčtení vedle písmen b—k mají nejen společný základ ve dskách zemských, ale oni mají také i společný kmen, t. j. jedni vznikli z druhých, rozmnoženi byvše toliko přídavky novějšími neb i staršími, jak toho vyžadovala nabylá zkušenost a praktická potřeba osoby, která rukopis spisovala aneb sepsati si dala. Nejstarší ze všech rukopisů, v nichž jest větší množství nálezův z desk zemských vyňatých, jest rukopis Rajhradský, nejbohatší však, ale místy poněkud nesprávný, jest rukopis Talmberský. Rukopisy znamenané písmeny b—i pocházejí vesměs z druhé polovice XV a z počátku věku XVI, tedy z toho času, když se soustava právní v Čechách ustálovala. Nálezy v rukopisech výše vyčtených obsaženými a z desk zemských vyňatými zachoval se nám celý řád soudu zemského z konce XV a z počátku věku XVI, a pohořením desk sotva které kusy přišly na zmar, které by jej byly mohly podstatně doplniti.

5. *Desky dvorské.* S velikým namaháním podařilo se při požáru dne 2. června l. 1541 desky dvorské a knihy soudu komorního z nebezpečenství jim hrozícího vyrvati. Tím zachoval se nám nejen tento vzácný poklad právnictví a dějepisu českého, ale s ním i přečetné zbytky desk zemských pohořelých. Přiházeloť se totiž velmi často, že při soudu dvorském, zvláště ve přech o odúmrti, dokazovaly strany práva svá ku zboží, o něž pře byla, výpisy z desk zemských, kteréžto výpisy v plném znění do zápisků o přech těchto byly pojaty, ano později pro ně i zvláštní kvaterny založeny. Takto se zachovalo mnoho kusů z desk zemských pohořelých. Zvláště bohaty v příčině té jsou čísla kvaternů desk dvorských 13, 14, 15, 20 a 21.

6. *Desky zemské znova vyzdvižené.* Pramen tento poskytuje taktéž znamenité množství vkladů, z desk starých zničených, a to zvláště takových, které měly při založení desk nových důležitost a cenu praktickou.

Z těchto šestero druhů pramenův vážil jsem pozůstatky desk zemských r. 1541 pohořelých, a sebral jsem jich tolik, že množství jejich, až vydány budou, očekávání každého překvapí.

Při vydávání těchto drahocenných pozůstatků národního pokladu našeho bylo potřebí míti na zřeteli řeč, v kteréž se nám zachoval výpis, pak vřadění jeho při vydání a konečně některá zkracování všeobecně užívaných forem.

Desky zemské byly v Čechách od XIII století až do r. 1495 nejvíce jazykem latinským psány, od tohoto pak leta mělo do nich všecko česky psáno býti; jen majestátové a jiní listové latinští a němečtí, kteří se do desk slovo od slova vpisovali, měli buď latině neb německy ve dsky býti kladeny. Ale již ve XIV věku přijímáni listové čeští do desk zemských, a při vynášení nálezů užíváno běžných forem soudních latině, věcné však motivování nálezu dálo se česky, jakož vůbec celé jednání při soudě zemském bylo české, poněvadž strany ani latinsky neuměly, ano i písaři při zapisování svém užívali sice latinských slov, ale mysleli po česku, a když jim jejich zásoba slov latinských nepostačovala, neštítili se napsati do textu docela latinského jedno neb více slov neb i celou větu českou. Tím se stalo, že mnohým

obratům latinským jen ten bude rozuměti, kdo zná jazyk český, a že znalec latinského jazyka se barbarské latiny desk zemských zhrozí.

Vydání jednotlivých kusů latinských jest věrně diplomatické, při kusích českých podrženo znění slova, ale užito novějšího pravopisu. Sám jsem k znění výpisu nepřičinil ničeho, leč kde patrná chyba vložením jednoho neb více slov neb i písmen dala se napraviti; co pak bylo do textu přidáno, to vloženo do takovýchto znamení [ ]. Bylo-li místy některé slovo opraveno, položeno jeho znění rukopisné do poznamenání, aby si čtenář mohl sám opravu učiniti, kdyby oprava má byla pochybena. Při zbytku původního kvaternu desk půhonných z r. 1316—1320 na str. 5—67 položeného dána do závorek ( ) taková slova neb i části pří a celé pře, které v něm jsou přetrženy neb mřežovány; a pod mnohé kusy menším písmem položena jsou taková slova, která psána jsou v původním rukopise nad řádky, a sice tak, že přidáno v textu číslo k tomu slovu, ku kterémuž náleží tímtéž číslem opatřená a menším písmem tištěná poznámka.

Mnohé výpisy z desk zemských pohořelých zachovaly se v některých rukopisech latinsky, v jiných česky; netřeba podotýkati, že prvnější nám podávají znění původní, druhé pak jen překlad, a že při vydání užito znění původního; ale kde se nám zachoval již jen český překlad, podal jsem tento; překládání jej zase do řeči latinské bylo by bývalo zajisté nemístné. Dosti výpisů z desk zemských přichází ve více rukopisech, v některých z nich také ve znění kratším: ve vydání našem užito znění nejširšího a nejsprávnějšího, a rukopis, dle něhož ten který kus k tisku zvláště byl upraven, položen při vyčtení rukopisů, v nichž se tento výpisek z desk nalézá, na první místo.

Pro ušetření místa pojmenován pramen, z něhož učiněn výpis, slovy skrácenými, jež takto sluší vyložiti: Tab. ter. = Tabulæ terræ; Tab. cur. reg. = Tabulæ curiæ regalis; Raigr. = Codex Raigradensis; Vindob. N. 3483 = Codex mscr. c. r. bibliothecæ aul. Vindob. Nr. 3483; Vindob. N. 5106 = Codex mscr. c. r. bibl. aul. Vindob. N. 5106; Treb. = Codex Treboniensis; Mus. Boh. = Codex mscr. Mus. regni Bohemiæ sig. 23, G, 3; Talmberg. = Codex Talmbergicus; Všehrd = Vikt. Korn. ze Všehrd: „Knihy devatery o práviech a súdiech i deskách země české"; Jura et const. r. B. = Jura et constitutiones regni Bohemiæ Wladislai regis; Nálezové = Nálezové práv zemských ꝛc vydané v časopise „Právník" zvaném r. 1861; Brun. = Brň. = Zpráva krátce z nálezuov a zřízení zemského po abecedě vybraná; DZ. = Dsky zemské; DD. = Dsky dvorské.

Pořádání pozůstatků desk zemských dělo se dle původního složení desk pohořelých. V nejstarší době zanášeno bylo tuším vše, co se před úředníky zemskými dálo, do kněh jedněch — do kvaternů půhonných. Když pak vklady jistého druhu se množily, byly zakládány pro ně kvaterny zvláštní, tak že se vedlo při úřadě desk zemských více druhů kvaternů. Nejstarší kvaterny byly půhonné, pozdější trhové, zápisné větší, zápisné menší, na počátku druhé polovice XV věku vznikly dsky památné; mimo to se jmenují kvaterny škodní, kvaterny relací, kvaterny listů poselacích, registra kde se svědomí chovají, libri camerariorum, libri depositionum censuum a j.

Každý kvatern desk zemských skládal se z jistého množství sešitů čili složek, které byly poznamenány dle toho, jak po sobě šly, písmeny A, B, C, D a t. d.; sešity každého kvaternu čítaly po 30 listech; jen kvaterny Zdislavovy a první kvatern památný měly v některých sešitech

i více listů. Netřeba podotýkati, že se děly vklady nejdříve do sešitů prvního (A), a když ten popsán byl, do sešitu druhého (B) v postupu chronologickém, tak že když nám je znám kvatern, složka a list vkladu, můžeme i dosti určitě čas vložení udati, a zase obráceně, když nám znám jest čas vkladu, můžeme výpisek ze starých desk vřaditi do příslušného kvaternu, do příslušné vložky, ano i na patřičný list. Kvaterny půhonné nebyly složeny ze sešitů písmeny znamenaných, ale každý se skládal z tolika oddělení, kolik má abeceda písmen, a půhon se vepsal do toho oddělení, jehož písmeno se srovnávalo s počátečním písmenem křestního jména původova. Kvaterny trhové, které byly důležitější než ostatní, obdržely jmeno dle místopísaře desk zemských, za něhož byly založeny; bylo-li za úřadování jednoho místopísaře založeno více kvaternů trhových, naznačovaly se kromě jeho jmenem ještě řadovou posloupností čísel, ku př. Zdislavovy (desky) první, druhé, třetí. Kvaterny jiných druhů desk rozeznávaly se od sebe dle barvy vazby na hřbetě. Tak ku př. byly zápisné větší bílé, zelené, červené, modré, černé a t. d.; nebo památné žluté, červené, modré, zelené a t. d.; a při jiných druzích desk užíváno taktéž tohoto spůsobu pojmenování kvaternů.

Při pořádání pozůstatků desk zemských pohořelých dle původního pořadu kvaternů naskytly se některé překážky, jež jsem všelikými pomůckami hleděl odstraniti; když však jsem ne dle úplné jistoty, nýbrž jen dle kombinací, arciť dle největší možnosti své odůvodněných, ten který kus na jisté místo toho neb onoho kvaternu položil, naznačil jsem to hned na počátku téhož kusu takovýmto znamením =.

Při výpisech téhož druhu vracejí se jisté formy slovo od slova; bylo by plýtvání místem, kdybychom při stech ano snad při tisících případů tytéž formy opakovali, a proto ustanovil jsem se na tom, formy takové jen při několika případech v plném znění podati, při ostatních pak je buď jen začátečními písmenami anebo poukázáním na formu úplnou ve výpisech již předcházejících obsaženou naznačiti. Na takové formy poukáži při každém druhu kvaternů zvláště, na tomto místě kladu jen užívání některých skrácených slov, která se vyskytují od počátku až do konce celého díla, tak zejmena latinských: a. d. = anno domini; fer. = feria; mar. = marca, marcam, marcæ, marcarum, marcis; arg. = argenti; sex. = sexagena, sexagenæ, sexagenam, sexagenarum, sexagenis; gr. = grossus, grossi atd.; pr. = pragensis, pragensi, pragensem atd.; boh. = bohemicus atd., mis. = misnensis atd., den. = denarius atd., hal. = halensis atd.; p. e. c. b. Prag. = protestatus (protestata) est coram beneficiariis Pragensibus; p. s. c. b. Prag. = protestati (protestatæ) sunt coram beneficiariis Pragensibus; a českých: k. = kopa, kopy, kop atd.; gr. = groš, grošů atd.; pr. = pražský, pražských atd.; č. = český atd., míš. = míšenský atd.; p. neb p. př. ú. Praž. = přiznal (přiznala, přiznali, přiznaly) se před úředníky Pražskými.

Při sbírání, pořádání a připravování k tisku těchto drahocenných pozůstatků národního pokladu našeho nešetřil jsem ani času ani práce, abych podal obecenstvu našemu dílo v té spůsobě, jak toho jeho důležitost a cena pro poznání veřejného a soukromného života předkův našich vyžaduje. Ale že pod sluncem nic není dokonalého, nebude ani dílo toto prázdno některých poklesků, za jejichž prominutí soudného čtenáře prosím; „neboť to dílo převyšuje sílu kterého koli jednotlivce,“ praví nejlepší znalec pozůstatkův desk zemských roku 1541

pohořelých v přednešení svém o jejich historické důležitosti. (Přednešení dra. Frant. Palackého o historické důležitosti starých desk zemských r. 1541 pohořelých, a o potřebě a spůsobu obnoviti je, pokud možná, zase. Časopis Mus. král. Č. 1863 str. 182.) Ani mně by nebylo bývalo možno práci tak rozsáhlou podniknouti, kdyby mne v ní nebyl co nejvřeleji podporoval slovútný a veleučený pán, dr. *Ant. Gindely,* archivář král. Českého, jemuž za to nejsrdečnější vzdávám díky, jimiž i nekonečně zavázána se cítím slovútným a veleučeným pánům, p. dru. *Frant. Palackému,* historiografu král. Českého, p. *Karlovi Jar. Erbenovi,* řediteli archivu i jiných pomocných úřadů magistrátu Pražského, p. *V. V. Tomkovi,* professoru na vysokých školách Pražských, kteří mne při pracích v příčině vydání díla tohoto konaných co nejochotněji radou svou byli pomocni, p. *Kar. Demuthovi,* řediteli desk zemských království Českého, a p. *Ant. Jar. Vrťátkovi,* prvnímu bibliotekáři Musea král. Českého, kteří mi vzornou liberalností v propůjčování rukopisných pokladů, opatrování jejich svěřených, práce mé všemožně ulehčiti se snažili.

K největším však díkům cítím se povinna *Jeho Excellenci p. hraběti Clamu Martinici,* který jako pravý mecenáš a syn slavných předků svých takovou podporou obmyslil dílo toto, jaká posud žádnému spisu ani starší ani novější literatury naší od nikoho nebyla poskytnuta. Velkodušnou a štědrou obětí, položenou na oltář vlasti, získal si Jeho Excellencí nehynoucí zásluhy o dějepisectví české, a národ náš jich po všecky věky vděčně bude pamětliv.

Konečně nemohu uzavříti krátkou předmluvu svou, abych nepodotkl, že by to bylo mým nejvřelejším přáním, kdybych skutečně dosáhl dílem tímto toho, co Palacký v přednešení svém o historické důležitosti desk zemských, výše dotčeném, naznačil následujícími slovy: „Vyznávám bez obalu dle úplného přesvědčení svého, že nevím o ničem, co by národu našemu čestnější památku v dějinách světa zjednati, čím bychom my před očima všech národův spravedlivěji pochlubiti se mohli, nežli zrcadlem tím starého života našeho státního a společenského, které ze zbytkův našich pohořelých desk, jakkoli znuzilých, kdyby jen úplně shledáni, sebráni a v jedno sestaveni byli, vysvítati by muselo."

V PRAZE v měsíci únoru 1870.

Dr. **Jos. Emler.**

QUATERNI CITATIONUM.

DSKY PŮHONNÉ.

QUATERNI CITATIONUM VETUSTISSIMI.

I.

1287, 13 Maji.

Anno domini M°CC°LXXX°VII° proxima feria III^a ante Ascensionem domini in Rogacionibus dominus Hogerus, tunc summus cammerarius regni Boëmie, dictus de Lompnice, protestatus est coram W[enceslao] dei gratia domino et herede regni Boemorum necnon marchionatus Morauie in palacio Pragensi predicti domini et heredis coram B. summo judice, R. notario regni Boemie ceterisque beneficiariis Pragensibus, quia vendidit dotem uxoris sue Ztrezce ea consentiente, ut in registro plenius continetur, uidelicet uillam Prezkacz et uillam Chinov cum omni usufructu ad eas pertinente, uidelicet pratis, pascuis, riuis, molendinis, ortis, pomeriis, piscacionibus pro CC marcis argenti puri jure hereditario possidere uenerabili patri domino Theodrico abbati et conuentui suo de Waltshax, de quibus se iam C marcas recepisse recognouit, alias uero C marcas predictus abbas et conuentus in octauo beati Wencezlai proxime uenturo se persoluere plenarie obligarunt et predictus H. predictas uillas eodem die debet secundum consuetudinem terre circuire et easdem uillas a quolibet inpeditore siue affini uel non affini per triennium secundum ius terre emendare. Sin autem sepedictum H. medio tempore decedere contingeret, omnes condiciones interpositas filius eius Zmil se consummare obligauit coram predicto domino W. dei gracia [domino] et herede regni Boemorum nec non marchionatus Morauie, B. summo iudice, R. notario regni Boemorum ceterisque beneficiariis Pragensibus, et hec omnes ex utraque parte uiua uoce registro omnia inseri mandauerunt.

Orig. extr. tabularii reg. Monac.

II.

1287.

Anno 1287 assessores judicii: Hogerus summus camerarius, Radoslaus notarius terrae, Thomas de Zabiehlicz vicecamerarius, Nicolaus vicejudex, Rathmirus de Krassikow, Albertus de Seberka, Habartus de Zyrotina, Poto de Msseneho, Miloslaus de Klenoveho, Peregrinus de Radonicz, Jaroslaus de Sternberg sententiarunt.

Balbini Miscellan. liber curalis, cap. IX ap. Riegger, Materialien, XI, pag. 66. Palacký, Archiv český, II, 332.

III.

1291.

Anno 1291 assessores: Joannes praepositus Wissehradensis, Wok de Borovia, Budilow de Chotirzini, Petrus de Cheinow et Tyna, Olricus praepositus Pragensis, Benessius burgravius Pragensis, Boress de Ossek, Henricus et Botz de Borku & Hussenec, Heralt de Hradku, Nicolaus

filius Potonis de Mseneho, Odolen de Chiss, Drslaus de Chudenicz, Dietrich de Ustie, Jaroslaus filius Olrici Leporis de Waldek, Zavissius filius Joannis de Polna, Bawarus de Strakonicz burgravius de Zwikow alias de Klinberg, Henricus de Rozmberg, Zdislaus etc. [sic].

Ibidem.

IV.

1292.

Anno domini MCCXCII tento puohon najdeš na kvaternu malém pod takovým znamenim △: Anka de Lubkowicz conqueritur super Ludek, quia raptam compressit et violauit virginitatem eius, multis plagis [eam] afficiens, sex apertis et XII liuidis.

Talmberg. f. 33. Arch. č. II, 332.

V.

1295.

Anno 1295 sederunt in judicio: Albertus summus camerarius, Sezema judex, Bartholomaeus notarius, Thobias de Benessow Pragensis episcopus, Witko de Rozmberg, Zdiko de Janowicz et Winterberg, Sudek subcamerarius, Zdislaus vicejudex.

Balbini Miscellan. lib. cur., cap. IX apud Riegger, Materialien, XI, p. 67. Palacký, Arch. č. II, 332.

VI.

1297.

Anno 1297 assessores judicii: Benessius de Wartmberg, Hermannus de Gestrzebiho, Andreas de Kosova Hora vel de Duba, Henricus de Rozmberg supremus camerarius, Benessius de Wartemberg, prius camerarius postea burgravius Pragensis, Joannes notarius terrae, Bertoldus commendator s. Mariae claustri Pragae in pede pontis, Dietrich Borzita de Perutcze, Habardus de Zirotin, Hinek de Duba, Andreas de Duba burgravius in Ponte, Wilhelm de Talmberg, Burkardus de Winterberg burgravius Pragensis, Zosimir de Kolowrat & de Prohonicz.

Ibidem.

VII.

In Třebič, 1312, 5 Maji.

Johannes ɔc Bohemie et Polonie rex ɔc dilectis fidelibus suis Petro de Rozmbergk summo regni Bohemie camerario, Vlrico de Rzicziano judici, Petro notario et ceteris beneficiariis Pragensibus necnon vniuersis aliis beneficiariis per Bohemiam et Morauiam constitutis, quibus presentes exhibite fuerint, gratiam suam et omne bonum. Noueritis nos nobili domine, relicte quondam Vlrici de Noua domo, et filio eius talem fecisse gratiam, quod nec ipsi, mater et filius, nec homines sui in bonis ipsorum residentes debeant ad aliquod judicium citari per vnum annum a dato presentium computandum, sed quicumque contra eos vel aliquem eorumdem habuerit infra ipsum annum aliquid querelari, illis coram Vlrico dicto Flubro dicte domine procuratore, quem ad hoc in judicem constituimus, prosequatur; quod per nos prefato Vlrico commissum est expresse, vt unicuique conquerenti debeat plenam et expeditam iusticiam exhibere. Quare volumus et mandamus vobis vniuersis et singulis, vt dominam et filium eius ac homines ipsorum predictorum ad vestra iudicia per eiusdem anni spacium citare vel iudicare nullatenus presumatis. Datum in Trzebicz III Nonas Maji anno domini MCCCXII regnorum nostrorum anno secundo.

Talmberg. f. 32.

VIII.

1315, 22 Novembris.

Dominus Johannes rex Boemie et Polonie protestatus est coram domino Petro de Rozmberg summo camerario regni Bohemie, Vlrico de Rziczano judice, Petro notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis et baronibus terre, domino Benessio de Michalowicz purgrauio Pragensi, domino Wilhelmo de Waldek subcamerario, Thobia de Bechin, domino Hermanno de Hohenberk, Protiwa de Rosental, quia intuens grata et fidelia seruitia domini Bawari de Baworow promte, fideliter et indefesse hactenus exhibita et exhibenda in posterum, deliberata mentis consideratione pensans et volens ipsum proinde largis suis munificientie premiis velut benemeritum premiare sibi montem vulgariter Pracheň dictum cum villa Porzicz prope flumen Otawa sitam cum suis pertinentiis necnon annua solutione, videlicet decem et octo quartalium et duarum aucarum, que de bonis Broziedl, Domarazich, villa Prachen, flumen Otawa et riuis ac siluis ville Hartmanicz adiacentibus, que temporibus diue memorie domini Wenceslai, Bohemie et Polonie regis, consueuerunt exsolui, liberaliter dedit, contulit et donauit per ipsum dominum Bawarum et heredes ipsius jure hereditario in perpetuum possidendum. Ad habundantioris quoque gratie cumulum et singularis affectus indicium, quo ipsum Bawarum prosequitur, sibi vt in dicto monte castrum pro securiori tuitione sui de nouo construere et instaurare valeat, et quod idem castrum constructum jure hereditario teneat et possideat, concessit et fauit gratiose, eo patente expresso, quod si ipsum dominum Bawarum, quod absit, decedere filiis masculis ex se legittime genitis non relictis contingeret, quod tunc frater eius Wilhelmus de Strakonicz sibi succedere debeat in possessionem castri eiusdem et bonorum predictorum. Sique ipsum dominum Wilhelmum, quod absit, similiter contingeret decedere liberis masculis non relictis per ipsum, tunc castrum, quod in dicto monte Pracheň constructum fuerit, solutis per ipsum dominum regem, heredes vel successores ipsius regis Bohemie, que in structura ipsius castri impense fuerint, iuxta estimationem et taxationem baronum et nobilium regni Bohemie, qui ad hoc eligendos contigerint, ei qui castrum ipsum tenuerit, castrum ipsum ad nos vel heredes seu successores nostros reges Bohemie sine dilatione et difficultate qualibet libere reuertetur. Actum anno domini MCCCXV. x Calendas Decembris in die [sic] s. Katherine virginis.

Talmberg. f. 32.

IX.

1316, 14 Augusti.

Diuissius de Manczicz protestatus est coram beneficiariis Pragensibus, quod dedit hereditatem suam in Manczicz, quicquid ibi habuit, in Albrechticz et in Chwalowicz, quicquid ibi habuit cum agris, pratis et qualibet libertate ad ipsam pertinente Hermanno de Manczicz, fratri suo patrueli et heredibus suis, ita tamen, si ipsum liberis legitimis non habentibus decedere continget. Actum anno domini MCCCXVI in vigilia Assumpcionis Marie coram Petro de Rozimberg camerario, Vlrico de Rziczano judice, Petro notario, ceteris[que] Pragensibus beneficiariis et baronibus supradictis.

Raigrad. f. 13; Talmberg. f. 36 bohemice.

X.

Anno domini M°CCC°XVI°.

1. Crziss de Zakolan orphanus conqueritur iure orphanorum super Przibislaum de Otwogecz, quia occidit sibi patrem suum Symonem quondam de Zakolan sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super Przibislaum de Zakolan, Mathiam ibidem, quia receperunt circa caput Symonis quondam de Zakolan, patris sui, capitalis pecunie quilibet X mar. arg. minus lotone. Camerarius . . ., terminus sequenti die post Nicolai.

2. Hermannus de Sbyslawyc conqueritur super Budislaum de Byelawy, quia occidit Sdenconem, fratrem suum, quondam de Ledczie sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super Budislaum de Byelawy, quia recepit circa caput Sdenconis quondam de Ledczie, fratris sui, C mar. arg. capitalis argenti.

Nicolaus de Byele conqueritur super Chwalek de Syenczie, quia recepit circa caput Sdenconis quondam de Ledczie, fratris sui, C mar. arg. capitalis argenti.

Welek de Ledczie conqueritur super Wlk de Syenczie, quia recepit circa caput Sdenconis quondam de Ledczie, fratris sui, C mar. arg. capitalis argenti. Camerarius Radslau, terminus feria IIII quatuor temporum post Crucis. Camerarius II Hodislau, terminus feria secunda post Galli.

3. Nyepr de Koryt conqueritur super Wyclam de Wboczie, quia occidit patrem suum Sdeborium quondam de Koryt sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super eundem, quia recepit circa caput Sdeborii quondam de Koryt, patris sui, quingentas mar. arg. Camerarius Troyan, terminus in octaua beati Galli. Camerarius secundus Hodislaus, terminus in octaua beati Martini. Camerarius tercius Troyan, terminus feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Wycla non astitit, terminus monere feria VI quatuor temporum Quadrigesime. Terminus datus monere feria VI quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus sequenti die post Jeronimi.

4. Dyetleb orphanus de Lub conqueritur iure orphanorum super Sulislaum de Czyrnoczie, quia occidit sibi patrem suum Cstiborium quondam de Lub sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super eundem, quia recepit circa caput Cstiborii, patris sui, quondam de Lub CCC mar. capitalis argenti. Camerarius Sdeslau, terminus sequenti die post octauam Epiphanie. Camerarius II Smil, terminus in vigilia Purificacionis.

5. (Jan orphanus de Benatek conqueritur iure orphanorum super Franciscum de Dyedomylicz, quia occidit sibi patrem suum quondam Laurencium de Benatek sine iure in via pacis. Camerarius Hotart, terminus feria VI ante Letare.

Item idem conqueritur super eundem pro capitali pecunia C mar. arg.

Michal de Hyrlewa conqueritur super eundem Franciscum, quia occurrens sibi sine iure in via pacis dedit sibi C plagas liuidas. Camerarius idem. Actores non astiterunt contra citatum, terminus monere feria IIII post Conductum Pasche. Citato datum est pro iure, dedit memoriales.)

6. Michal de Neprobylicz conqueritur super Tyessek de Swyrczowicz, quia occidit sibi fratrem suum Jurzik quondam de Swyrczowicz, sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super eundem Tyessek de Swyrczowicz, quia recepit circa caput Jurziconis quondam de Swyrczowicz fratris sui, X mar. arg.

Item idem conqueritur super Ratibor de Olsan, Wanek ibidem pro simili capitali pecunia. Camerarius Hodislaus, terminus in octaua beati Jacobi.

7. Miloslaus de Neczek conqueritur super Cunradum de Sanowa, quia occidit sibi patruum suum Paulum quondam de Neczek sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super eundem, quia recepit circa caput Pauli quondam patrui sui de Neczek C mar. argenti capitalis. Camerarius Bohusud, terminus sequenti die post Jeronimi. Citatus obtinuit ius contra actorem.

8. Bussek [1] de Lesczan conqueritur super Raczek [2] de Byele, quia occidit sibi filiastrum suum Sulislaum quondam de Lesczan sine iure in via pacis. Si Bussek decedet, succedet sibi Bohusud de Lypna. Camerarius Czastonye, terminus feria IIII quatuor temporum Penthecostes.

Camerarius II Blasei, terminus sequenti die post Procopii. Camerarius III Czastonie, terminus sequenti die post Jacobi. Terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi. Terminus datus cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum in Adventu. Terminus datus cum concordia vel ad iudicium feria VI quatuor temporum Quadragesime anno domini MCCCXIX. Citatus astitit et actor non astitit, terminus monere feria VI quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus cum concordia vel ad judicium omnibus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Terminus ad idem ius IIII feria quatuor temporum in Aduentu.

Raczek stetit in termino suo, sabbatho quatuor temporum Penthecostes sibi dato, in quo Bussek non astitit, Raczconi datum est pro iure, dedit memoriales. Coram Alberto de Lubiessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis anno domini M°CCC°XX°.

Item idem conqueritur super eundem, quia recepit circa caput Busconis quondam de Lesczan, filiastris [sic] sui, CC mar. capitalis argenti.

[1]) non astitit. [2]) astitit.

9. Przibislaus [1] de Dobrzan conqueritur super Sezemam [2] de Wyrtba, quia quando Raczek de Byele occidit Sulislaum quondam de Lesczan, fratrem suum, tunc recepit circa caput ipsius CC mar. capitalis argenti. Przibislaus non astitit, citato datum est pro iure, dedit memoriales. Coram predictis beneficiariis et eodem anno et tempore.

[1]) non astitit. [2]) stetit.

10. Dobran orphanus de Drzienowa conqueritur iure orphanorum super Hron [1] de Palczie, quia occidit sibi patrem suum quondam Paulik de Drzienowa sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur super eundem, quia recepit circa caput Pauliconis occisi XXX mar. arg. Camerarius Witek, terminus sequenti die post Procopii. Camerarius II Hodislau, terminus sequenti die post Jacobi. Camerarius III Sdeslaus, terminus in octaua Assumpcionis Marie. Citatus non astitit, terminus monere sequenti die post Jeronimi. Hron non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XVIII° coram Petro de Rosenberk camerario, Vlrico de Rziczano judice, Karulo notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius datus Sdenek, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Camerarius datus Knyezek, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

[1]) non astitit.

11. Beneda, orphanus de Wolfsteyna, conqueritur iure orphanorum super Dluhomil [1] de Brodow, quia occidit patrem suum quondam Cstibor de Wolfsteyna sine iure in via pacis.

Item idem conqueritur iure orphanorum super eundem, quia quando occidit patrem suum quondam Cstibor de Wolfsteyna sine iure in via pacis, circa caput ipsius recepit CC mar. arg. capitalis argenti.

Item idem orphanus conqueritur super Bedrzich [2] de Brodow, quia quando occidit patrem suum quondam Cstibor de Wolfsteyna sine iure in via pacis, circa caput ipsius recepit C mar. arg. capitalis argenti.

Item idem conqueritur super Cstibor [3] de Chodoweplane pro C mar. arg. capitalis pecunie. Actor astitit contra Cstibor, et Cstiborius non astitit, orphano datum est pro iure, dedit memoriales.

Item idem orphanus conqueritur super Hynek de Brazczie pro C mar. arg. capitalis pecunie. Terminus datus Hynconi ad judicium sabbato quator temporum Penthecostes.

Item idem orphanus conqueritur super Vlricum [4] de Chodoweplane pro C mar. argenti capitalis. Camerarius Witek, terminus in octaua Omnium sanctorum. Camerarius II Jan, terminus in

vigilia Andree. Camerarius III Witek, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°. Citati omnes non astiterunt, terminus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure super Dluhomil, Bedrzich, Cstibor, Vlricum; dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis.

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit. [4]) non astitit.

12. Roprecht de Zhorczie conqueritur super Andream de Paczowa, filium Czeczonis, quia occidit patrem suum quondam Lutman de Zhorczie sine iure cum suo posse in via pacis.

Item idem conqueritur super eundem, quia quando occidit patrem suum quondam Lutman sine iure cum suo posse, circa caput ipsius recepit XX mar. arg. capitalis pecunie.

Item idem conqueritur super Proczek de Paczowa pro capitali pecunia XX mar. arg. Camerarius Cris, terminus sequenti die post Purificacionem. Camerarius II Witek, terminus feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Camerarius III....., terminus feria IIII quatuor temporum Penthecostes.

Causa, que vertitur inter Roprecht de Zhorczie ex vna, et Andream de Paczowa, filium Czieczonis, ex altera parte, est compromissa superarbitrio ex parte Roperti [sic] Wlachnony de Czyrmne, et ex parte Andree Ottoni de Lutkowa, domina Elyzabeth inclusa et omnibus amicis eorum, pro omnibus causis, quas habent in tabulis terre, qui debent sub amissione cause ratum tenere, quicquid ipsi mandabunt; et quicumque eorum ratum non tenebit, extunc perdet causam suam quasi in obtento iure. Terminus pronunciandi arbitrium sabbato quatuor temporum Penthecostes. Otto de Lutkowa et Wlachen de Czyrmne commiserunt pronunciacionem arbitrii vnus alteri; et quicumque eorum pronunciabit, debet habere vigorem. Terminus datus pronunciandi arbitrium in octaua Viti.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

13. Beness de Zagesda conqueritur super Sdislawam de Zbudyehosticz, Adleytham ibidem pro debito, quamlibet X mar. arg. minus lotone, tali, quia quando rogauit, vt sibi equum seruarent, et illum sibi non restituerunt, et ille valuit eandem pecuniam. Camerarius Radslaw, terminus in octaua beati Galli.

14. Boleslaw [1] de Rozalowicz conqueritur super Scepan [2] de Porzechan pro vadio fideiussorio X mar. arg. minus lotone tali, quia fideiussit ad eum pro Bicen de Costomlat, cum quo habuit terminum in Rozalowicz sub dicto vadio feria quinta ante Wenceslai hoc anno, et ibi debuit eum euadere gracia vel iure. Et ibi Boleslaw fuit et ipse defuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Bochusud, terminus in octaua beati Galli. Terminus infirmo iurare secunda feria post Martini. Actor astitit, et Sczepan non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

In margine: In octaua Venceslai. [1]) actor invenit graciam beneficii pro se ipso. [2]) infirmus; non astitit.

15. (Beness [1] de Prziewory conqueritur super Bochuslaum de Przieboy pro debito X mar. arg. minus lotone tali, quia non recte diuisit me ab ipso. Camerarius Radslaw, terminus in octaua beati Galli.)

[1]) invenerunt graciam beneficii.

16. Bochuslawa de Palczie conqueritur super (Dirsscraye, alter Dirsskray de Palczie,) quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua in Palcye dotali. Per-

dicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro L mar. arg. Actor Andreas de Kokowicz, Petr ibidem, siue sola; camerarius Sdeslaw; terminus feria II post Katherine. Terminus datus ad judicium feria IIII quatuor temporum in Adwentu. Actrix commisit causam fratri suo Nicolao de Kokowycz, terminus datus cum concordia uel ad iudicium feria secunda post Epiphaniam.

Anno domini M⁰CCC⁰XVIII⁰.

17. (Bleh [1] de Wsskur) conqueritur super Dyetrihz de Lissowicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in crinalibus argenteis et diuersis clenodiis pro X mar. arg. minus lotone. Actor Hauel de Bratkowicz, siue Pribyslaw de Zbudiehosticz, siue solus; Camerarius Dobross; terminus sequenti die post Katherine.

(Item idem) conqueritur super Suatoslauam de Lissowicz, super Petram ibidem pro debito X mar. arg. minus lotone, quia sibi tenentur pro crinali aureo et za spinadla. Camerarius idem, terminus feria II post Martini.

In marg.: In octaua Galli. [1]) Blh inuenit graciam beneficii pro omnibus culpis suis anno domini CCCxx sequenti die post Viti.

18. Budislaus, Bernardus, Hroznata de Kossycz conqueruntur super Bochuslaum de Mosczka, Ottonem de Byssicz et de Kowacy, Scepan de Lubonycz, quia fecerunt ipsis dampnum cum suo posse per excussionem in Kossicz, hereditate ipsorum. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quilibet super quemlibet pro L mar. arg. Actor Petrus de Kossicz, Radslaus ibidem, siue solus, camerarius Medwed, terminus feria III post Jeronimi. Citati non astiterunt, actoribus datum est pro iure, dederunt memoriales. Camerarius datus Ostas, ut inveniant graciam actorum et beneficii.

19. Boleslaw de Rozalowicz conqueritur super (Jan abbatem, totumque conuentum de Postolopirtz pro vadio C mar. arg.) quia roborauerunt se sibi amicabili ordinacione sub dicto vadio, quod qualiscumque loquela fuit inter eum et abbatem et totum conventum, hoc commiserant arbitrio Fridrici de Czachowicz, et quidquid idem inter eos diceret, quod vtraque pars obediret, et Fridricus arbiter dedit ipsis terminum in suburbio Pragensi — feria quarta post Epiphaniam hoc anno erunt tres anni — et ibi Boleslaus fuit et abbas et conuentus defuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Bochusud, terminus in vigilia Symonis et Iude. Actor commisit causam suam Jaroslao de Lybossyna siue Medwed de Zlonicz, camerarius II Troyan, terminus sequenti die post Andree. Camerarius III Bochusud, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu. Camerarius datus Sudek, vt abbati, quod rex reformauit, dicat ius suum Boleslao. Terminus sequenti die post Purificacionem anno domini M⁰CCC⁰XIX⁰. Nunctius ad tabulas ex parte regis Albertus Skopko.

20. Beness de Potrupima [Petrupina?] conqueritur super Witham de Strziezkowa pro hereditate.

Item idem conqueritur super Wanek [1] de Chotyenicz pro debito fideiussorio LXXX mar. arg., quia fideiussit pro domino Thobia de Bechin pro equo, quem emptum sibi non persoluit.

Camerarius Medwied, terminus feria secunda post Martini. Camerarius II Beness, terminus sequenti die post Andree. Camerarius Medwed III, terminus feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

21. Bochuslawa de Kluchowa conqueritur super Dywiss de Olticz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Chowanicih, quando ibi habuit. Perdicio in vestibus et diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor Wylk de Porziechan, siue Budywoy de Sbilewa, siue solus; camerarius Nycolaus; terminus feria II post Martini. Dywiss astitit contra Bochuslauam, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XXIII° in vigilia Natiuitatis Christi dominus Vlricus judex terre mandauit ex parte regis, quod Diuissus respondeat Bochuslae ad istam causam, quia maritus eius Hrabissius fuit in seruicio regis, et propterea Bochuslawa non astitit in primo termino; nunctius ex parte Vlrici judicis ad tabulas Sdislaus vicejudex. Camerarius datus Radslaw, vt Diuiss compareat feria II post Epiphaniam. Terminus datus de mandato regis ad idem ius feria VI quatuor temporum Quadragesime.

22. (Bleh de Wzkor conqueritur super) Hedwycam [1] de Hobssowycz pro debito VI mar. arg., quia sibi tenetur pro promptis denariis concessis, quos sibi concessit et marito suo Byczen quondam de Hobssowycz. Camerarius Medwed, terminus feria secunda post Martini. Actor astitit et Hedwiga non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit. In marg.: In die lune.

23. Bussek de Horzyessowicz conqueritur super Bauor de Sepetel pro debito X marc. argenti minus lotone, quia sibi, tenetur pro promptis denariis concessis. Camerarius Smil. Terminus feria VI quatuor temporum in Aduentu.

Item idem conqueritur super Miloslaum de Sepetel pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lotone, quia fideiussit ad me pro Bauaro de Sepetel, qui sibi tenetur pro promptis denariis concessis. Camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Miloslaum [1] de Horzyessowycz pro mutilacione,[2] qui obuians sibi in via pacis i ohromil eum in sinistra manu in tribus digitis sine iure. Camerarius idem, terminus idem. Camerarius II Sdislaus, terminus sequenti die post Purificacionem. Actor comisit causam sua[m] Radymowy de Czeradicz, camerarius Sudek III, terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus feria IIII [post] Conductum Pasche. Terminus datus sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus in octaua Viti.

Causa, que vertitur inter Bussek et Miloslaum, est compromissa arbitrio Sdislai de Neprobilicz et Nekmyr de Skal, qui debent ratum tenere, quicquid ipsi mandabunt, sub amissione cause et vadii XL mar. Terminus pronunciandi arbitrium feria V post octauam Johannis Baptiste. Terminus datus ad idem ius feria VI post Jacobi, siue sit gwerra siue non. Bussek stetit ante capellam, Miloslaw non stetit, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus sequenti die post Martini. Actor iurauit pro mutilacione super Miloslaum, obtinuit ius suum, dedit memoriales. Camerarius datus Knyesziek, ut inueniat graciam actoris et beneficii.

Barones adinuenerunt, quod nullus debet ducere super hereditatem in Horziessowicz, quia est dotalis hereditas et orphanorum; si quis habet aduersus aliquid, querat bona sua.

Item idem Bussek conqueritur super Sdislauam de Zhorzyessowycz, quia obuians sibi in via pacis sine iure intulit sibi CC plagas liuidas. Camerarius Smil, terminus feria II post Epiphaniam. Terminus datus ad jdem ius feria VI post Jacobi, siue sit gwerra siue non, sub amissione cause et vadio XL marcarum.

[1]) negauit. [2]) z hromoty.

24. Bohuslaus de Prohonicz conqueritur super Wanek de Chotyemicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Per... [sic] Camerarius Radslaus, terminus feria secunda sequenti post Epiphaniam.

25. (Branik de Ludicz conqueritur super Mathiam, Sulconem de Zahorzye pro debito, quemlibet decem mar. arg. minus lotone, quia sibi debiti sunt pro censu Swemislicyh. Camerarius Vitek, terminus sequenti di post Martini.)

Item idem conqueritur super Nicolaum[1], Jessek[2], Doberach[3] de Ludicz, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in hereditate sua in Ludicz. Perdicio in siligine et tritico: quemlibet pro XX mar. arg. Actor solus, camerarius Witek, terminus sequenti die post Andree. Terminus datus ad iudicium feria IIII quatuor temporum in Adventu. Terminus iurare feria secunda post Epiphaniam. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius cum Nicolao et Jessek feria V. quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus feria VI ad barones, vtrum debeat ferrum recipere domina Doberacha. Terminus datus Nicolao et Jesconi cum concordia vel ad iudicium in octaua Viti.

[1]) negauit. [2]) negauit. [3]) negauit

26. Blasias de Dassicz conqueritur super Radslaum de Chrasti, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, armis bellicis pro L mar. arg. Actor solus, camerarius Milek, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu.

27. Bohusud de Siskowa conqueritur super Cunrat de Czeradicz, Przibek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse in deduccione et recepcione domorum in hereditate sua Siskow. Perdicio: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Pessek, terminus feria II post Epiphaniam.

Item idem conqueritur super alios de Porta ....

Anno domini M°CCC°XVIII°.

28. Bochuslaus de Hory conqueritur super Benedam de Hrasta pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro vinea, quam aput ipsum emit in hereditate Owcyerz, quando ibi habuit, quam emptam non persoluit. Camerarius Smil, terminus sabbato post Natiuitatem Christi.

In margine: Nicolai.

29. Boleslaus, frater de Hradcze, conqueritur super Sdeslaum de Morauam, Wilhelmum de Lypecz siue de Slepoticz pro debito fideiussorio, quemlibet XXX mar. arg. tali, quia fideiusserunt ad ipsum pro Pilungo de Turowa, Petro ibidem, et idem tenentur sibi pro censu Zelewiensi et in Bezdyecow. Camerarius Vitek, terminus feria II post Epiphaniam. Camerarius II Vitko, terminus sequenti die post Purificacionem. Actor comisit causam suam fratri Alberto de Sancta Anna, preposito apud Sanctum Laurencium. Camerarius tercius Witek Komosa, [terminus] sabbato quatuor temporum Quadragesime. Citati non astiterunt. Terminus monere feria IIII post Conductum Pasche. Terminus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Marquardus vicenotarius cum camerario Mikess induxit fratrem Boleslaum super hereditatem Sdeslay in Morawan, quicquid ibi habet, et super hereditatem Wilhelmy in Slepoticz, quicquid ibi habet, in causa obtenta anno domini M°CCC°XX° sabbato ante quatuor tempora Quadragesime.

In margine: Camerarius datus Mikess, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

30. Byczen de Wynarzecz conqueritur super Petrum .... Jaroslaum, Jacub, Maczek, Martin, Zoberz, Bech de Rzedhosczie, Woyslaum de Lukova, Zdon de Gyetssowicz, Manek, Paulik de Ka-

menicze, Sdislaum ibidem, Welek ibidem, Bernhart ibidem, Dobrohost de Wytova, Jan ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, vestibus et promptis denariis: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Camerarius Nicolaus, terminus feria VI quatuor temporum Quadragesime.

31. Blahut de Cstyniwssi, Wach de Ratssiniwssi, Waurzinetz, Jacub, Paulik, Kvness, Marzik, Swaton, Crziss, Symon, alter Jacub, Thyesek, Pessek de Ratssiniwssi conqueruntur super eosdem pro simili dampno. Camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Borzutam de Rziedhosczie, Petrum ibidem, Wanek de Hrzieskowa.

Item idem Byczen conqueritur super Borzutam de Rziedhoscze, quia captiuauit homines suos Witkonem de Rathssiniwssi, Baram de Ledczicz, Laurencium ibidem sine iure cum suo posse in via pacis, et duxit eos ad castrum suum in Rziedhoscz. Tunc assumpto camerario Nicolao a Pragensi beneficio volens eos excipere, quia sine iure eos captiuauit, ibi fecit repulsam, ita quod habet dampni in equis et promptis denariis pro quingentis marcis argenti. Actor Bartuss de Wynarzec, siue Climent ibidem; camerarius Witek, terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime.

Petrus de Rosenberk et alii beneficiarii conqueruntur super eundem.

32. Wanek de Hrzieskowa, Troian de Wynarzecz conqueruntur super Wogin de Hrzieskowa pro spolio facto in via pacis. Perdicio equis pro decem mar. arg. Camerarius idem, terminus idem.

33. Bohuslaus de Oypirnicz conqueritur super Miroslaum [1] de Wochowa, quia obsedit municionem suam in Oypirnicz sine iure cum suo posse in hereditate sua, et vsus est pernis, tritico, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Camerarius Troian, terminus feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Actor astitit et citatus non astitit; actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

34. Bussek de Crassova conqueritur super Marqwart [1] de Rziebrzika, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Chrzuczi, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor Blasias de Wgiezdczie, siue Jurzik de Wssehird, siue solus; camerarius Sudek; terminus sequenti die post Purificacionem. Actor astitit, Marquardus non astitit, terminus monere feria VI quatuor temporum Quadragesime. Actor commisit pro causa sua monere Maczek de Strzyeboweticz, Mstitye de Wssehird. Terminus datus monere feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus monere feria VI quatuor temprum Penthecostes. Terminus datus de mandato regis ad judicium sequenti die post Jacobi.

In margine: V feria quatuor temporum in Adventu. [1]) non astitit.

35. Beness de Horziewczicz conqueritur super (Puten, Dasek, Woytyech, Jan, Hodek, Jacub, Duchon, Sebest, Pauliss, Welek, Wanek de Popowicz), quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio vestibus, denariis: quemlibet II mar. argenti. Actor solus, camerarius Bohusud, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus datus cum concordia feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad judicium feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus ad idem ius feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus cum concordia vel ad judicium sequenti die post Jeronimi. Citati invenerunt graciam beneficii.

Item idem conqueritur super (Jan de Popowicz) pro mutilacione.

36. Budislaus de Rosental conqueritur super Habhardum de Lnarz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Haynyech, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor Welislaus de Wgiezda siue solus; camerarius Swanek; terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Actor commisit causam Benede de Chzahlaw, terminus datus ad judicium feria IIII post Conductum Pasche, in quo termino actor infirmus. Terminus infirmo feria VI post Stanyzlay.

In margine: Inposicio facta sabbato post Innocentum.

37. Beness de Horziewczicz conqueritur super (Marzik [1] de Popowicz), quia quando invenit ipsum [2] in via pacis, cum suo posse sine iure, dedit sibi apertam plagam et X liuidas. Camerarius Bohusud, terminus sequenti die post Purificacionem. Camerarius II Smil, terminus feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Camerarius III Bohusud, terminus feria secunda post Palmas. Terminus datus ad judicium feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Jeronimi.

[1]) Marzik invenit graciam beneficii. [2]) occurrit sibi.

38. Benessius de Michalowicz conqueritur super (Bohuslaum de Sowynicz, Martinum ibidem, Syeczecz) de Knyeziemost, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue, quia sine iure receperunt teloneum [1] suum, quod sibi rex dedit in Knyezemost et in Sowynicz, argentum et denarios. Perdicio: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor Rzehorz de Hlauna, siue Mathias ..... [sic], siue solus; camerarius Martin; terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime ad judicium.

[1]) clo.

Anno domini M°CCC°XIX°.

39. Benessius de Michalowicz conqueritur super (Mutynam de Chluma siue de Dobrowiczewssi, Marquardum de Zwyerzeticz) pro uadio fideiussorio, quemlibet duo millia mar. arg., quia fideiusserunt ad eum pro Hermanno de Zwyrzeticz, quia idem Hermannus sub dicto vadio debuit dare famulo suo Nicolao de Rzehnicz LX mar. arg. amicabili ordinacione preterito anno feria V in die Petri in castro in Michalowicz, et quia Hermannus non compleuit, ideo amiserunt vadium fideiussorium nominatum. Camerarius Witek, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu. Camerarius II Milek, terminus sequenti die post Purificacionem. Actor commisit causam Wyeczkoni de Wykowicz siue Lambyn de Czachowicz, camerarius III Wytek, terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad judicium feria IIII post octauam Johannis Baptiste. Terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi. Anno domini M°CCC°XIX° die dominico in die beate Marie Magdalene dominus Johannes Bohemie rex mandauit per dominum Albertum de Lubyessicz camerarium, et Vlricum de Rziczano judicem, nunccios ad tabulas, delere omnes causas, pro quibus Benessius et filius suus citauerant Hermannum et Marquardum de Zwierzeticz, Mutynam et homines ipsorum, et si quis hominum suorum citauerint. Terminus datus sequenti die post Martini ad idem ius. Terminus datus ad idem ius IIII feria quatuor temporum in Aduentu. Citati non astiterunt, terminus monere VI feria quatuor temporum Quadragesime. Terminus monere III feria ante Palmas. Anno domini M°CCC°XXI° sabbato quatuor temporum Quadragesime (coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario ceterisque Pragensibus beneficiariis).

Dominus Johannes rex Boemie dedit eis terminum pro causa ista per nuncium suum dominum Johannem cancellarium sabbato quatuor temporum Penthecostes, quia solus wlt ipsam

causam audire anno domini M°CCC°XXI°, et infra illum terminum non debent inducere Benesium, nec impignorare citatos. Barones inuenerunt, si rex non intererit judicio, nec audiet solus causam, tunc differi debet usque ad aduentum regis. Rex Johannes mandauit istam causam delere.

Item idem conqueritur super (Hermannum de Zwyerzeticz) pro vadio duo milia mar. argenti talis, quia roborauit se sibi amicabili ordinacione sub dicto vadio, quod debuit dare famulo suo, Nicolao de Rzehnicz, LX mar. argenti preterito anno feria V in die Petri in castro Michalowicz, et quia non compleuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarii iidem, termini iidem. Terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi.

Anno domini MCCCXXI° in die sancte Trinitatis dominus Johannes rex Boemie mandauit per nuncios suos dominum Albertum de Lubyessicz camerarium, et dominum Vlricum de Rziczano judicem ad tabulas imponere, quod (Hermannus et Marquardus de Zwierzieticz et Mutyna de Chlum) debent hoc ostendere probis hominibus, quod vadium istud sit propter ipsum dominum regem, et quod ex se ipsis ad dictum wadium domino Benesio non teneantur, quam expurgacionem debet dictus Benesius ab eis suscipere, quando dominus rex ad terram reueniet. Et interim Pragenses beneficiarii non debent dare induccionem nec inpignorare eos in causa ista.

Benessius absoluit Hermannum, Marquardum et Mutynam a causa ista anno domini MCCCXXII sequenti die post Margarethe in concilio generali.

Hermannus et Mutynye invenerunt graciam beneficii; Marquardus similiter invenit graciam beneficii.

40. (Bohuslaus [1] de Przieboy conqueritur super Michal [2] de Prziewori, quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse [in] hereditate sua Przieboy in diuersa annona pro X mar. argenti minus lotone. Actor solus, camerarius Duchon, terminus sequenti die post Purificacionem.

Item idem conqueritur super Katherinam [3] de Prziewori pro debito X mar. arg. minus lotone, promptis denariis.

Item idem conqueritur super Beness [4] de Przіewori pro simili debito. Camerarius idem, terminus idem. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales.)

[1]) Concordauerunt, invenerunt graciam beneficii. [2]) non astitit. [3]) non astitit. [4]) non astitit.

41. Bech de Zlyczyny conqueritur super Bohuslaum de Drzienye, Paulik ibidem, quia quando recepit camerarium Witek a Pragensi beneficio et voluit aprehendere vaccam aput Paulik de Drzienowa, ibi fecit repulsam. Perdicio pecore pro X mar. arg. minus lotone. Camerarius Domaslau, terminus sabbato quatuor temporum Penthecostes.

Petrus de Rosenberk camerarius, Vlricus de Rziczano judex, Johannes notarius conqueruntur super eosdem.

Witek camerarius conqueritur super eosdem.

Jacub de Zlyczyny conqueritur super Paulik .... pro L plagis liuidis.

Actum anno domini M°CCC°XVI° tempore Johannis notarii terre.

42. Dalebor de Kozoged conqueritur super Petrum [1] de Hrzywicz, Przibek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Kozoged, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: Super Petrum C mar. arg., super Przibek X mar. arg. minus lotone. Actor Nicolaus de Zhorzan, siue Jacub de Chwatyrub, siue solus; camerarius Smil; terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus cum concordia vel ad judicium sequenti die post Martini. Dalebor commisit causam Pakoslao de Kozoged, terminus datus ad judicium feria IIII quatuor temporum in Adventu. Citatus non astitit, actor obtinuit ius, dedit memoriales. Camerarius datus Smil super Petrum, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

Pakoslaus de Kozoged conqueritur super eosdem pro simili dampno. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Item idem Dalebor conqueritur super Smil[2] de Msseneho pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro equo, quem emptum sibi non persoluit. Camerarius idem, terminus idem. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

In margine: in octaua Bartholomei. [1]) non astitit. [2]) non astitit.

43. Dmytr de Tuzetyna conqueritur super Sdislauam de Horziessowicz pro debito fideiussorio IX mar. arg., quia fideiussit pro ipsa ad Hermannum de Horziessowicz pro poledro. Camerarius Sdeslau, terminus sabbato post Natiuitatem Marie.

In margine: sabbato post Assumpcionem Marie.

44. (Dalebor de Kozoged conqueritur super Vlricum de Hrzywicz, Hyncze, Cunrat, Bertoldus, Swach, Welek, Pezolt, Hermannum, Hodek, Prziemil, Wolfil, Slauek, Waczlau, Jan, Pessek, Beran, Jaross, Swach, Mathei, Sebek, Gerunk, Prowod, Wit, Troian, Petr, Martinum de Hrzywicz, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in Horzass, hereditate sua. Perdicio siligine, feno et diuersa annona: a Vlrico L mar. arg., a quolibet aliorum pro IX mar. arg. Actor Jacub de Chwatirub [sive] solus, camerarius Smil, terminus sequenti die post Jeronymi. Terminus datus cum concordia vel ad judicium sequenti die post Martini. Vlricus cum hominibus suis commisit causam Petro de Hrziwicz siue Wenceslao ibidem. Homines dicti Vlrico [sic] receperunt camerarium Bohusud, et Dalebor recepit camerarium Smil ad preuidendam hereditatem inter metas Horzass et Hrziwicz, qui debent esse in hereditate in die beati Clementis, et redire cum nuncciis feria IIII quatuor temporum in Adventu. Citati comiserunt causam Wanconi siue Johanni de Hrziwicz, terminus datus cum concordia vel ad judicium cum omnibus sequenti die post octauam Epiphanie. Terminus datus cum concordia vel ad judicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus cum concordia vel ad judicium sabbato quatuor temporum Penthecostes.)

45. (Domaslaus de Nosatczicz) conqueritur super Ottonem de Ludicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in Nossatczicz, hereditate sua. Perdicio vestibus, denariis promptis pro X mar. arg. minus lotone. Actor Jacub de Nossatczicz, siue Pauel ibidem, siue solus; camerarius Sdeslau; terminus feria secunda post Galli. Terminus datus cum concordia vel ad judicium ex mandato arbitris [sic] Sdislai de Neprobylicz sequenti die post octauam Epiphanie. Actores invenerunt graciam beneficii pro se ipsis.

(Mechthilta de Nossatczicz) conqueritur super eundem pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro promptis denariis concessis. Camerarius idem, terminus sequenti die post Jeronimi.

In margine: feria secunda post Natiuitatis Marie.

46. (Dyetoch de Zuzelicz conqueritur super Alwik[1] de Myrchoged, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis et armis bellicis pro XC mar. argenti. Actor Pessek de Lewyna, siue Dywiss de Lestneho, siue solus; camerarius Jurzik; terminus feria II post Galli.)

[1]) mortuus est.

47. Dywiss de Tallenberka conqueritur super Franciscum de Dobessowicz et de Zelenczie pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lotone talis, quia fideiussit ad eum pro Vnka

de Hryzela, quod idem sibi tenebatur pro promptis concessis denariis. Camerarius Nicolaus, terminus sequenti die post Martini.

In margine: in octaua Galli.

48. Ditricus de Nesuchynye conqueritur super Johannem de Horzusedl pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro panno, quod emptum sibi non persoluit. Camerarius Bohusud, terminus sequenti die post Martini. Testes Ditrici contra Johannem: Waltherus de Hostunye, Peczolt ibidem, Cunrat ibidem; testes Johannis: Swatoslaus de Radunycz, Przibislaus de Bukowa, Cunrat de Ratkowa. Terminus feria V quatuor temporum in Adventu. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius feria V quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus Cunrado de Ratkowa ex parte Johannis ad ius aque feria V quatuor temporum Penthecostes.

49. (Dominek de Lubiechowa conqueritur super Petrum de Zlussyna, Barton ibidem, Petrum alterum ibidem, Przibek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Zlussinye, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro decem mar. arg. minus lotone. Actor Waczlau de Lubyechowa, siue Jurzata ibidem, siue solus; camerarius Witek; terminus sequenti die post Katherine. Actores commiserunt causam Dominek, patri ipsorum. Terminus datus ad judicium feria IIII quatuor temporum in Advėntu. Terminus datus omnibus cum concordia vel ad judicium sequenti die post octauam Epiphanie.) Actores invenerunt graciam beneficii.

(Lupolt, Woyslau de Lubiechowa) conqueruntur super eosdem pro simili.

50. (Dyetoch de Zuzelicz conqueritur super Sezemam [1] de Smyrczan, Henricum de Czeksicz pro vadio, quemlibet C mar. argenti.)

Item idem Dyetocht conqueritur super Symek de Holyssicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in succisione silue sue in hereditate sua Holysiczke. Perdicio X marc. arg. minus lotone. Actor Diuiss de Lestneho, siue Pessek de Lewina, siue solus, camerarius Milek, terminus post Nativitatem Marie. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Jurzik, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

[1]) mortuus est.

51. Ditricus de Kutna conqueritur super Hrabissium de Pabyenicz pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro promptis concessis denariis. Camerarius Blasius, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu.

Cunrat Heynczil de Kutna conqueritur super eundem pro simili debito.

52. (Domaslaus [1] de Drast) conqueritur super Rzehak de Hosczicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Lubcziczkach, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro X mar. arg. minus lotone. Actor Pessek de Postrzyzyna siue solus.

(Item idem) conqueritur super Sdenek de Letek pro simili excussione in Wyetrossicz. Perdicio X mar. arg. minus lotone.

(Item idem conqueritur super Mladon de Kleczan) pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro censu Drastensis hereditatis. Camerarius Smil, terminus in octaua Epiphanie. Citatus obtinuit ius contra actorem, dedit memoriales.

[1]) actor invenit graciam beneficii pro se ipso.

53. (Domaslaus de Drast) conqueritur super Byczen [1] de Hobsowicz pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lotone talis, quia fideiussit pro Rudolt quondam de Budyehosticz, quod idem

sibi tenebatur et fratri suo domino Mladote, canonico Wyssegradensi, pro hereditate Bohumislsku. Camerarius Smil, terminus in vigilia Purificacionis. Citatus non astitit, terminus monere feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Smilo, vt inveniat graciam actoris et beneficii, et istud primo inposuit in octaua Galli anno domini M°CCC°XVIII°. Sdislaus viceiudex cum camerario Witek induxit Domaslaum super curiam arature Byczen in Hobsowicz cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente in jure obtento. Actum anno domini M°CCC°XVIII° in vigilia Andree.

(Item idem) conqueritur super Mladon de Kleczan pro debito IX mar. arg. talis, quia habuit ab ipso hereditatem in censu in Drast, ibi debuit sibi soluere censum, quem sibi non soluit. Camerarius Smil, terminus in vigilia Purificacionis.

[1]) non astitit.

54. (Ditricus de Chwoyna conqueritur super Ottonem de Lutkowa pro debito fideiussorio XL mar. arg. talis, quia fideiussit pro Nymir de Kamene, quia idem Nymir debuit sibi dare XL mar. arg. pro hereditate Dolsko in domo ipsius Chwoynie preterito anno sabbato in die beati Wenceslai, hoc sibi non compleuit, ideo tenetur debitum fideiussorium nominatum. Camerarius Welek, terminus sequenti die post octauam Epiphanie. Camerarius II Ozwald, terminus in vigilia Purificacionis. Camerarius III Welek, terminus feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus de mandato domini archiepiscopi Maguntinensis feria IIII post Conductum Pasche ita, si dominus rex venerit; et quia famulus Ottonis posuit ipsum infirmum, si rex venerit, tunc expurgabit se infirmitate feria V post Conductum Pasche. Terminus datus ad idem ius, si rex venerit, feria V quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius sequenti die post Jacobi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Jeronimi. Citatus concordauit cum actore, invenerunt graciam beneficii.)

55. (Dobrohost [1] de Blahoticz) conqueritur super Wyeczemil [2] de Quiczie pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro promptis concessis denariis. Camerarius Bohusud, terminus feria VI ante Letare. Actor commisit causam Medwiedoni de Zlonicz siue Bohess de Welemisliwssi, terminus datus feria IIII post Conductum Pasche. Testes Dobrohostonis sunt: Wyecemil, Bolebor de Zelenicz [Zeleuicz?], Wykart de Chlumczan, Luderz de Tuzetyna; testes Wyecemili: Chotiecz de Cralowicz, Rapota de Drzienowa, Sczepan de Przieluczie. Terminus feria V quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus sequenti die post Viti. Terminus datus ad idem ius III feria in octaua beati Jacobi. Terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius feria V quatuor temporum Penthecostes. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XVIII° camerarius datus Jan, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Anno domini M°CCC°XVIII° feria secunda in die beatorum apostolorum Johannis et Pauli Sdislaus viceiudex cum Witkone camerario induxit Dobrohostonem super hereditatem Wieczemili in Blahoticz, super tres curias rusticorum cum agris, pratis et qualibet libertate, in iure obtento.

[1]) invenit graciam beneficii Dobrohost pro omnibus culpis suis et testes liberauit. [2]) non astitit.

56. Dobess de Lochprzieticz conqueritur super Dobronyha de Karnberka, quia tenet hereditatem suam VIII curias rusticorum in Hlassiwie in obligacione in XXXIII mar. arg. et XX grossis dotalis argenti cum agris, pratis et qualibet libertate ad ipsam pertinente, quod argentum dotauerunt sibi, quando tradita fuit Bernhardo de Bernarticz, et ipse eam sibi duxit in vxorem, pro qua non wlt argentum recipere, nec de hereditate condescendere nominata. Camerarius Medwied, terminus feria VI quatuor temporum Quadragesime. Camerarius II Swanek, terminus sabbato ante Palmas. Camerarius III Medwied, terminus feria IIII post Conductum. Terminus infirme feria V quatuor temporum Penthecostes.

57. (Dcherz de Mssecz conqueritur super Woyslaum de Nossaczicz pro vadio X mar. argenti minus lotone talis, quia amicabili ordinacione sub dicto vadio debuit sibi ius facere super famulum suum Jacobum de Nossaczicz feria VI ante Assumpcionem Marie hoc anno in Slana, hoc sibi non compleuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Witek, terminus feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum Penthecostes.)

(Item idem conqueritur super Lupoldum de Cralowicz pro vadio fideiussorio X mar. arg. minus lotone talis, quia fideiussit pro famulo suo Jacobo de Cralowicz, quia debuit eum statuere in Drzienowie feria IIII ante Assumpcionem Marie hoc anno, ut expurgaret se, quidquid sibi culpe daret, et quia eum non statuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem. Terminus datus cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Citati concordauerunt cum actore, invenerunt graciam beneficii.)

58. Dcherz de Mssecz conqueritur super Byrzwen [1] de Croczihlau pro debito X mar. arg. minus lotone dotalis argenti talis, quia dictum argentum dotauit sibi post Sdenkam filiam suam de Mssecz, quando eam sibi tradidit, et ipse eam sibi duxit in vxorem. Camerarius idem, terminus idem. Terminus datus omnibus citatis cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Viti. Terminus datus ad judicium in octaua beati Jacobi. Terminus ad judicium in vigilia Natiuitatis Marie. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum Penthecostes anno domini M°CCC°XVIII°. Actor astitit et Byrzwen cum Bohuslaua non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Sdislau, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Bohuslauam de Kroczihlau pro simili.

Item idem conqueritur super Sdislaum [2] ibidem, quia dotauit sibi post sororem suam ...... [sic] Pro causa, que uertitur inter Dcherz ex vna, et Byrzwen, Bohuslauam et Sdislaum ex altera, compromiserunt arbitrio Kladnonis de Kladnowa et Woyslao de Hrziebczie; quidquid ipsi mandabunt, debent ratum tenere sub amissione XXX mar. arg.; si uero dicti arbitri non concordabunt eos, extunc debent redire ad ius suum in octaua Assumpcionis Marie.

(Item idem conqueritur super Jacobum de Nossaczicz, Pauel ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in Mssecz, hereditate sua. Perdicio auena et diuersa annona: quemlibet pro X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius idem, terminus idem.)

[1]) non astitit. [2]) infirmus; infirmus; tercio infirmus. Terminus iurare sequenti die post Crucis. In margine: Bohuslaus de Drzienie posuit infirmum. Terminus infirmo sequenti die post Procopii.

59. (Dmytr [1] de Ludicz conqueritur super Ottonem de Ludicz, Pessek ibidem, Jan, Sdeslaum ibidem, quia occurrens sibi in via pacis sine iure dedit quilibet LX plagas liuidas. Camerarius Jacub, terminus sequenti die post Viti. Actores commiserunt causam Dmitr de Ludicz, terminus datus ad judicium in octaua beati Jacobi. Terminus datus ad judicium in vigilia Natiuitatis Marie. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium sequenti die post Jacobi anno domini M°CCC°XVIII°. Citati commiserunt causam Ottoni de Ludicz, terminus datus sequenti die post Jeronimi. Causa, que vertitur inter Dmitr et Ottonem, est compromissa arbitris Petro de Bysnye et Sulislao de Wssehluch, qui debent ratum tenere sub amissione XXX mar. arg. Terminus pronuncciandi arbitrium sequenti die post Jeronimi. Actum anno domini M°CCC°XXIIII° sabbato quatuor temporum in Aduentu. Commiserunt se interum eisdem arbitris sub eadem pena. Terminus pronuncciandi VI feria quatuor temporum Quadragesime. Terminus ad idem IIII feria post Conductum Pasce. Infirmus Otto. Terminus V feria quatuor temporum Penthecostes. Iterum commiserunt se potenter eisdem arbitris sub eadem pena. Terminus secunda feria post Laurencii

ad idem. Terminus ad idem sequenti die post Jeronimi. Terminus ad idem sabbato ante Martini. Terminus in octaua Epiphanie. Terminus ad idem sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus ad barones super eo, quod arbitri in dicto termino nichil pronunciauerunt, sequenti die post Jeronimi.)

(Prziedslaus et Elisabeth de Ludicz conqueruntur super eosdem pro simili.)

[1]) Concordauerunt, invenerunt graciam beneficii.

60. Domaslaua de Chrasczicz conqueritur super Zacharz de Bukowan, quia fecit sibi dampnum per incendium ignis in Bukowas, hereditate sua dotali. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Actor Mathias de Pzriedborzicz, siue Hyrdon de Zluczyna, siue sola; camerarius Witek; terminus sequenti die post Viti.

Item eadem conqueritur super Ditricum nullumde pro vadio XL mar. arg. talis, quia roborauit se sibi amicabili ordinacione sub dicto vadio. Debuit sibi taxare.

61. (Dyrzikray de Palczie) conqueritur super Sdislaum de Wyssyna pro vadio X mar. arg. minus lotone talis, quia cum suscepit ab eo obligacionem in Palczi, ibi non debuit ipsum inpedire sub dicto vadio, et quia recepit censum in dicta obligacione hoc anno sabbato in die beati Georii, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Witek, terminus in octaua beati Jacobi. Terminus datus ad judicium in vigilia Natiuitatis Marie. Terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi.

62. Diuiss de Kyssicz conqueritur super Milhost de Drahalczicz pro vadio LX mar. arg. talis, quia emit aput eam hereditatem in Drahalczicz, sub mensura semper duo jugera pro marca; pro qua debuit denarios recipere hoc anno tercia feria ante Georii in Drahalczicz sub dicto vadio, et quia dictos denarios noluit recipere, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Medwied, terminus feria VI post Ascensionem domini. Camerarius II Jacub, terminus sabbato quatuor temporum Penthecostes. Camerarius III Medwied, terminus sequenti die post Viti. Terminus datus ad judicium in octaua beati Jacobi. Terminus datus ad judicium in vigilia Natiuitatis Marie.

63. Anno domini MCCCXXI° quinta feria ante festum beati Wenceslay Marquardus vicenotarius cum camerario Smil induxerunt Dyetoch et alios actores inferiores super hereditates Tluczkonis in Cratonoh et in Vgiezd, quidquid habet, super Sezemam, super Nycolaum, Bohunconem in Cratonoh, quicquid ibi habent, cum hereditate et qualibet libertate ad ipsa pertinente super quemlibet in C mar. arg. in iure obtento, et ab inferioribus actoribus super quemlibet inductus est quilibet in L mar. argenti. Anno quo supra XXIIII° III feria post Purificacionem Dobrohost viceiudex et Sudek vicecamerarius cum camerario Bohusud taxauerunt ipsi Dietoch et aliis actoribus hereditates citatorum, super quas ipsi actores inducti sunt, semper pro X mar. arg. vnam marcam in censu, in tota pecunia obtenta et inducta hereditarie ad hereditatem.

Dyetoch de Zuzelicz conqueritur super Luczek de Cratonoh, Sezemam, Nicolaum, Luczek, Bohunek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Zuzelicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro C mar. arg. Actor Pessek de Lewina siue solus; camerarius Luczek; terminus in octaua beati Jacobi. Terminus datus propter gwerram sabbato quatuor temporum Penthecostes. Citati non astiterunt, actoribus datum est pro iure, dederunt memoriales. Anno domini M°CCC°XVIII. Camerarius datus Bohusud, ut inveniant graciam actoris et beneficii.

Cunrat, Nicolaus, Sczepan de Zuzelicz conqueruntur super eosdem pro simili rapina. Perdicio a quolibet super quemlibet pro L mar. arg. Citati non astiterunt, terminus monere sequenti

die post Jeronimi. Actores commiserunt causam monendi Hartmanno de Noskowa siue Cstiborio de Woyslauicz.

64. Dyrzislaus de Radicz conqueritur super Nicolaum de Lesczan, quia intromisit se et tenet sine iure hereditatem suam in Lesczan, curiam arature cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente, ad quam hereditatem habet melius ius quam ipse post patrem suum Quietek quondam de Radicz, quia dictam hereditatem sibi dedit et dare potuit Dyrzikray quondam de Lesczan sano corpore. Camerarius Sdislaus, terminus feria IIII ante Palmas. Actor commisit causam Busconi de Lesczan, siue Cunrado ibidem, camerarius II Duchon. Camerarius III Sdislau, terminus feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi. Nicolaus astitit contra actorem sabbato quatuor temporum in Adventu, monens pro iure suo, et Dyrzislaus non astitit. Terminus datus ad barones sabbato quatuor temporum Quadragesime, quia termini ipsorum exspirauerunt. (Terminus monere fer. VI quatuor temporum Penthecostes.) Nicolao datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCCXIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Terminus datus per camerarium Sudek ad judicium feria IIII post octauam Johannis Baptiste. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Terminus datus ad idem ius IIII feria quatuor temporum in Aduentu. Nicolaus debet statuere Raczkonem de Biela ad disbrigandam hereditatem. Terminus sequenti die post octaum Epiphanie. Terminus ad idem ius IIII feria quatuor temporum Quadragesime. Si Raczek decedet, tunc Sezema de Biele idem facere tenetur loco sui.

65. (Dyetoch de Zuzelicz conqueritur super Plichtam de Rozczalowicz pro vadio quingentis mar. arg. talis, quia roborauit se sibi amicabili ordinacione sub dicto vadio, quia debuit ipsum eximere de tabulis terre Pragensibus, quando Bussie de Wapna citauerat ipsum ad Pragense beneficium — hoc anno feria VI in die beati Michaelis transacti sunt octo anni — .... proptera quia non exemit ipsum de tabulis terre Pragensibus, ideo mansit sibi vadium nominatum. Camerarius Medwied, terminus sequenti die post Jacobi. Camerarius II Bartus, terminus in octaua Assumpcionis Marie. Actor commisit causam Hartmanno de Smolyna, siue Cstiborio de Woyslauicz. Camerarius III Medwied, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius feria VI quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX. Terminus datus feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus sabbato IIII temporum Penthecostes. Terminus datus sequenti die post Jeronimi anno domini M°CCCXIX°. Terminus datus sabbato quatuor temporum in Aduentu. Plichta obtinuit ius suum, dedit memoriales. Coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis anno domini M°CCC°XIX sabbato quatuor temporum in Aduentu.

Item idem conqueritur super Wsseslau[1] de Zachrasczan siue de Chuderzicz, Sulek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Cunraticz, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet C mar. arg. Actor Cunrat de Zuzelicz, siue Pessek de Lewyna, siue solus; camerarius Medwied; terminus sequenti die post Jacobi. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XVIII°. Camerarius datus Milek, ut inveniat graciam actoris et beneficii. Jacobus beneficiarius cum camerario Smil induxerunt Dyetoch super hereditates Wsseslay et Sulconis in Zachrasczan et in Chuderzicz, quidquid ibi habent, in iure obtento anno domini MCCCXX in die sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi. Dyetoch accepit nunccium camerarium a Pragensi beneficio Medwied, voluit poprawyty in hereditatibus suis inductis, in eis nichil inuenit; iussit arare eas et seminare,

et tenet eas in Zachrasczan et in Chuderzicz potenter. Anno domini M°CCC°XXIII° feria II vltima ante Translacionem Wenceslay.

Anno domini M°CCC°XXIIII° tercia feria post Purificacionem Sudek vicecamerarius, et Dobrohost viceiudex cum camerario Bohusud taxauerunt hereditates Dytochoni, super quas inductus est, videlicet ipsius Vseslay et Sulconis, ad veram hereditatem hereditarie, XX mar. in censu in ipsis hereditatibus.

[1]) non astitit.

66. (Dmitr de Ludicz) conqueritur super (Dyrzek) de Ludicz, (Ditricum) ibidem, (Czastowoy) ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse in recepcione census in Ludicz argenti et denariorum, hereditate sua. Perdicio: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Sdenek, terminus sequenti die post Jacobi. Terminus datus cum plena concordia ad omnes causas sequenti die post Jeronimi. Dyrzek, Dyetricus, Czastowoy, Sdeslaua inuenerunt graciam beneficii, quilibet pro se ipso.

Item idem conqueritur super (Sdeslauam) de Ludicz pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro promptis concessis denariis. Camerarius idem, terminus idem.

(Item idem conqueritur super Jan de Ludicz, Jacub ibidem, Welek ibidem pro vadio: quemlibet X mar. arg. minus lotone talis, quia roborauerunt se sibi amicabili ordinacione sub dicto vadio, quia nunquam debuerunt esse super dampnum suum, et quia induxerunt Petrum de Ludicz super dampnum suum, qui excussit eum in Ludicz, hereditate sua, ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem. Citati inuenerunt graciam beneficii pro se ipsis et actore.)

Item idem conqueritur super Hawel de Quiczie, Pechanecz ibidem, Woyslau de Kameniczie, Woytiech de Cralowicz, Wanek ibidem, Prossymyer ibidem, Wanek de Ludicz, Czastowoy ibidem, Chotyebor ibidem, Sebek de Wssehluch, Ditricum ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Ludicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro X mar. arg. minus lotone. Actor Hawel de Cralowicz siue solus. Camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Wysseslawam de Ludicz, quia quando Jan de Ludicz fecit sibi dampnum per excussionem in Ludicz, hereditate sua, hoc ipsa suscepit et vsa est equis, pecoribus pro X mar. arg. minus lotone. Camerarius idem, terminus idem.

67. Dobroslaus de Zagiezda conqueritur super Sudv de Zagiezda pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur promptis denariis concessis. Camerarius Bartus, terminus in octaua Viti. Terminus datus ad iudicium sequenti die post Jacobi. Terminus datus cum concordia uel ad judicium in octaua Assumpcionis.

68. (Dyetoch [1] de Zuzelicz conqueritur super Gyndrzich de Czeksicz) pro uadio fideiussorio C mar. arg. talis, quia fideiussit pro Sezema quondam de Smyrczan, quia idem sub dicto vadio debuit statuere homines suos de Holyssicz et de Hoyanowicz in Horzupnik, — feria III post quatuor tempora Quadragesime erunt tres anni hoc anno — ibi debuit sibi ius facere ad ipsos [et quia non fecit], ideo amisit vadium fideiussorium nominatum. Camerarius Sdislau, terminus fer. IIII post Conductum Pasche. Camerarius II Witek, terminus sabbato quatuor temporum Penthecostes. Camerarius III Meduied, terminus in octaua Johannis Baptiste. Terminus datus ad iudicium sequenti die post Jeronimi. Terminus dato sabbato quatuor temporum in Aduentu. Actor commisit causam Hartmanno de Smolyna. Terminus datus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad iudicium sequenti die post Jeronimi.

[1]) Inuenit graciam beneficii pro se ipso et citato in ista causa.

69. (Dyrzek de Ludicz) conqueritur super Bohuslauam et Elisabeth de Ludicz pro debito, quamlibet X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenentur pro promptis concessis denariis. Camerarius Quieton, terminus sequenti die post Jacobi.

70. Dyetoch de Zuzelicz conqueritur super Bernhardum [1] de Kutow, Jan [2] de Sbraslauicz, Artleb [3] de Wyrbky, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Trziebilicz, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet C mar. arg. Actor Pessek de Lewina, siue Dyrzek de Lukonoss, siue solus; camerarius Bartus, terminus sequenti die post Egidii. Actor astitit et citati non astiterunt; sed camerarius, qui citauit eos, non pronunciauit citacionem, sed loco sui pronunciauit Medwied, camerarius Pragensis, cum camerario Czaslauiensi. Terminus datus sequenti die post Crucis. Terminus datus monere sequenti die post Jeronimi. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Milek, ut inveniat graciam actoris et beneficii. Jacobus beneficiarius cum camerario Beness induxerunt actorem super Jan de Sbraslauicz super villas Zandow et Henrichow cum hereditate et qualibet libertate ad ipsas pertinente in C mar. arg. in iure obtento, anno domini M°CCC°XX° dominico die ante festum Johannis Baptiste.

Anno domini Millesimo CCCXXIIII° Sudek vicecamerarius cum camerario Bohusud induxerunt Dyetochonem super hereditatem Rynardy in Kut, quidquid ibi habet, in C mar. arg. in causa obtenta tercia feria post Purificacionem.

In margine: Actor commisit causam Hartmanno de Smolyna, siue Cstiborio de Woyslauicz. [1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit.

71. Dykerz de Quicze conqueritur super Mathiam [1] de Cralowicz, quia sagittauit sibi equum sine iure in via pacis, pro X mar. argenti minus lotone. Actor solus, camerarius Czaston. Terminus sequenti die post Egidii. Terminus datus ad iudicium sequenti die post Crucis. Terminus iurare feria IIII post Jeronimi.

Item idem conqueritur super Marzik [2] de Slapanicz, quia quando Cramolecz excussit ipsum in hereditate sua obligata in Tuhani, hoc ipse suscepit, et vsus est equis et peccoribus pro X mar. argenti minus lotone.

Item idem conqueritur super Petrum [3] de Quicze, quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse in subtraccione diuerse annone in Quiczi, hereditate sua. Perdicio X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius idem, terminus idem.

In margine: sequenti die post Jacobi: [1]) negauit. [2]) non citatus. [3]) non citatus.

72. (Ditricus [1]) de Skuhrowa conqueritur super Branik de Ludicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis et armis bellicis pro XL mar. argenti. Actor Sczepan de Makotrzass, siue Pessek ibidem, siue solus; camerarius Wanek; terminus sequenti die post Egidii. Terminus datus ad judicium sequenti die post Crucis. Terminus datus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus feria IIII quatuor temporum in Adventu.

(Item idem) conqueritur super Nicolaum de Ludicz, quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse in Stochowic, hereditate sua. Perdicio equis pro XL mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

(Item idem) conqueritur super Jan de Ludicz pro suscepcione ..... Perdicio: XL mar. arg.

(Item idem) conqueritur super Bohuslaum de Wylczieho et de Strziedokluk, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Stochowie, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro XL mar. arg. Actores iidem, terminus idem. Terminus datus

ad iudicium sequenti die post Crucis. Terminus datus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum in Adventu.

[1]) invenit graciam beneficii Dyetricus pro se ipso. In margine: Sequenti die post Jacobi.

73. (Dobroslau [1]) de Lkanye conqueritur super Ottonem de Lkanye, Jacobum ibidem, Martinum ibidem, Wanconem [2] de Woyniczek, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Lkany, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: super Ottonem pro XX mar., et alios quemlibet pro X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Hodislau, terminus sabbato quatuor temporum post Crucis. Camerarius Luthomericensis defuit ad pronunciandum causam citatoriam, sed dictus infirmus. Terminus datus iurare feria quarta [post] Jeronimi. Terminum dare precepit judex citatis, vt compareant feria secunda proxima post Martini ad idem ius; camerarius Sdenek vt compareant. Testes Dobroslai contra Margaretham pro debito: Czaslaus de Zlonicz, Dobrohost de Slaneho, Woyslau de Peruczie; testes Margarethe contra Dobroslaum: Thomas de Dlazkovicz, Jan de Stehelcziewssi, Jan de Lkanye. Terminus feria IIII post Jeronimi. [In margine]: Regina Elisabet Bohemie mandauit per litteram suam et per nunctium suum Conradum notarium beneficiariis Pragensibus, non iudicare Ottonem et vxorem ipsius Margaretam de Lkanye, sed si quispiam habet loqui adversus eosdem, de ipsis wlt facere in curia ipsius iusticiam, cum sint de familia ipsius dictus Otto et Margaretha.

Item idem conqueritur super Margaretam de Lkanye pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro promptis concessis denariis. Camerarius idem, terminus sequenti die post Egidii. Actor commisit causam Medwiedowy de Zlonicz; Margaretha commisit causam Ottoni de Lkanye; terminus datus ad iudicium sequenti die post Crucis. Terminus datus de mandato regine Jacobo et Martino ad iudicium sabbato quatuor temporum in Adventu.

[1]) actor obtinuit ius super Wanek, dedit memoriales. Actor invenit graciam pro se et Wancone beneficii. [2]) non astitit.

74. Dyetricus de Załezlicz conqueritur super Jenecz de Swoytina pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro equo, quem emptum non soluit. Camerarius Andreas, terminus feria IIII post Jeronimi.

75. Dietricus (de Zkuhrowa) conqueritur super Micola de Sacz pro vadio XL mar. arg. tali, quod amicabili ordinacione roborauit se sibi, quod debuit sibi popelice reddere et pannum preterito anno IIII feria in die Margarete sub dicto vadio, et illud sibi non compleuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Wanek, terminus sequenti die post Jeronimi.

(Item idem conqueritur super Henricum de Ztriedoklucz, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Makotrzas. Perdicio in piscibus XL mar. arg. Actor Crux de Stohowa, siue solus; camerarius idem, terminus idem. Terminus datus cum concordia vel ad iudicium feria IIII quatuor temporum in Adventu. Citatus obtinuit ius contra actorem, dedit memoriales.)

(Item idem conqueritur super Fridricum de Ztriedoklucz pro simili excussione. Actor idem, camerarius idem, terminus idem. Terminus datus cum concordia vel ad judicium feria IIII quatuor temporum in Adventu. Citatus obtinuit ius contra actorem, dedit memoriales.)

(Item idem conqueritur super Domaslaum [1] de Ryessuti, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Stohowe. Perdicio in pecoribus, diuersis domesticis rebus XL mar. arg. Actor idem, camerarius idem, terminus idem.)

Item idem Dietricus de Stohowa conqueritur super (Branikonem de Ludicz), quod fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Stohowe. Perdicio in equis, pecoribus,

diuersis domesticis rebus pro XL mar. arg. Camerarius idem, terminus idem. Terminus datus cum concordia vel ad iudicium fer. IIII quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus cum concordia vel ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°.

Item idem conqueritur (super Woyslaum) de Hrziebcze, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per incendium in hereditate sua Macotrzas. Perdicio in domibus, diuersis domesticis rebus pro XL mar. arg. Actores ad omnia [iidem], camerarius idem, terminus idem.

[1]) non citauit.

76. (Dyethoch de Zuzelicz conqueritur super Sdeslaum [1] de Sbraslawicz pro vadio fideiussorio XL mar. arg. talis, quia fideiussit pro Jescone quondam de Swabynowa, quia sub dicto vadio debuit ipsum statuere in termino in Crziwsudow, — hoc anno in Quadragesima sabbato post Letare fuerunt nouem anni — et in ipso termino debuit ipsum euadere iure vel gracia; ibi fuit in termino, et non euasit eum nec iure [nec] gracia, ideo amisit vadium fideiussorium nominatum. Camerarius Milek, terminus sequenti die post Crucis. Camerarius II Medwied, terminus sequenti die post Egidii. Camerarius III Sdeslaus. Recepit pro trina citacione, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus Sdeslao per camerarium Milek ad judicium in octaua Petri. Actor commisit causam Hartmanno de Smolina, siue Cstiborio de Woyszlawicz; terminus ad judicium feria VI post Jacobi. Terminus datus ad judicium in octaua Assumpcionis. Sdeslaus positus infirmus, sed non inposuit infirmitatem; terminus monere feria IIII ante Nativitatem Marie. Terminus ad idem ius post Jeronimi. Terminus ad idem ius post Martini. Sdeslaus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Domaslaw, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Anno domini MCCCXX dominico die ante festum Johannis Baptiste Jacobus beneficiarius cum camerario Beness induxerunt Dyetoch super hereditatem Sdeslay de Sbraslawicz, quidquid habet in Lossan, in iure obtento in XL mar. arg.)

(Item idem conqueritur) super Jan de Nyemczicz pro vadio fideiussorio XXX mar. arg. talis, quia fideiussit pro Dobessio de Nyemczicz, quia idem Dobessius sub dicto vadio debuit sibi dare XV mar. arg. in Zuzelicz, — hoc anno feria V post Galli erunt duo anni — et quia sibi non dedit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem. Actor commisit causam Hartmanno de Smolina siue Cstibor de Woyslawicz. Jan recepit pro trina citacione. Terminus datus ad judicium feria secunda post Jeronimi. Terminus datus sabbato quatuor temporum in Adventu.

[1]) invenit graciam actoris et beneficii.

77. Dyepolt de Przibislawicz conqueritur super Woyslaum de Zalessan, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis pro X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Nicolaus, terminus feria secunda post Martini.

Item idem conqueritur super Byczen de Squyrnowa, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Przibislawicz, hereditate sua censuali. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro X mar. arg. Actor solus, camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Pvss de Seradym pro simili.

In margine: Sequenti die post Jeronimi.

78. Dietricus de Choyna conqueritur super Jessek [de] Wzdiczowa, Bartuss de Klokot siue de Surabova, Slawa de Turowczie, Petr de Kluzowicz, quod fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Wyssowie, hereditate sua. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro XX mar. arg. Actor Radak de Przibyssycz, siue Duchon de Wztycz, siue solus; camerarius Swanek, terminus feria II post Martini. Inuenerunt graciam beneficii.

79. Hawel de Wyssowa, Simon, Martin ibidem conqueruntur super eosdem pro simili. Camerarius idem, terminus idem. Actor....

80. Dluhwoy de Wgezda conqueritur super Wchynu de Taklowicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, armis bellicis pro LX mar. arg. Actor solus, camerarius Domaslaus, terminus feria secunda post Martini.

Actum anno domini M°CCC°XVIII° tempore Karuli, notarii terre nec non archidiaconi Bechinensis.

81. Dominus Hroznata, canonicus Pragensis, conqueritur super Hermannum, Jessek, Dyrzislaum, Vlricum de Rychenberka, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in Pyeczynie et in Rokytniczi, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet C mar. argenti. Actor Miley de Pyecini, siue Bartus ibidem, siue solus. Camerarius...., terminus in octaua Assumpcionis Marie. Terminus datus cum concordia vel ad iudicium sequenti die post Jeronimi. Idem terminus cum domina Gerussa sequenti die post Jeronimi.

Item idem conqueritur super Gerussam de Rychenberka, quia mandauit possi suo facere sibi dampnum per rapinam in Pyeczinie et in Rokytniczi, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro C marcis argenti. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Arnust de Cyrnczicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Pyeczynie et in Rokytniczi, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. argenti. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Citacio non fuit pronunciata super Arnust.

82. Henricus de Zymuntycz protestatus est coram Pragensibus beneficiariis, quod super hereditate sua in Zymunticz, super toto, quidquid ibi habuit, et in Knyezie Clada, quidquid ibi habuit, cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente, et cum jure patronatus ecclesie dotauit uxori sue domine Ancze, et ei de dictis hereditatibus ad dotalem obligacionem veram condescendit. Actum anno domini MCCCXVIII° VI feria IIII temporum Quadragesime.

83. Domka, relicta Rynardi quondam de Kowarzow, protestata est, quod dedit et dare potuit hereditatem suam in Kostelecz et in Skalksk, totum quidquid ibi habuit, cum omnibus suis pertinenciis et cum jure patronatus ecclesie, nepotibus suis Przibislao, Rynardo et Thobie de Vstupenicz, et condescendit. Actum supra.

84. Henricus de Zarziecze conqueritur super Vlricum de Sebyerzow, Buzek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Zarzieczi, hereditate sua. Perdicio equis, armis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet L mar. argenti.

Vlricus de Zarzieczie conqueritur super eosdem pro simili dampno.

Cunrat de Zarzieczie conqueritur super eosdem pro simili dampno.

Item idem Henricus conqueritur super Syebyerz de Krziecowicz, Przibik ibidem, Naczek de Osne, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse [in] hereditate sua in Krziecowicz. Perdicio siligine, tritico et diuerse annone: quemlibet L mar. arg. actor Crzisek de Krziecowicz, siue solus. Camerarius.... [sic] terminus in octaua Assumpcionis Marie. Citati perspexerunt causam et non invenerunt, per quem camerarium essent citati.

In margine: Tercio die post Diuisionem apostolorum.

85. Herka de Kamenicze conqueritur super Bochuslaum de Kamenicze, Franciscum ibidem, Miloslaum ibidem pro debito, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quia sibi tenentur pro tritico,

siligine et ordeo, quod emptum sibi non soluerunt. Camerarius Przibek, terminus sequenti die post Exaltacionem crucis. Actrix commisit causam suam Miloslao de Kamenicze, siue Frankoni ibidem; terminus datus ad iudicium feria III post Jeronimi. Terminus datus cum plena concordia in octawa beati Galli.

In margine: In die Augustini.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

86. Hynek de Wlassimie conqueritur super Ydyk[1] de Kamene, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Dobreuodye, hereditate sua obligata. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro CCCC mar. argenti. Actor Przibek de Curatezie, siue Sudek de Wraczowicz, siue solus; camerarius Nicolaus; terminus feria secunda post Martini. Terminus monere sabbato quatuor temporum in Aduentu. Terminus ad monendum sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°.

Item idem conqueritur super Jaroslaum[2] de Byele, Nymyr[3] de Kamene, Sdeslaus[4] de Dworziscz, Jaroslaum[5] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse in depabulacione tritici et diuerse annone in hereditate sua obligata in Dobrewodie et in Weznem; quemlibet LXXX mar. argenti. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Contra omnes citatos, qui non astiterunt, Hynconi datum est pro iure; dedit memoriales.

Item idem conqueritur super Adloch[6] de Nossakowa, Jaroslaus ibidem, Zmyhrad de Slapanowa, Bolesud de Wesczie, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Cunratczi, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet LXXX mar. arg. Actores iidem; terminus datus cum concordia vel ad idem ius in octaua beati Galli. Camerarius datus monere pro termino Nicolaus Adlochi. Hynek positus infirmus, terminus feria II post Martini. Adloch non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

(Item idem conqueritur super Sdislaum[7] de Malowid, Wanek[8] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse in subtraccione siliginis et diuerse annone in Wraczowicz, hereditate sua; quemlibet L mar. arg. Actores iidem, terminus iurare in octaua beati Galli.)

Item idem conqueritur super Damyanum de Lazan, Bernhart[9] de Lesczini, Artleb[10] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis: quemlibet L mar. arg. Actores iidem, camerarius Nicolaus, terminus sequenti die post Jeronimi. Citati omnes, qui sunt scripti superius, non astiterunt; terminus monere sabbato quatuor temporum in Adventu. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Benes super omnes, qui non astiterunt, vt inveniant graciam actoris et beneficii.

In margine: In die Francisci. [1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit. [4]) non astitit. [5]) non astitit. [6]) non astitit. [7]) infirmus. [8]) negauit. [9]) non astitit. [10]) non astitit.

87. Hostis de Porzieczie, camerarius Prachynensis, conqueritur super Bleh de Strziely, quia quando iuit cum Wenceslao actore de Strakonicz, volens apprehendere vaccam in Kathowicz, hereditate sua, ibi apprehendimus eam cum omni iure, ibi fuit repulsus a dicta vacca et dedit sibi CCC plagas liuidas. Camerarius Blasei, terminus sequenti die post Jeronimi.

88. Hawel de Brzyeznicye conqueritur super Sezemam de Fridburka, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in equis et armis bellicis pro mille mar. argenti. Actor Dyetricus de Malynicz, siue Samson de Hrussicz, siue solus. Camerarius Swatoslaw, terminus feria secunda post Martini. Terminus datus ad iudicium feria VI quatuor temporum in Aduentu. Actor commisit causam Ditrico de Malonycz. Dominus Sdeslaus de Sternberk renunciauit arbitrio, terminus datus ad idem ius in octaua Assumpcionis Marie. Actor Gallus

jurauit in capella et Zezema eciam. Terminus datus fuit ad aquam mittendi. Gallus stetit cum jure suo, Zezema non astitit cum jure suo. Terminus datus ad barones monere in octaua Bartholomey in colloquio generali. Gallo datum est pro iure, dedit memoriales. Coram Alberto de Lubiesicz summo camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis, et baronibus Pothone de Pordebicz, Plichta de Szirotym anno domini MCCCXIX° in octaua Bartholomei in concilio generali. Causa, que vertitur inter Hawel de Brzieznicze et Sezemam et Protywam de Fridburka, est compromissa in superarbitrum Sdeslaum de Sterenberk; qui debent ratum tenere arbitrium sub amissione cause, quidquid ipse mandabit. Terminus pronunciandi arbitrium VI feria quatuor temporum Quadragesime. Arbiter infirmus, terminus pronunciandi eodem iure VI feria quatuor temporum Penthecostes anno domini MCCCXXI; si vero se Sdeslaus nollet intromittere, aut si moreretur, tunc terminus datus ad iuramentum omnibus eis per barones sabbato sequente.

In margine: Sequenti die post Francisci.

89. Henricus de Weznika conqueritur super Bukole de Wylkonicz, Eberhardum de Jablone, Jarohnyew de Nahorub, Sdislaus de Nesper, Andream de Scrissowa, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Weznik, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet C mar. argenti. Actor solus, camerarius Nicolaus, terminus sequenti die post Galli.

Jacobus de Weznika conqueritur super eosdem pro simili dampno. Actor solus, camerarius idem, terminus idem.

In margine: Sequenti die post Natiuitatis Marie.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

90. Hodislaw de Cralowicz conqueritur super Gylek de Cralowicz, Swatoslaw ibidem, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in hereditate sua in Cralowicz. Perdicio in domibus et feno: quemlibet V mar. arg. Actor solus, camerarius Sdenek, terminus in octaua beati Galli.

Item idem conqueritur super Chotyecz de Cralowicz [super Hawel de Stradomicz], quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in Cralowicz, hereditate sua. Perdicio in auena et tritico: quemlibet V mar. arg. Actor solus, camerarius idem, terminus idem.

91. Habarcz de Lnars conqueritur super Bauor [1] de Byelcicz siue de Zahradka, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per incendium ignis in hereditate sua in Zerziscih. Perdicio in domibus, diuersis domesticis rebus pro C mar. argenti. Actor Nicolaus de Lnars, Conradus ibidem, siue solus; camerarius Blasius; terminus in octaua beati Galli. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XVIII°. Wilem de Zerziscz dedit ius omne suum et resignauit domino suo, domino Habardo de Lnars, quod obtinuit super Bauor de Byelcicz et Vlricum de Strziezowicz. Habardus de Lnars ostendit coram domino Johanne, inclicto rege Boemie, quod propter legitima impedimenta inter debitum tempus non potuit dominari in hereditatibus in hac causa obtentis super Vlricum et Bauarum et inductis, vnde concessit sibi, quod hoc in jure suo sibi nichil preiudicare debet, et in eisdem hereditatibus potest, quando voluerit, legitime dominari. Nuncius ex parte domini regis Henricus de Lichtenburch anno domini M°CCC°XXVIIII° diebus Rogacionum.

Wilem de Zerziscz conqueritur super eundem pro simili dampno in hereditate sua feodali in Zerziscih. Actor solus, camerarius idem, terminus idem. Camerarius datus Blasias super Bauor, Vlricum, vt inueniant graciam actoris et beneficii.

Habarcz de Lnars conqueritur super Vlricum [2] [de] Strziezowicz, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per incendium ignis in hereditate sua in Zerziscih, quod porrexit carbones ad incendendum. Perdicio in domibus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor Nicolaus de Lnars, siue Conradus ibidem, siue solus; camerarius Blasius, terminus in octaua Galli. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Blazieg, vt inveniant graciam actorum et beneficii.

Jacobus beneficiarius cum camerario Swatozlao induxerunt Habardum super hereditates Vlrici de Strziezouicz in Strziezouicz super mediam uillam et duas araturas, super Newzelicz super duas araturas et quatuor curias rusticales, super Crassolow III curias rusticales. — Item induxerunt eum super hereditates Bosconis in Byelcicz super Byelczicz villam, super Zahradku villam, super quemlibet in ducentis marcis argenti in iure obtento cum omni libertate ad dictas hereditates pertinente anno domini MCCCXX fer. III post octauam Conductus Pasce.

Wilem de Zerziscz super eundem pro simili dampno in hereditate sua feodali in Zerziscih. Camerarius idem, actor solus, terminus idem. Bauor et Vlricus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus idem, vt inveniat graciam.

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

92. Habarcz de Lnars conqueritur super Petr de Tyssowe, quod quando fuit sibi factum dampnum per rapinam a Johanne de Luczkowicz in hereditate sua Prziedmirzi — perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus — hoc ipse suscepit et vsus est pro L mar. arg. Actor Nicolaus de Lnars, Conradus ibidem, siue solus; camerarius Blasius, terminus in octaua Galli. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius feria VI quatuor temporum in Adventu.

Item idem conqueritur super Hawel de Tyssowe, quod quando Johannes de Luckowicz rapinam fecit in hereditate sua in Prziedmirzi, ipse eum adduxit et consuluit sibi hoc, propterea habet dampnum pro L mar. arg. Camerarius idem, terminus idem. Testes ducit Petr contra Habarcz, quod Hawel nihil habet in Tyssowe: Woyslaw de Tysowe, Przibik de Luckowicz, et in illis wlt Habart contentari. Terminus feria V quatuor temporum in Adwentu. Petri testes non astiterunt, nec Petrus astitit in capella. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Blazieg, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Jacobus beneficiarius cum camerario Swatozlao induxerunt actorem super hereditatem Haulonis de Tyssoue: super curiam arature in Tyssoue, cum omni libertate et hereditate ad ipsa pertinente, in L marcis argenti in iure obtento anno domini MCCCXX tertia feria post octauam Conductus Pasce.

93. (Hyncye de Kutna et Conradus filius suus ibidem conqueruntur super Hermannum de Wranowycz, quod fecit eis dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in pannis a quolibet pro C marcis argenti. Actor quilibet solus; camerarius Medved, terminus feria secunda post Martini. Hermannus positus infirmus per patrem ipsius, sed infirmitatem pater ipsius nolluit ponere ad tabulas. Hermannus non astitit, actoribus datum est pro iure, dederunt memoriales. Camerarius datus Swatoslaus, vt inveniant graciam actoris et beneficii. Anno domini MCCCXX, feria sexta ante Natiuitatem sancte Marie Franciscus beneficiarius regine cum camerario Prziech induxerunt Hinczonem de Kutna et Conradum filium suum ibidem super hereditatem Hermanni de Wranowicz: super Wranowicz villam, super Chochanow villam cum hereditate et qualibet libertate ad ipsa pertinente in CC marcis argenti in iure obtento.)

In margine: Istam causam mandauit dominus Petrus de Rozenberk delere asserens, quod Hynczie coram eo concordauit cum Hermanno citato et satisfecit ei in toto; nuncius Lupoldus, miles suus, vicecamerarius.

Anno domini M⁰CCC⁰XVIII⁰.

94. Hynce de Kutna conqueritur super Hynek de Bochussyz, super Sdyslaw[1] de Smratsce, super (Radon de Pomnyenicz), super Jan[2] de Buchowan, super Alberam de Stuchinye, super Sdatam de Pomnyenycz, quod qando fuit sibi factum dampnum per spolium in via pacis in panno, hoc ipsi susceperunt et vsy sunt. Perdicio: quemlibet pro XX mar. arg. Camerarius Witek, terminus feria secunda post Martini. Actor astitit et citati non astiterunt, terminus monere feria IIII quatuor temporum in Aduentu.

(Item idem conqueritur super Stiborium[3] de Cozogied pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro panno. Camerarius idem, terminus idem. Terminus iurare feria V quatuor temporum in Adventu. Cstibor cecidit in iuramento, actor obtinuit 2 ½ mar. datum est sibi pro iure, dedit memoriales. Camerarius Medwied datus, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Jacobus beneficiarius cum camerario Radslaw induxit Hinczonem de Kutna super bona Stiborii in Cozogied anno domini MCCCXX, V fer. post octauam Epiphanie.)

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) negauit.

95. Hawel de Cralowicz conqueritur super Vlricum de Brasscowa pro debito fideiussorio X mar. argenti minus lotone, pro quo fideiussit ad Pribyslaum de Nowosedl et sororem suam Margaretham de Nowosedl, quibus debuit soluere pro censu dotali argentum. Camerarius Witek, terminus feria secunda post Martini.

Item idem conqueritur super Woytyeh de Cralowycz, Prosymir ibidem pro debito, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quod amicabili ordinacione debuit [sic] sibi dare 2 ½ mar. arg. in die Wenceslai beati feria V hoc anno in castro Pragensi in domo purcrauii, et si non darent, extunc tenentur sibi quilibet X mar. arg. minus lotone veri debiti. Camerarius idem, terminus idem.

In margine: In die Galli.

96. Hawel de Malessicz conqueritur super Protywam[1] de Wraczowycz siue de Smyedrazycz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue, quod rusyl sibi municionem et disduxit in Blahustiech, hereditate sua, quando ibi habuit. Perdicio in municione et diuersis domesticis rebus C mar. arg. Actor solus, camerarius Domaslaw, terminus feria II post Martini. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Hauel recepit camerarium Czaston ad preuidendum hereditatem in Blahustiech, et Protywa recepit camerarium Blasiam, qui debent esse in hereditate in octaua Purificacionis et redire cum nunciis feria IIII quatuor temporum Quadragesime anno domini M⁰CCC⁰XIX⁰. Citatus non astitit, terminus monere feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus de voluntate amborum, actoris et citati, cum concordia vel ad judicium sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Terminus datus ad idem ius IIII feria quatuor temporum in Aduentu. Terminus iurare sequenti die post octauam Epiphanie. Terminus ad concordiam uel idem ius IIII feria quatuor temporum Quadragesime.

In margine: In die Francisci. [1]) negauit.

97. Hawel de Byrloha conqueritur super Przibconem de Swynczan, quia fecit sibi dampnum per incendium ignis in Benessowicz, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Actor . . .

Item idem conqueritur super Vlricum de Horka, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Crasnicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Camerarius Smil, terminus in octaua beati Martini.

98. Hermannus de Straneho conqueritur super Bussek[1] de Oypyrnycz pro debito XC mar. arg. talis, quia rogaui ipsum, quod seruaret dextrarium meum taliter, quod michi ipsum redderet; propterea quia ipsum michi non restituit, et idem dextrarius valuit pro XC mar. arg., propterea tenetur sibi XC mar. arg. Camerarius Swanek, terminus feria II post Martini.

[1]) non citauit.

99. Hermannus de Gyetssowycz conqueritur super Dyetricum, Borzutham de Perucye pro vadio fideiussorio, quemlibet IX mar. arg. minus lotone, quod amicabili ordinacione debuerunt sibi dare IIII mar. arg. sub dicto vadio pro mutilacione sua hoc anno feria secunda in die beati Galli in Telecz coram Daleborio, propterea quod sibi non adinpleuerunt, ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius Radslaw, terminus feria VI[a] quatuor temporum in Adwentu. Citati obtinuerunt, dederunt memoriales.

In margine: In die Briccii.

100. Hermannus de Straneho conqueritur super Bussek de Oypyrnycz pro debito XC mar. argenti talis, quod rogauit ipsum, quod seruaret dextrarium suum, et quod ipsum sibi redderet. Et idem dextrarius valuit XC mar. arg., quem sibi non restituit, propterea tenetur sibi XC mar. arg. pro illo dextrario. Camerarius Swanek, terminus feria IIII quatuor temporum in Adventu.

101. (Sdyslaus de Chudyers et Wseslaus de Solecz fratres protestati sunt coram Pragensibus beneficiariis, quia vniuerunt se hereditatibus suis in Solecz et in Chudyers, quidquid ibi habent, uel vbicumque habent, et omnibus bonis mobilibus uel inmobilibus, et facti sunt veri hromadnyczi, et qui alium supervixerit, alterius filias, si quas reliquerit, tradere debet maritis et dotare post eas, secundum consilium amicorum. Actum anno domini M°CCC°XXIII° [?] VI feria quatuor temporum Penthecostes coram Alberto de Lubiessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis, et baronibus Hincone de Duba burcrauio Pragensi, Benessio de Wartenberg, Henrico de Lichtenburg, Buscone de Bor et Byczeno de Winarzecz.)

102. Hyncze de Kutna conqueritur super (Vlricum[1] de Thynecz,) Protywa de Rosental, Czenek de Straneho, quia quando fecerunt sibi dampnum per spolium in via pacis in panno, hoc ipsi susceperunt et vsi sunt, quilibet pro L mar. arg. Camerarius Swatoslau, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus datus ad judicium feria VI quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus feria V post Conductum Pasche. Terminus datus ad idem ius feria V quatuor temporum Penthecostes. Vlricus euasit Henricum iuramento in capella Pragensi, dedit memoriales. Anno domini M°CCCXIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis.

Item idem conqueritur super Vlricum de Rosental, (Hermannum) de Straneho, (Jaross[2]) ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio panno: quemlibet C mar. arg. Actor solus, camerarius idem, terminus idem. Terminus datus feria VI quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus Jarossio feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus ad judicium feria VI quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus Jarossio ad judicium feria IIII post octauam Johannis Baptiste. Terminus iurare infirmo feria VI post Jacobi. Terminus datus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Hermannus et Jaross astiterunt, Hinczie non astitit, datum est ipsis contra actorem pro iure, dederunt memoriales.

In margine: Citacio prima amissa. [1]) negauit. [2]) infirmus.

103. Hynek de Wyrbychan conqueritur super Scepan de Horzyessowicz pro debito X mar. arg. minus lotone, quia rogaui ipsum, quod seruaret michi porcos et diuersam annonam taliter, quod mihi ista redderet, et propterea quod mihi non restituit ista, et idem porci et diuersa annona valuerunt X mar. argenti minus lotone, propterea tenetur mihi dictum debitum. Camerarius Smil, terminus feria II post Epiphaniam.

In margine: Feria secunda post Katherine.

104. Hyncze de Kutna conqueritur super Beness de Konopiscze, quia quando (Beness de Cziemie) fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis, hoc ipse suscepit et vsus est equis et panno pro C mar. arg. Camerarius Swatoslaus, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu.

105. (Hrabissius de Pabyenicz conqueritur super Hermannum de Kostela, Wilhelmum de Nemoysicz, quia fecit sibi dampnum per incendium ignis in Czietkowie et Nerozowicz, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet C [mar.] argenti. Actor Marzek de Pabyenicz, siue Swenek de Syeczi, siue solus. Camerarius Nicolaus, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu.)

(Hæc causa cancellata est; in margine superiori vero est notatum): Citacionem Hrabissii quere in littera J.

106. Hermannus de Slywna conqueritur super Protywoy de Zissowa siue de Chmelisty pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro armis bellicis. Camerarius Medwied, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

107. (Henricus[1] et frater suus Voyslaus de Cekssycz) conqueruntur super Andream[2] de Pachowa pro vadio fideiussorio, quemlibet C mar. arg. talis, quod fideiussit ad ipsos pro fratre suo Andrea de Pachova, qui sub dicto vadio debuit sibi cedere de heredidate sua in Pachowye de mandato arbitri Suosskonis de Zahradky — proxima tercia feria post Georgii hoc anno tres anni transacti sunt —; propterea quod non cessit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Mikess, terminus feria II post Martini. Camerarius II Beness, terminus sequenti die post Andree. Actores commiserunt causam Slawkoni de Ceksycz, siue Raczkoni de Nyemczicz. Camerarius III Mikess, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad idem ius feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus ad idem ius sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus post Martini. Terminus datus VI feria quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus ad idem ius VI feria quatuor temporum Quadragesime. Terminus ad idem ius IIII feria post Conductum Pasce. Terminus infirmo sabbato post Geori contra ambos. Terminus datus ad idem ius V feria quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Margarethe. Terminus datus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad concordiam vel ad idem ius IIII feria quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus V feria quatuor temporum Quadragesime. Citatus obtinuit, dedit memoriales.

Item idem conqueruntur super Elizabet de Pachova, quod recepit sine iure cum suo posse census suos argenti et denariorum in Pachowye, hereditate ipsorum. Perdicio LXXX mar. arg. Actor Slauek de Czeksicz siue solus; camerarius idem; terminus sequenti die post Martini. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus cum con-

cordia vel ad idem ius sabbatto quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°. Terminus datus idem in omnibus terminis.

[1]) infirmus. [2]) infirmus.

108. (Hirzek de Myecholup conqueritur super Rudolt de Wran, Guntherum Ot Rani, Albertum de Wran, Jordan ibidem, Hannus de Okorzina, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Myecholup, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis rebus domesticis: quemlibet pro C mar. arg. Actor solus, camerarius Ostasch, terminus sequenti die post Purificacionem beate Marie. Citati non astiterunt; terminus datus propter gwerram feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Citati non astiterunt, terminus monere feria IIII post Conductum Pasce. Terminus monere feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX° coram Alberto de Lubieschicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius datus Sdeslaw, vt inveniant graciam actoris et beneficii. Anno domini M°CCC°XX° in wigilia Penthecostes Sudek wicecamerarius cum camerario Smyl induxit Hirzconem super hereditatem Guntheri de Ran et de Welemysslewsi ibidem in Ran super curiam arature et V curias rusticales in C mar. arg. in iure obtento.)

109. Henricus de Lhotha conqueritur super Petr de Tunochod siue de Prosyecy siue de Pracz, Vlricum de Onsowa, quod fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Lhotha.. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus, pro XL mar. arg. quemlibet. Actor Sobek de Lhotha siue solus, camerarius Andreas, terminus sequenti die post Walentini.

110. (Hirsek de Myecholup conqueritur super Rudolcz[1] de Wran, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua Myecholup. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. argenti. Actor solus, camerarius Ostas, terminus sequenti die post Purificacionem. Rudolt, Kvnthyerz, Jordan .... [sic] commendator dictus Schamfort non astiterunt feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Terminus monere feria IIII post Conductum Pasche. Terminus monere feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis.)

(Item idem conqueritur super Konthyerz[2] Otrany, Albertus[3] de Wran, Jordan[4] ibidem. Hannus[5] de Okorzina pro simili dampno C mar. arg. Actor solus, camerarius idem, terminus idem, Terminus monere super illos, qui non astiterunt, feria IIII quatuor temporum Quadragesime.)

(Item idem conqueritur super Samforst .... commendatorem, totumque conuentum de Chomutow, Ditricus iudex ibidem, Nicolaus Apecz, Henricus, Tycz ibidem ...., quia quando Kvnthyerz, Albertus fecerunt sibi dampnum per rapinam in Myecholup, hereditate sua cum suo posse, hoc ipsi susceperunt et vsi sunt equis, peccoribus: quemlibet L mar. arg. Camerarius idem, terminus idem. Terminus datus de mandato regis commendatori et hominibus suis feria IIII quatuor temporum Quadragesime.)

Leo, commendator ordinis domus Theutonice per Boemiam et Morauiam constitutus, proposuit coram domino Johanne Bohemie rege, quia in privilegiis ipsorum a fundacione ordinis et principum sequencium contineretur, quod ipsi cum hominibus ipsorum a beneficiariis quibuslibet terre stando iuri sint totaliter absoluti. Tunc rex experienciam huius rei commisit Vlrico de Rziczano judici et Johanni notario terre, qui videntes et perlegentes privilegia ipsorum, id ipsum inuenerunt, reperientes eciam, quod solummodum homines ipsorum in curia regia debeant respondere, et pena denariorum ipsis deriuari, capitalis vero curie. Quam veritatem rex percipiens mandauit omnia iura obtenta super ipsos et homines ipsorum deleri penitus et cassari, et ammodo coram

Pragensibus beneficiariis nullatenus respondere. Actum anno domini millesimo CCC⁰XIX⁰ infra octauas [sic] beati Jacobi in concilio generali.

¹) non astitit. ²) non astitit. ³) mortuus. ⁴) non astitit. ⁵) non astitit.

111. Hynco de Wlassimye conqueritur super Sdislaum[1] de Malowid, Wanek[2] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Hyrzinye, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet LXXX mar. arg. Actor Przibislaus de Cunratczie, siue Sud. de Wraczowicz, siue solus; camerarius Swatoslaus; terminus sabbato quatuor temporum in Adventu. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius Beness datus, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Milotam de Syrziemye[3], quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis et promptis denariis pro CCCC mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Terminus monere sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M⁰CCC⁰XIX⁰. Terminus monere fer. IIII post Conductum Pasche. Terminus datus monere feria VI quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius datus Bohusud, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Dominus Johannes Bohemie rex, vt causa obtenta, quam delere fecerat, debeat habere vigorem. Sdislaus viceiudex cum camerario Bohusud induxerunt Hinconem super hereditatem Milote de Syrzem super Syrzem villam, in Sobyechleb mediam villam in CCCC mar. arg. cum hereditate et omni libertate ad ipsam pertinente in iure obtento, et beneficium in totidem anno domini MCCCXX tercia feria ante Viti. Anno domini M⁰CCC⁰XXII⁰ dominica die in Palmis Sudek wicecamerarius cum camerario Luczek taxauerunt hereditatem Milote de Syrzemye, primo Syrzem villam, Sobyechleby mediam villam cum agris, pratis, siluis, fluminibus, molendinis et qualibet libertate ad ipsa pertinente Hynconi de Wlassymye et heredibus eius ad veram hereditatem in CCCC mar. arg., et beneficio similiter in CCCC mar. arg.

¹) non astitit. ²) non astitit. ³) non astitit.

112. Hyncze de Kutna conqueritur super Cstibor[1] de Kozoged pro debito X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenetur pro tritico et siligine, [quod] emptum non persoluit. Camerarius Radslau, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus iurare feria V quatuor temporum Quadragesime. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

Cunczman de Kutna conqueritur super eundem pro simili debito, terminus idem.

Item idem Hyncze conqueritur super (Buzek de Rozental, Thobiam de Konopiscz), quia quando Beness de Cziemie fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis, hoc ipsi susceperunt et vsi sunt panno, ... quilibet pro L marcis argenti. Camerarius Swatoslaus, terminus sequenti die post Purificacionem. Buzek obtinuit ius contra actorem, dedit memoriales.

¹) infirmus; non astitit.

Anno domini M⁰CCC⁰XVIII⁰.

113. Hynco de Wlassimie conqueritur super Zwyerz de Cziestina, Pessek de Radossowicz, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Hyrzyn, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet LXXX mar. arg. Actor Przibislaus de Cunratczie, siue Sud de Wraczowicz, siue solus; camerarius Swatoslau; terminus sequenti die post Purificacionem.

(Item idem conqueritur super Racz[1] de Tozicze, de Hornosin et de Zauissin pro simili dampno CCC mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Leo de Tozicze ducit

testes, quia Racz in Tozicz, in Zauissin et Hornosin nihil habet, excepto in Zauissin habet mediam araturam: Martinus de Wyssowa, Bolesud de Wesczie, Rziwyn de Chotowyn, Wyeczemil de Ozerewicz, Mikess de Neswaczil, Dyuiss de Olticz, Jaroslaus de Chrasta; terminus feria V quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad idem ius Leoni feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus ad idem ius feria V quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad idem ius in octaua Petri.)

Item idem conqueritur super Prziedbor [2] de Sedlczie, Janek [3] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Hyrzyn, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet L mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Citati non astiterunt, terminus monere feria VI quatuor temporum Quadragesime.

[1]) Racz concordauit cum actore, inuenit graciam beneficii. [2]) non astitit. [3]) non astitit.

114. Henricus de Holedczye conqueritur super (Myloslaum [1] de Holedczye, Thomam, Wech [2], Myrzen [3] ibidem), quod fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Holedczyh. Perdicio in armis bellicis et diuersis domesticis rebus: quemlibet XX mar. arg. Actor solus, camerarius Pessek, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus datus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Inuenerunt graciam beneficii citati preter Wech.

Item idem conqueritur super Witoslaw [4], Strzieh [5], Jarek [6] de Myecholup pro simili. Camerarius idem, terminus idem.

Item idem super Sthass [7] de Strupcye, Beness [8] de Zuzelicz, Cstibor [9], Dirzek, Rzyuin [10] de Milcyewssy, (Pessek), Waurzinecz de Zhorzan, (Sdeslaum [11] de Zhorzan), Jan [12] de Hrziwycz siue de Holedczye pro simili excussione. Camerarius idem, terminus idem. Terminus infirmis et aliis V feria quatuor temporum in Aduentu ad iuramentum.

[1]) infirmus. [2]) infirmus. [3]) infirmus. [4]) negauit. [5]) infirmus. [6]) infirmus. [7]) negauit. [8]) infirmus. [9]) infirmus. [10]) infirmus. [11]) infirmus. [12]) infirmus.

115. Hauel de Drahcowa conqueritur super Andream de Hradka, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Choczerad, hereditate sua feodali. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C marcis argenti. Actor Holik de Drahkowa siue solus, camerarius Swatoslaus, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus datus ad iudicium feria VI quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad idem ius feria IIII post Conductum Pasche. Actores commiserunt causam Maczkoni de Rudolticz et Hawel de Drahkowa, terminus datus ad idem ius feria VI quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus omnibus cum concordia vel ad iudicium sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Causa, que vertitur inter Bohussium de Drahcoua et omnes homines, et Andream de Hradca et omnes homines eius, commiserunt eam arbitrio Bohuslay de Kamenniczie; si vero ipse decederet, tunc filio eius Nicolao, siue Bohuslao ibidem, ita quod quidquid ipsi mandabunt uel vnus eorum, debent obedire sub amissione sue [cause] quilibet et CC mar. argenti. Si vero quis non obediret, et arbiter hoc protestaretur coram Pragensibus beneficiariis sabbato quatuor temporum Penthecostes anno domini M°CCC°XXI°, quod beneficiarii Pragenses ipso facto inducant obedientem super hereditatem non obedientis in causa obtenta et in CC mar. arg. sine omni citacione tamquam pro iure obtento. Terminus pronunciandi arbitrium sequenti die post Jeronymy, ita quod nunquam amplius debent ad beneficium litigantes pro predictis causis redire, sed solummodo arbitris obedire.

Martin de Drahcowa conqueritur super eundem pro simili dampno.

Prziben de Drahcowa conqueritur super eundem pro simili, in Rudolticz facta, quando ibi habuit.

Drahon conqueritur super eundem, in Rudolticz facta, quando ibi habuit.
Jan conqueritur super eundem, in Drahkowie facta, quando ibi habuit.
Petr conqueritur super eundem pro simili, in Rudolticz, quando ibi habuit.
Wan conqueritur super eundem pro simili, in Rudolticz facta, quando ibi habuit.
Mathias conqueritur super eundem, in Rudolticz facta, hereditate sua feodali.
Wyeczek de Choczerad conqueritur super eundem, in Choczerad facta, hereditate sua feodali.
Pawel de Choczerad conqueritur super eundem, in Choczerad facta, in hereditate sua feodali.

116. Hodislaus de Kowarzowicz conqueritur super Sdeslaum de Tysmye, quia fecerunt [sic] sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Loyowicz, quando ibi nocturnum habui. Perdicio equis, pecoribus pro XXX mar. arg. Actor solus, camerarius Crziss, terminus in die beati Walentini.

117. Leo de Brziezie conqueritur super Wchynam[1] de Brziezie, (Michal ibidem), Thobias[2] ibidem, Jan[3] ibidem, (Albera ibidem), quia tenent hereditatem suam in obligacione in Brziezi, curiam arature et duas curias rusticorum, in Nequassowicz curiam rusticalem cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente, in IX mar. argenti ab ipso et a patre suo quondam Walkvn de Brziezie in obligacione, pro qua nolunt dictum argentum recipere, nec de hereditate condescendere nominata. Camerarius Medwied, terminus sequenti die post octauam Jacobi. Actor commisit causam Jacobo de Praga. Camerarius II Blasias, terminus in octaua Bartholomei. Camerarius de Wodnan non pronunciauit citacionem in secundo termino, sed Witek camerarius Pragensis pronunciauit citacionem loco sui, quia commisisset sibi pronunciare. Camerarius III Swanek, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad judicium feria VI quatuor temporum in Adventu. Terminus datus monere super Wchynam et alios feria VI quatuor temporum Quadragesime. Dobess, Jan et Albera commiserunt causam Wchyne de Brzieze. Terminus datus monere feria VI quatuor temporum Penthecostes. Leo commisit causam monere Jacobo de Wgezda, siue Nicolao ibidem. Terminus datus monere super illos, qui non astiterunt, sequenti die post Jeronimi anno domini M°CCC°XVIII°. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales anno domini M°CCC°XVIII°. Anno domini M°CCC°XVIII° in octaua Wenceslai Lupoldus vicecamerarius cum Blasio camerario induxit Leonem de Brziezie super hereditatem in Briezy super curiam arature et II curias rusticorum, in Nequassowicz curiam rusticalem cum agris et qualibet libertate ad ipsas pertinente secundum ius obtentum.

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit.

118. Luderz de Lzek conqueritur super Dyrzislaum[1] de Lzek, Jacub[2] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Lzek, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro L mar. arg. Actor solus, camerarius Sdeslau, terminus feria II post Galli.

Wilem de Lzek conqueritur super eosdem pro simili.

Item idem Wilem conqueritur super Jelenam[3] de Lzek, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Lezkach, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Actor solus, camerarius idem, terminus idem. Jelena et Symana commiserunt causam Jacobo de Lzek, terminus datus ad iudicium sequenti die post Martini. Luderz commisit causam Wilhelmo, terminus datus ad judicium feria IIII quatuor temporum in Adventu.

[1]) negauit. [2]) negauit. [3]) negauit.

119. Lupolt de Cralowicz conqueritur super Wratislauam de Cralowicz pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lotone talis, quia fideiussit pro ea ad Hawel de Cralowicz, quod idem sibi

tenebatur tritico et siligine. Camerarius Sudek, terminus feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Citata non astitit, (terminus monere sequenti die post Viti). Terminus datus ad judicium in octaua beati Jacobi.

120. (Dominus Lupus, sacrista Pragensis, conqueritur super Adam de Welenczie, Roprecht ibidem, Sdislaus ibidem, Prziedbor ibidem, Otto ibidem, Wanek de Trzieboradicz, Hynek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in Welenczi, hereditate sua ecclesie Pragensis sancti Wenceslai. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet XL mar. arg. Actor Blahut de Welencze, siue Wanek ibidem, siue solus; camerarius Nicolaus, terminus in octaua beati Jacobi. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium sequenti die post Jeronimi.)

(Zdon de Welenczie conqueritur super eosdem pro simili dampno. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Blahut de Welenczie conqueritur super eosdem pro simili dampno. Camerarius idem, terminus idem.

Jan de Welenczie conqueritur super eosdem pro simili dampno.

Wanek de Welenczie conqueritur super eosdem pro simili dampno. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Item idem dominus Lupus, sacrista Pragensis, conqueritur super Gyrud de Sluh, Sbynek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Welenczi, hereditate sua ecclesie Pragensis. Perdicio equis, diuersis domesticis rebus: quemlibet XL mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Zdon, Blahut, Jan, Wanek de Welenczie conqueruntur super eosdem pro simili dampno. Actores iidem. Camerarius idem, terminus idem.)

In margine: Inposicio facta in vigilia Petri et Pauli.

121.*) Item idem Ludwicus conqueritur super Lucek [1] de Rossicz, quia fecerunt [sic] sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, armis bellicis pro L mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Hoscz [2] de Morauan conqueritur super eundem Lucek [3] pro simili dampno. Camerarius idem, terminus idem. Terminus feria secunda post Epiphaniam. Lucek infirmus, terminus iurare sequenti die post Purificacionem.

Item idem Ludwicus conqueritur super Miroslaum, iudicem de Chrasty, Rzehnik, Hodicz, Quieton, Cstibor, Hnewecz, Scriuanecz, Symon ibidem, Radslaus de Chacholicz, Thoma ibidem, Wyeztiss ibidem, Jacub ibidem, Tyesislaus [4] de Rossicz, Andreas [5] ibidem, Pechen [6] ibidem, Bonecz ibidem, Dymitr [7] ibidem, Jan ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, armis bellicis: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor Bartoss de Morauan, siue Hoscz ibidem, siue solus; camerarius idem, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu. Thyesislao de Rosicz cum omnibus terminus datus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Tyessislau et Andreas de Rossicz non astiterunt, terminus monere feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus Tyessislao et Andree de Rossicz ad idem ius sequenti die post Jeronimi. Item idem terminus datus Luckoni, Dmytr, Pechen.

Hoscz de Morauan conqueritur super eosdem pro simili dampno. Actor solus, camerarius idem, terminus idem.

Item idem Ludwicus conqueritur super Artleb, abbatem de Podlasicz, totumque conuentum ibidem, Scedronium [8] de Holissowicz pro debito, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quod sibi

***) Desunt hoc loco sex folia in manuscripto.**

tenentur pro equis. Camerarius idem, terminus idem. Terminus datus actori de mandato regis sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°; nunctius ad tabulas Bycen de Racynawssy. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) negauit; non astitit. [2]) infirmus, terminus iurare feria V quatuor temporum Quadragesime; sed Lucek et Byczen non astiterunt. [3]) negauit. [4]) non astitit. [5]) non astitit. [6]) non astitit. [7]) non astitit. [8]) non astitit.

122. Lstimir de Brzatrzienczie conqueritur super Maczek[1] de Cyetowa, (Byczen ibidem) pro debito V mar. arg. talis debiti, quia tenetur sibi pro fratre suo quondam Przibak de Czietowa, quia pro eodem Przibak quondam fideiussi ad Przibislaum de Obrowicz dotalis argenti, quia dictum argentum dotauit post sororem suam Obyezdam de Obrowicz, quando tradidit ipsam Pribislao et ipse duxit eam sibi in vxorem, et idem Maczek suscepit et subintrauit dictum debitum soluere. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Miczek, vt inveniant graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Byczen[2] de Czietowa pro debito quinque mar. arg., quod sibi tenetur pro patruo suo quondam Przibak de Czietowa similiter. Camerarius Radslaus, terminus sequenti die post Purificacionem.

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

123. Lubsca de Zagiezdczie conqueritur super Pessek[1] de Turowa, Pilung[2] ibidem, Cstibor[3] de Hedczan, Jessek[4] ibidem, Gyeczimir[5] de Prachowicz, Sezema[6] ibidem, Rzehnyerz[7] de Ostrowa, Pessek[8] ibidem, (Wilhelmus de Neymoysicz), quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Zagiezdczi, in Troyowicz, hereditate sua dotali. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet C mar. argenti. Actor Budislaus de Troyowicz, siue sola. Camerarius Nicolaus, terminus sequenti die post Purificacionem. Terminus monere, qui non astiterunt, feria IIII quatuor temporum Quadragesime. Infirmitatem posuerunt; sed qui infirmos posuit, noluit terminum imponere. Actor commisit causam Wlachnoni de Kozoged, siue Hynczi de Popowczie. Cstibor, Jessek, Gyeczimyer, Sezema, Rzehnerz infirmi secundo. Terminus feria IIII post Conductum Pasche. Citati non astiterunt in capella, terminus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Pessek, Pylung, Cstibor, Jessek, Gyeczmyr, Zezema, Rzehnyerz, Pessek, Bonka non astiterunt. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius datus Domaslaus, vt inveniant graciam actoris et beneficii. Anno domini M°CCC°XXV° sequenti die post Margarete Franciscus beneficiarius, subcamerarius, cum camerario Mikess induxerunt dominam Lubscam super hereditatem Pilungi, Pesconis, Hermanni in Turow, in Cziczeradicz et in Sedlecz, quidquid ibi habent, cum hereditate et qualibet libertate. Item similiter induxerunt super Czstyborium in Hedczan et in Horkach, quidquid ibi habet. Item super Sezemam in Prachowicz, quidquid ibi habet. Item super Rzehnyerz et super Pessek in Ostrow et in Martynycz, quidquid ibi habent, cum hereditate et qualibet libertate: super quemlibet in causa obtenta et beneficium in tantumdem.

Item idem conqueritur super Bonkam[9] de Turowa, quia quando Pessek de Turowa fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Zagiezdczi, in Troyowicz, hoc ipsa suscepit, et vsa est equis et pecoribus pro C mar. arg. Camerarius idem, terminus idem.

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) infirmus. [4]) infirmus. [5]) infirmus. [6]) infirmus. [7]) infirmus. [8]) non astitit. [9]) non astitit.

124. (Perchta de Tyechlowicz conqueritur super Slauek de Bynicz, quia fecit sibi dampnum sine iure cum suo posse in recepcione census argenti et denariorum in hereditate sua dotali

obligata in Wodyerad. Perdicio L mar. arg. Actrix sola, camerarius Smil, terminus in octaua Assumpcionis Marie. Slauek commisit causam Sulconi de Wodierad siue Domaslao de Bynicz, terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius in octaua beati Galli.

Item idem [sic] conqueritur super Sulkonem de Wodyerad, quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse in heredidate sua in Wodyerad obligata dotali, in molendino. Perdicio diuersa annona pro X mar. argenti minus lotone. Actrix sola, camerarius Medwied, terminus sabbato quatuor temporum ante Michaelis. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius in octaua beati Galli. Terminus datus ad idem ius sabbato quatuor temporum in Adventu. Actrix commisit causam Medwed de Zlonycz.)

Pro causa, que uertitur inter Perchtam et Mabiliam ex vna, Slauek, Sulek ex altera, compromiserunt arbitrio Medwied de Zlonicz, Alberti de Myecholup sub amissione cause. Arbitri pronunciauerunt arbitrium [et] mandauerunt, vt Slauek daret LXXX gr. den., videlicet XL grossos in Epiphania domini et XL gr. in Purificacione; et de molendino eis condescendere debet, et vlterius eas non impedire in dicto molendino. Actum anno domini M°CCCXVIII feria V quatuor temporum in Aduentu.

In margine: In octaua Assumpcionis Marie.

125. Pessek de Jezwyn conqueritur super Przibik de Krzecowicz, Sebyerz ibidem, Naczek ibidem et de Oslyneho, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Lhota et in Jezwinach, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet L mar. arg. Actor Swatobor de Jezwin, siue solus; camerarius Medwied, terminus in octaua Assumpcionis Marie.

In margine: Sequenti die post Jacobi.

126. Pabyk de Zuzicz conqueritur super (Jan de Zuzicz [1]), quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse in recepcione tritici, siliginis in hereditate sua obligata in Zuzicz, quando dictam hereditatem habuit. Perdicio X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Domaslaus, terminus sequenti die post Egidii. Terminus datus feria secunda post Martini. Pabyk recepit camerarium Dobross ad preuidendum hereditatem in Zuzicz; debent esse in hereditate in die beati Andree et redire cum nunciis feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Jan recepit camerarium Nicolaum ad preuidendum hereditatem in Zuzicz. Terminus iurare feria II post Epiphaniam.

[1]) infirmus.

127. Petr de Skorkyne conqueritur super Henricum de Cziemie, quia quando occurrit sibi in via pacis, cum suo posse interfecit sibi equos suos furtiue. Perdicio LX mar. arg. Actor solus, camerarius Bohusud, terminus sabbato quatuor temporum ante Michaelis.

In margine: Feria VI post Assumpcionis Marie.

128. Paulus de Jarpicz conqueritur super Vlricum de Brascowa, super Woyslaum de Zlucowa pro vadio X mar. arg. minus lotone tali, quod amicabili ordinacione roborauerunt se sibi sub dicto vadio, quod non debuerunt se citare ad Pragense beneficium, et quod citauerunt eum ad Pragense beneficium, ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius Sdenek, terminus sequenti die post Exaltacionem crucis.

Manko de Nulliunde super eosdem pro simili. Camerarius idem, terminus idem.

In margine: In octaua Assumpcionis Marie.

129. Petrus de Komorzan conqueritur super Sobyechird de Skirchleb, Lwik ibidem, alterum Sobyechird ibidem pro debito, quemlibet X mar. argenti minus lotone, quod sibi tenentur pro siligine. Camerarius Beness, terminus sequenti die post Crucis exaltacionem. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Medwied, ut inveniant graciam actoris et beneficii.

In margine: Sequenti die post Bartholomei.

130. Przibek de Kamenycze conqueritur super Sdislaum de Kamenicze, Luczna ibidem, Mateyka ibidem pro vadio, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quia non debuerunt super ipsum incipere, nec super fratrem ipsius Miloslaum, hoc non tenuerunt, quia uerberauerunt ipsum lapidibus in via pacis cum suo posse, ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius Dobross, terminus sequenti die post Jeronimi.

In margine: In die Crucis.

131. (Rubin de Masczewa protestatus est coram Pragensibus beneficiariis, quia dotauit domine Elzcze, vxori sue, CCC mar. argenti super hereditatibus suis in Masczew, super X laneis cum domibus ad ipsos laneos pertinentes [sic], et super XIIII subsidibus ibidem, et super tercium forum, quod exinde prouenire potest, et super tribus makcellis carnium, et super tercia parte juris patronatus ecclesie ibidem, et super tercia parte balnei ibidem, et super aratura in Chotyebiczicz, et super Mladyeyewicz, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, siluis, fluminibus, molendinis et cum qualibet libertate et vtilitate ad ea pertinente, et sibi de dictis hereditatibus in dicto argento dotali ad veram obligacionem dotalem condescendit. Actum anno domini MCCC°XXIIII° sequenti die [post] Jeronimi.)

132. Protywen[1] de Zalezlicz conqueritur super Sdenconem de Przierubenicz, Jan de Ptyna, Prziedwoy de Przierubenicz, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse in succisione silue et conculcacione tritici et diuerse annone in hereditate sua Zalezlicz. Perdicio: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Andreas. Terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius in octaua beati Galli. Sdenco obtinuit ius contra Protywen, dedit memoriales anno domini M°CCC°XVIII°.

[1]) non astitit; Protiwen invenit graciam beneficii.

133. Prziedslau de Ludicz conqueritur super Dyrzek de Ludicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Ludicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro XL mar. argenti. Actor solus, camerarius Radslau, terminus sequenti die post Natiuitatem Marie.

134. Protywen de Zalezlicz conqueritur [super] Jenecz de Swoytina pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lotone, quod fideiussit pro ipso ad Sudkonem de Tyter pro censu Tytrensi. Camerarius Andreas, terminus feria IIII post Jeronimi.

135. (Potho de Wydimye conqueritur super Nicolaum[1] de Myerunycz et de Jablonczie, quia fecit sibi dampnum per incendium ignis in Costelczi, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus pro XL mar. arg. Actor Marzik de Slapanicz, siue Gindrzich de Wydimye, siue solus. Camerarius Milek, terminus sequenti die post Jeronimi. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Invenit graciam actoris et beneficii. Anno domini M°CCC°XXV° in octaua Martini Dobrohost viceiudex cum camerario Bohusudone induxerunt

actorem super hereditatem Nicolai in Merunicz et in Jablonczi, quidquid ibi habet, cum agris et qualibet libertate, in iure obtento.)

[1]) non astitit.

136. (Petrus[1] de Suhdola conqueritur super Sdeslaum[2] de Tysmicz, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Wikani censuali. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus XL mar. arg. Actor solus ....., camerarius Mikes, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus iurare in octaua beati Galli. Actor non astitit, citatus obtinuit ius, dedit memoriales.)

[1]) non astitit. [2]) negauit.

137. Pauel de Howedlina conqueritur super Sdeslaum[1] de Malessowa, quod quando dampnum fuit sibi factum in Howedlinye per excussionem, et illud dampnum habuit in equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus, hoc ipse suscepit et vsus est. Perdicio pro XX marcis arg. Camerarius Mikes, terminus sequenti die post Jeronimi. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

138. Potho de Pordobicz conqueritur super Johannem de Holohlaw, Miroslaum ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Holohlau, hereditate sua. Perdicio ordeo et diuersa annona pro C mar. arg..... Camerarius Smil, terminus sequenti die post Jeronimi.

Item idem conqueritur super Milotam et Myerkonem de Czirnoticz, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in Holohlau, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro C mar. arg.

Item idem conqueritur super Milotam de Rodowa, quia fecit sibi dampnum cum suo posse in Holohlaw, hereditate sua, recepit sibi captiuos suos. Perdicio C mar. arg.

139. (Neuhlas de Rychan conqueritur super Dostupa de Kirssowicz pro debito V mar. arg., quod tenetur sibi pro censu suo in Czeneczicz. Camerarius Suanek, terminus in octaua Galli.)

140. Prziedslaw de Ludicz conqueritur super Dymitr[1] de Ludicz, quod fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in hereditate sua Ludicyh. Perdicio in equis pro XXX mar. arg. Actor solus, camerarius Mikes, terminus feria II post Epiphaniam. Terminus iurare sequenti die post Purificacionem. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius feria V quatuor temporum Quadragesime.

In margine: Feria II post Katherine. [1]) negauit.

141. Prziedbor de Wirbichan conqueritur super Scepan, Sdislaw de Horzessowicz, Jurik ibidem, quod fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in equis et armis bellicis: quemlibet pro X mar. argenti minus lotone. Actor Hynek de Wirbichan, Jan de Klobuk, siue solus; camerarius Radslaw, terminus sequenti die post Katherine. Camerarius non pronunciauit citacionem super istos.

Item idem conqueritur super Wirchotam de Kladna pro vadio IX marc. arg., quod roborauit se sibi amicabili ordinacione, quod sub dicto vadio debuit sibi dare V fertones argenti pro equo, quem aput ipsum emit — dominica die hoc anno fuerunt[1] tres anni in die Georgii — in Wirbichan in domo sua, et quod non compleuit istud, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem. Camerarius non pronunciauit citacionem super omnes istos.

In margine: In octaua Galli. [1]) minula.

142. Plichta de Rozczalowicz conqueritur super Leonem de Chrzenowicz, Wilem de Sebestyenicz pro debito fideiussorio quingentarum marcarum argenti talis, quia fideiusserunt pro Cunca de Hnyewcowicz amicabili ordinacione, quia debuit excipere de tabulis terre Pragensis beneficii C mar. arg. dotalicii sui hoc anno feria VI post Viti, hoc non fecit, ideo amisit debitum fideiussorium nominatum. Camerarius Swanek, terminus sequenti die post Jeronimi. Camerarius II Beness, terminus feria VI ante Martini. Actor commisit causam Sdenconi de Semczicz, siue Marzconi de Rozczalowicz. Camerarius III Swanek, terminus feria VI quatuor temporum in Adventu. Terminus datus ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°. Terminus datus ad idem ius sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus sequenti die post Jeronimi.

143. Potho de Modrzowicz conqueritur super Dyrzislaum de Cziste pro vadio fideiussorio X mar. arg. minus lotone, qui fideiussit ad me pro Hogero de Cziste, cum quo sub dicto vadio amicabili ordinacione habui terminum hoc anno feria VI post Mathei in Mylyczowye, et ibi debuit me euadere gracia vel iure, et ibi in termino existens nec gracia nec iure euasit me, ideo amisit vadium nominatum.... Camerarius Bohusud, terminus sequenti die post Katherine.

Item idem conqueritur super Hogerum de Cziste pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lotone, pro quo fideiussi ad Marquardum quondam nominatum de Hradisscye pro promptis denariis concessis. Camerarius idem, terminus idem. Actor astitit vsque ad meridiem monendo pro iure; citati vero venerunt et comparuerunt coram beneficiariis post meridiem. Terminus datus pro isto ad barones sabbato quatuor temporum in Adventu. Inclitus dominus rex Johannes Bohemie mandauit per nunctium suum dominum Leonem, comendatorem tocius terre ordinis cruciferorum de Rzyepin, vt Hogero et Dirzyslao, non obstante alio inpedimento, detur terminus ad idem ius respondere sabbato quatuor temporum in Adventu Pothoni de Modrzowycz.

144. Pessek de Lhotha conqueritur super Tassonem de Brzyezowycye, super Petr de Bassnyewssy pro vadio, quemlibet quinquaginta marcis argenti fideiussorio, quod fideiusserunt pro Luczkone de Trzyebnussyewssy, aput quem emit hereditatem in Clenycy, dimidium quintum laneum, et idem Lucyko sub dicto vadio non debuit eum inpedire in illa hereditate Clenycy. Propterea quod inpediuit eum et intromisit se de illa hereditate Lucyko, ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius Smil, terminus feria secunda post Martini. Camerarius II Ostas, terminus sequenti die post Andree. Camerarius III Smil, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu. Petrus recognouit fideiussoriam L mar. argenti. Petrus debet statuere Lucykonem. Terminus feria VI quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°. Luczek suscepit pro trina citacione contra Petrum. Terminus feria VI quatuor temporum Quadragesime. Camerarius datus Radslaus super Tass, ut astet contra actorem ad iudicium feria VI quatuor temporum Quadragesime. Rex mandauit dari terminum Luczkoni et fideiussoribus suis, pro quibus ipse fideiussit, quousque ad quatuor tempora Penthecostes feria VI; nunccius ad tabulas Plichta de Zyrotyn. Actor commisit causam suam Jurziconi patri suo de Ohnisczan, siue Budislao de Kossicz. Leo de Koneczchlumie suscepit pro trina citacione. Terminus feria VI quatuor temporum Penthecostes ad judicium. Luczek recognouit Petro XXX mar. arg. et recepit ad se, et Pessek obtinuit super Petrum de Passnyewssi ius in XX mar. argenti; dedit memoriales. Terminus datus super idem ius sequenti die post Jeronimi. Tass commisit causam Symoni de Prohonicz, siue Johanowi de Trziebnussiewssi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martyni. Terminus datus feria IIII quatuor temporum in Adventu ad idem ius. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Martin, ut inveniat graciam actoris et beneficii.

In margine: In octaua Luce.

145. Przyebor de Wirbichan conqueritur super Scepan, Sdyslaum, Jurzik de Horzyessowycz, quod fecerut sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in equis et armis bellicis: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor Hynek de Wyrbichan, siue solus; camerarius Smil; terminus feria secunda post Epiphaniam.

Item idem conqueritur super Pribyslaum de Horzyessowycz, quod quando fuit sibi factum dampnum per spolium in via pacis per Jurzikonem in equis, armis bellicis, hoc ipse suscepit et vsus est. Perdicio X mar. arg. minus lotone. Camerarius idem, terminus idem.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

146. Pauel de Tuchomyerzycz, conqueritur super Dyetwin, Pessek, Jan, Waurzynecz de Knyezyewssy, quod adduxerunt super me Petrum de Byelok sine iure cum suo posse, qui rapinam fecit in hereditate mea censuali in Tuchomyerzycz; propterea recepi dampnum a quolibet pro V mar. arg. Camerarius Quyeton, terminus sequenti die post Andree.

In margine: Symonis et Jude.

147. Petrus de Krzessowa conqueritur super Chwalonem de Tecznìwssi, Wyssonem de Dyescirp, Henricum de Krzessicz, Petrum de Zahorzan, Jesconem de Dobcowicz pro uadio, quemlibet X. mar. arg. minus lotone, quia fideiusserunt pro Stanislao de Crzessowa, qui debuit venire ad terminum in Lubyessicz et non venit — preterito anno in octaua Conductus Pasche feria II — et ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius Duchon, terminus sequenti die post Katherine. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium sabbato quatuor temporum in Aduentu.

148. Styborius de Drahonicz commisit pueros suos patruelis suis siue filiis fratris sui Rynardo, Przibislao et Tobie cum omnibus bonis suis mobilibus et inmobilibus super fidem eorum. Actum anno domini M°CCC°XXVII sequenti die post Jeronimi.

149. Petr de Tunochod[1] conqueritur super Wyenek de Syebrziny, Sdislaw ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in succisione silue in hereditate sua Syebrzynye. Perdicio: quemlibet XX mar. arg. Camerarius Blasey, terminus sequenti die post Andree. Terminus infirmo iurare feria V quatuor temporum in Adventu.

[1]) infirmus.

150. Petr de Zahorzan conqueritur super Matey[1] de Hosspozyna, Druzek de Postowicz, Ottonem de Hobssowycz, Slavatam, Mutine ibidem, (Macek[2] de Radossyna), Sbynek de Lobcye, quod fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in equis, vestibus, et in argento: quemlibet pro X mar. arg. Actor Jan de Zahorzan, siue Marzyenye ibidem, siue solus. Camerarius Quieton, terminus feria II post Epiphaniam, terminus datus cum concordia uel ad iudicium feria VI quatuor temporum Quadragesime. Otto, Slawata, Mutynye, Maczek, Sbynek non astiterunt. Terminus monere feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus feria IIII quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Knyesziek, ut inueniat graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Nicolaum de Lun, alter[um] Nicolaum de Syrzowycz, quod quando fuit sibi factum dampnum furtiue in hereditate sua in Zahorzan in equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus, hoc ipse suscepit et vsus est. Perdicio: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Nicolaum de Striebyewlicz pro simili. Camerarius idem, terminus idem.

(Item idem conqueritur super Wyecek[3] de Myekowycz, Andreas, Zoch, Walenta, Barton, Sczepan, Baress, Mathias, Petr, Witek, Marzek, Jacubecz, Blasias, Sebak, Michal, Pauel de Myekowicz, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis et promptis denariis: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.)

In margine: In die Katherine. [1]) non citauit. [2]) Sdislaus et Sudco fecerunt delere. [3]) Citati de Myekowicz invenerunt graciam beneficii.

151. Przibek de Wylkowa conqueritur super Blud[1] de Morassicz siue de Sedlisczek, quia recepit census suos sine iure, argenti et denariorum, cum suo posse in hereditate sua in Budislawi et in Desna dotali obligata, quando ibi habuit. Perdicio LX mar. arg. Actor Petr de Kokowicz, siue Cunrat ibidem, siue solus; camerarius Milek, terminus feria V post Barbare. Terminus iurare feria V quatuor temporum in Aduentu.

Item idem conqueritur super Elizabeth de Morassicz siue de Sedlisczek pro debito LX mar. arg., quod sibi tenetur pro argento concesso.

Item idem conqueritur super Bohuslaum de Desne, Hroznata ibidem pro debito dotalicii fideiussorio, quemlibet LX mar. argenti, quia fideiusserunt ad ipsum pro Bluda de Morassicz, quia idem Blud dotauit dictum argentum post Budislauam de Wylkowa, filiam suam, quando tradidit ipsam sibi et ipse eam duxit sibi in vxorem. Camerarius Milek, terminus feria V post Barbare. Camerarius II Domaslaus, terminus in octaua beati Stephani. Actor commisit causam Budislao de Kossicz, siue Petro de Skochowicz ad omnes causas. Camerarius tercius super Hroznatam Beness, terminus in octaua sancti Jacobi.

[1]) infirmus.

152. Paulus de Mladussowa conqueritur super Benes[1] de Martinicz, Hron ibidem, Troyan[2] de Hrussicz, Bohuchwal de Bynicz, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Mladussow, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet XXX mar. arg. Actor solus, camerarius Medwied, terminus in octaua Purificacionis. Terminus datus Bohuchwal et Hrononi ad judicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Beness de Martinicz et Troyan de Hrussicz non astiterunt in octaua Purificacionis. Terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime monere. Terminus datus Bohuchwal et Hrononi ad judicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Hron stans dixit, quia Beness in Martinic nichil habet.

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

153. Petr de Dobrzieczkowa conqeritur super (Sdeslaum[1] de Tysmye), quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Dobrzieczkowie, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro XC mar. arg. Actor Henricus de Krziwewssi, siue Beness de Kowarzowicz, siue solus; camerarius Crziss, terminus in die beati Walentini.

[1]) Sdeslaus invenit graciam beneficii pro omnibus culpis suis anno domini MCCCXX sabbato quatuor temporum Quadragesime.

154. Wilhelmus de Waldek protestatus est coram domino Johanne rege Bohemie et beneficiariis Pragensibus ac baronibus terre, quia dedit et dotauit domine Elizabet vxori sue quingentas marcas argenti super hereditatibus suis Lochowicz ciuitate, Lhota willa, Chlustinie villa cum agris, pratis, siluis, molendinis, jure patronatus ecclesie, et cum qualibet libertate ad ea pertinente, ita tamen, quod si ipsa domina Elizabet preuixerit ipsum dominum Wilhelmum et in viduitate remanserit, tunc ipsas hereditates habere, tenere et possidere debet libere absque omni

inpedimento et sine omni exsolucione vsque ad (finem) vite eius; si vero maritum ducet, tunc quamdiu pueri ipsius Wilhelmi sibi predictas quingentas mar. arg. integraliter non dederint, ipsas hereditates tenere debet, et quam cito sibi eas dederint, ipse hereditates statim ad eos libere deuoluentur. Et eciam ipsa domina Elizabet predictam dotem suam et possessionem predictarum hereditatum suarum dotalium, et omnia jura sua potest donare, vendere, obligare, cui voluerit, et transferre, in quem voluerit, per omnia eo jure, vt ad eam pertinet, vt superius est expressum.

155. (Przibram de Brzezowe conqueritur [super] Wessel de Vmonina, Bunonem ibidem, quod tenent hereditatem meam sine iure in Brzezowey, III curias rusticorum cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente, ad quam hereditatem melius ius habeo, quam ipsi, post patrem meum Henricum quondam de Brzezowe. Camerarius Beness, terminus in octaua Valentini. Camerarius II Medwied, terminus feria IIII post Conductum Pasche. Camerarius III Beness, terminus feria VI post Stanyzlai. Citati concordauerunt cum actore, invenerunt graciam beneficii.)

Item idem conqueritur super Marquardum[1] de Chuatliny siue Kamenicye pro debito fideiussorio XXXX mar. arg., quod fidciussi pro eo ad Bunonem de Sbyleyoua pro promptis denariis concessis. Camerarius idem, terminus idem. Camerarius II Medwed, terminus feria IIII post Conductum Pasche. Camerarius III Beness, terminus feria VI post Stanislai. Citatus non astitit, terminus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCCXIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius Swatoch fuit in monicione anno domini M°CCC°XXXII° sequenti die post Jeronimi, inposuit vmluwam.

[1]) non astitit.

Actum anno domini M°CCC°XVIII° tempore domini Karuli, notarii terre.

156. (Vitus de Slopessicz conqueritur super Hogerum de Dobrziczan pro uadio X mar. arg. minus lotone, quia roborauit se sibi per amicabilem ordinacionem, quia debuit sibi dare marcam argenti in die beati Georgii die dominico hoc anno in Dobrziczas, hoc non compleuit, ideo tenetur vadium nominatum. Camerarius Wanek, terminus in octaua Assumpcionis Marie.)

Beneda de Slopessicz conqueritur super eundem pro simili vadio. Camerarius idem, terminus idem.

In margine: Sequenti die post Jacobi.

157. Vlricus de Gyenissowicz conqueritur super Cstibor[1] de Kozleho, quia quando Mikess nulliunde recepit sibi dextrarium per rapinam in Gyenissowicz, hereditate sua, illum ipse suscepit et vsus est pro LX mar. arg. Camerarius Nicolaus, terminus in vigilia Assumpcionis Marie. Terminus datus ad iudicium in octaua Assumpcionis Marie. Terminus datus ad judicium sequenti die post Jeronimi. Actor commisit causam Obradecz de Kvnycz, terminus iurare in octaua beati Galli.

[1]) negauit.

158. (Woyslaua[1] et Katherina de Lubochowa conqueruntur super Ottonem de Lubochowa, quia intromisit se et tenet sine iure hereditatem suam in Lubochowie, curiam arature et duas curias rusticorum cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente, ad quam hereditatem habent melius ius quam ipse post patrem suum Albertum, matrem suam quondam Elizabeth de Lubiechowa. Camerarius Bartus, terminus sequenti die post Jacobi. Actrices commiserunt causam Gyndrzich de Melnika, Mathie ibidem, camerarius II Radslaus, terminus in octaua Assumpcionis

Marie. Camerarius III Mikess, terminus sequenti die post Jeronimi. Otto respondit coram judicio ad querimoniam dicens, quod emit hereditatem aput patrem actorum (sic), et non dixit quantitatem pecunie, pro qua emit. Woyslaua' et Katherina rogauit querere judicem a baronibus, vtrum ius obtinuisset, quod Otto non nominauit nec disbrigatorem hereditatis, nec annos, in quibus sine inpedimento tenuisset hereditatem. Terminus monere sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus ad barones sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus sabbato quatuor temporum Penthecostes. Citatus non astitit, actricibus datum est pro iure, dederunt memoriales. Anno domini M°CCCXIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Sudek wicecamerarius cum camerario Przibek induxit Woyslawam et Katherinam super hereditates, super quas suum ius obtinuerunt, anno domini M°CCC°XIX° proxima IIII feria post Wenczeslay. Woyslaua et Katherina dederunt Sofcze, sorori sue, equalem partem in hereditatibus obtentis. Concordauerunt actrices cum citato, invenerunt graciam beneficii.)

[1]) Concordauerunt ita, quod Otto de Lubiechowa remaneat circa hereditates.

159. Vlricus de Sebyerzowa conqueritur super Vlricum de Zarzieczie, Henricum ibidem, Kuness ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Lhotie, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet X mar. arg. minus lotone. Actor Bohuslaus de Osne, sine solus. Camerarius Witek, terminus sequenti die post Bartholomei. Camerarius non citauit ad eundem terminum. Camerarius Andreas, terminus sequenti die post Jeronimi. Beřkovský

Item idem conqueritur super Hroznatam de Krzessin, quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse in hereditate sua Syebyerzow. Perdicio equo pro XL mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

In margine: (Inposicio facta in vigilia Marie Magdalene); sequenti die post Assumpcionis Marie.

160. Wychna de Welencze conqueritur super Martinum de Byerzkowicz, Jarosium ibidem pro debito, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenentur pro hereditate Byerzkowsku dotali empta, [quam] non persoluerunt. Camerarius Smil, terminus sequenti die post Natiuitatem Marie.

Prziedbor de Welencze conqueritur super eosdem pro simili debito. Camerarius idem, terminus idem.

161. Adam de Mirzek protestatus est coram Pragensibus beneficiariis, quod dedit et dare potuit pro remedio anime sue et suorum predecessorum hereditatem suam in Mirzek, curiam arature et curiam rusticalem cum tribus subsidibus et totum, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, siluis, riuis, aquis, ortis, pomeriis et cum qualibet libertate ad ea pertinente domui sancti Benedicti in Praga et toti conuentui ibidem ordinis fratrum cruciferorum de domo Deutunica, et toti eidem ordini, et hereditarie condescendit, et domina..... vxor ipsius Ade protestata est ibidem, quod nullam dotem habet in predicta hereditate, nec aliquod ius ad eandem, et si quam dotem ibidem habuit, eidem et omni juri in totum renunciauit. Actum anno domini M°CCCXXXIIII° sabbato quatuor temporum in Aduentu.

162. Wyssata de Skrissowa conqueritur super Jan de Syebyerzowa, Jan alterum, Witek ibidem, Medwied ibidem, Marquard ibidem, Prziemil ibidem, Cunrat ibidem, Cunrat alterum, Heynreych ibidem, Nicolaus, Henricum alterum nulliunde, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in Skrissow, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet

X mar. arg. minus lotone. Actor Henricus de Zihbach (?), siue solus. Camerarius Medwied, terminus sequenti die post Jeronimi.

In margine: In vigilia Bartholomei.

163. Vlricus de Bossowicz conqueritur super Czenek[1] de Hradenyna, Lutobor[2] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Przieboziech, in hereditate sua dotali obligata. Perdicio equis, diuersis domesticis rebus: quemlibet XXX mar. arg. Actor Budislaus de Bossowicz, siue Troian ibidem, siue solus. Camerarius Blasei, terminus sequenti die post Jeronimi. Anno domini M^{o}CCC^{o}XIX^{o} in octaua Epiphanie Jacobus vicenotarius cum camerario Miczek induxit actorem super hereditatem Lutoborii, Sbislai, Michaelis super curiam arature in Hradenyn cum agris et quidquid ibi habent in iure obtento. Eodem die et anno induxit actorem super hereditatem Henrici in Planan in iure obtento.

Item idem conqueritur super Sbislaum[3] de Hradenyna, Henricum[4] ibidem siue de Plana siue de Radymecz, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in hereditate sua dotali obligata in Przieboziech. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet LXX mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Terminus infirmis iurare in octaua Galli. Lutobor, Sbislaus, Henricus, Michael non astiterunt contra actorem, Vlrico datum est pro iure, dedit memoriales anno domini M^{o}CCC^{o}XVIII^{o} in octaua beati Galli. Camerarius datus Bohusud, vt inveniant graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Luderz[5] de Chwatlyni pro simili dampno. Actor absoluit Luderium.

Item idem conqueritur super Michal[6] de Hradenyna, quia fecit sibi dampnum cum suo posse sine iure, quia fugauit homines ipsius de hereditate sua dotali obligata in Przieboziech et desolauit; propterea habet dampnum in censu argenteo et denariis pro XXX mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem. Terminus monere in octaua beati Galli de illis, qui non astiterunt.

Item idem conqueritur super Sweslauam[7] de Hradenyna, quia quando Czenek et Lutobor fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Przieboz, hereditate sua dotali obligata, hoc ipsa suscepit et vsa est equis et peccoribus pro X mar. arg. Camerarius idem, terminus idem.

1) non citauit. 2) infirmus. 3) infirmus. 4) non astitit. 5) infirmus. 6) non astitit. 7) non citauit.

Anno domini M^{o}CCC^{o}XVIII^{o}.

164. Wyeczek de Wykowicz conqueritur super Thomam de Semczicz pro vadio fideiussorio L mar. arg., quia fideiussit pro Wsseslao de Peczicz, quia non debuit [eum] inpedire in hereditate sua innata in Cstiemyerzicz, quamdiu viueret, ibidem ipsum inpediuit, quia intromisit se de dicta hereditate et tenet sine iure, ideo amisit vadium fideiussorium nominatum. Camerarius Milek, terminus sequenti die post Egidii.

Item idem conqueritur super Lutoldum de Zlunicz pro simili vadio. Camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Jessek[1] de Wykowicz, quia conscendit[2] sibi municionem suam in hereditate sua cum suo posse. Perdicio argento, denariis pro XXX mar. arg. Actor Bartos de Wykowicz, siue solus, camerarius idem, terminus sequenti die post Egidii. Actor astitit et citati non astiterunt, terminus monere sequenti die post Crucis. Terminus datus monere sequenti die post Jeronimi.

Item idem conqueritur super Sdenek[3] de Wykowicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis pro XX mar. arg. Actor Crzisek de Wykowicz, siue

solus. Camerarius idem, terminus sequenti die post Egidii. Jessek et Sdenek non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

In margine: In octaua Jacobi. [1]) non astitit. [2]) zlezl. [3]) non astitit.

165. Woyta de Cziechowicz conqueritur super (Nicolaum [1] de Cziechowicz), quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in hereditate sua Cziechowicz. Perdicio tritico, siligine pro X mar. arg. minus lotone. Actor solus, camerarius Medwied, terminus sequenti die post Egidii. Terminus datus ad iudicium sequenti die post Crucis.

Item idem conqueritur super (Wilhelmum [2] de Dlazkowicz), quia fecit sibi dampnum furtiue cum suo posse in Dlazkowicz, hereditate sua. Perdicio tritico, siligine pro X mar. arg. minus lotone. Camerarius idem, terminus idem. Terminus iurare fer. IIII post Jeronimi.

In margine: In octaua Jacobi. [1]) negauit. [2]) negauit. Citati invenerunt graciam beneficii.

166. Wyeczemil de Quicze conqueritur super Radosta de Trziebyzie, Witek, Laurencium, Michal, Sich, Dywiss, Przibislau, Martinum de Trziebyzie, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse in subtraccione silue in Dobre, que fuerat educta. Perdicio: quemlibet V mar. arg. Actor solus, camerarius Sdislaus, terminus sequenti die post Egidii.

Item idem conqueritur super (Dobrohost) de Blahoticz siue de Weltyez pro uadio X mar. arg. minus lotone, quia amicabili ordinacione fuit deductum ab officio Pragensi, extunc non debuit monere de iure, propterea quia monuit pro jure, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem, terminus datus ad iudicium sequenti die post Jeronimi.

In margine: Sequenti die post Jacobi. Dobrohost invenit graciam beneficii pro se ipso.

167. Wylczek de Nouosedel conqueritur super Sdislaum de Wissina, quia intromisit se et tenet sine iure hereditatem suam in Vissin, IIII curias rusticorum et curiam arature ibidem, in Nouosedl curiam rustici cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente, ad quam hereditatem habet melius ius quam ipse post Thyemam patrem suum quondam de Wyssina. Camerarius Sdenek, terminus in vigilia Assumpcionis Marie. Actor commisit causam Cstiborio de Nouosedl siue Radim de Sczeradicz. Camerarius II Hodislaus, terminus sequenti die post Egidii. Camerarius III Sdeslau, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad judicium feria VI quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus cum concordia ad idem ius fer. VI quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°. Terminus datus feria VI quatuor temporum Penthecostes. Wlczek recepit camerarium Sdeslaum ad preuidendam hereditatem in Wyssynye, et Sdislaus recepit camerarium Hodislau, qui debent esse in hereditate in octaua Natiuitatis Marie et redire cum nunccis sequenti die post Jeronimi. Terminus datus ad idem ius sequenti die post Martini. Terminus datus ad concordiam uel ad idem ius IIII fer. quatuor temporum in Aduentu. Actor debuit testes inponere contra citatos, sicut sibi fuit per beneficiarios inuentum, et non comparuit; citati cum testibus steterunt, ideo amisit ius suum IIII feria quatuor temporum in Aduentu. Sdislaus obtinuit, dedit memoriales. Coram Alberto, judice Vlrico, Joanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis.

168. Wylem de Wozicz conqueritur super Jaroslaum [1] de Kuta, quod fecit sibi dampnum cum suo posse expiscando sibi piscinam in hereditate sua Wozicz. Perdicio in luceis et diuersis piscibus pro L mar. arg. Camerarius Mikes, actor Wanek de Janowa, siue Barta de Janowa, siue solus, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus infirmo in octaua Galli iurare. Citatus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Beness, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

In margine: Dominico die post Bartholomei. [1]) infirmus; non astitit.

169. (Wbyssek de Kamenycze) conqueritur super Cziecz de Kamenycze, Elyzabeth ibidem pro uadio, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quia roborauit se sibi per amicabilem ordinacionem sub dicto vadio, quod Johannis hereditatem in Kamenicz non debuit obligare nemini sine scitu suo, propterea quod dictam hereditatem obligauit, ideo amisit vadium nominatum.

Item idem conqueritur super Woyslaum[1] de Kamenicze, quia quando occurrit sibi in via pacis, dedit sibi XXX plagas liuidas. Camerarius Hodislaus, terminus sabbato quatuor temporum ante Michaelis.

In margine: In octaua Assumpcionis. [1]) non astitit.

170. (Wichna de Welencze conqueritur super Martinum de Zbiercowicz pro debito X mar. arg. minus lotone tali, quia tenetur sibi pro hereditate dotali sua Zbiercowicz, quam emit circa ipsam et non persoluit. Camerarius Mikes, terminus sequenti die post Jeronimi.

Item idem conqueritur super Jarossium de Zbyercowicz pro simili. Camerarius idem, terminus idem.

Przedbor de Welencze conqueritur super eosdem pro simili. Camerarius idem, terminus idem.)

In margine: Sequenti die post Natiuitatem Marie.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

171. Wilem de Woziczie conqueritur super Benessium[1] de Chusnika, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis et promptis denariis pro LX marcis arg. Actor Wanek de Pnowa, siue Jacub ibidem, siue solus; camerarius Mikess, terminus sequenti die post Laurencii. Terminus monere sequenti die post Jeronimi. Terminus monere feria II post Martini. Terminus monere sabbato quatuor temporum in Adventu. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

Item idem conqueritur super Rzym de Dyedicz et de Kladorub et de Zahradky pro vadio CCC mar. arg. talis, quia amicabili ordinacione roborauit se sibi et sub dicto vadio, quia debuit sibi ponere fideiussores in Woziczi — hoc anno feria IIII post Natiuitatem Marie transacti sunt tres anni — in CCC mar. arg., quia non debuit esse super dampnum suum cum hominibus suis, et quia non posuit sibi fideiussores, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Mikess, terminus sequenti die post Laurencii. Camerarius II Witek, terminus sequenti die post Egidii. Actor commisit causam Johanni de Tuchomerzicz, siue Jacobo de Janowa; camerarius III Mikess, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°.

In margine: Vilhelmus tenetur memoriales. [1]) non astitit.

172. Waczlau de Petrowicz conqueritur super Pessek,[1] Martin[2] de Trzietozeli, Chwalata[3] de Wgezda, Batyna de Brziezy, Sdislaum de Kalowicz, Sbislaum de Borku, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Petrowie, hereditate sua censuali. Perdicio auro et promptis denariis: quemlibet pro L mar. arg. Actor Philippus de Podskale, siue Gindrzich de Straneho, siue solus; camerarius Benes, terminus sequenti die post Jeronimi. Terminus iurare infirmis in octaua Galli.

Item idem conqueritur super Jaross de Trzietozeli, quia quando fecerunt sibi dampnum per excussionem in Petrowie, hereditate sua censuali, hoc ipse suscepit et vsus est pro XXX mar. arg. Camerarius idem, terminus idem.

[1]) infirmus. [2]) infirmus. [3]) negauit.

173. Vlricus de Zlenicz conqueritur super Cstibor de Kozleho, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Kvtiech, hereditate sua obligata. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor solus, camerarius Nicolaus, terminus feria II post Martini. Terminus datus de mandato regis sabbato quatuor temporum in Aduentu; nuncius ad tabulas Andreas filius Vlrici de Rziczano.

Weygel de Kvta conqueritur super eundem pro simili. Actor solus.

Tyrman de Kvta conqueritur super eunden pro simili. Actor solus.

174. Wilhelmus de Strakonycz conqueritur super Vlricum de Boru et de Zynkow pro debito fideiussorio quingentarum marcarum argenti talis, quia excepit eum fideiussorie de captiuitate aput Sezemam de Hradka et soluit pro eo promptos denarios. Camerarius Blasei, terminus in octaua Assumpcionis Marie. Terminus datus cum concordia vel ad judicium sabbato quatuor temporum in Adventu. Actor commisit causam Czadkony de Svdomyerzi, siue Bassek de Czeknye; Vlricus commisit causam Jan Tystye, siue Milote de Lub ad omnes causas.

175. Wit[1] de Slaneho conqueritur super Hedwicam de Hobsowicz pro debito XX strichonum siliginis, quas sibi concessit et sibi non reddidit. Camerarius Ratibor, terminus feria secunda post Martini.

Item idem conqueritur super Miloslaum de Slatini, quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in Slatyny, hereditate sua. Perdicio tritico pro XXX mar. arg. Actor solus, camerarius idem, terminus idem. Terminus iurare feria V quatuor temporum in Adventu. Miloslaus astitit contra actorem. Terminus cum Miloslao ad idem ius feria quarta quatuor temporum Quadragesime anno domini MCCCXIX°.

[1]) infirmus.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

176. Wratislawa de Dywicz conqueritur super Hawel de Cralowicz pro vadio X mar. arg. minus lotone talis, quod quidquid habuimus inter nos locucionis, hoc compromisimus super arbitrum Bochuslaum de Cralowicz, quidquid mandaret ipsis, debent ratum tenere. Extunc dedit vtrique parti terminum feria sexta in Natiuitate sancte Marie hoc anno in Cralowicz, tunc idem Hauel noluit audire arbitrium, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Sdenek, terminus in die beati Galli. Wratislawa commisit causam Oness de Diuicz, terminus datus ad iudicium feria secunda post Martini.

Item eadem conqueritur super Woytieh de Cralowicz, Lupolt, Prosimir ibidem, Pribislaum de Wsse[s]tud pro debito fideiussorio, quemlibet X mar. arg. minus lotone dotalis argenti, quia fideiusserunt pro Bechlino quondam de Cralowicz, quod idem dotauit sibi dictum argentum, quando duxit eam sibi in vxorem. Camerarius idem, terminus idem.

177. (Wanek) de Kamenicze conqueritur super Ossel, Pribecz, Jakub de Kamenicze, quod fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in hereditate sua Kamenicze. Perdicio in graminibus: quemlibet V mar. arg. Actor solus, camerarius Witek, terminus sequenti die post Galli. Actor invenit graciam beneficii pro se ipso.

Item idem conqueritur super Jan, Lucus de Kamenicze pro simili. Perdicio in siligine; actor idem, camerarius idem, terminus idem.

(Item idem) conqueritur super Petrum et Paulum de Kamenicze pro simili; perdicio in humulo et ouochu.

(Item idem) conqueritur super Marzicz, Woyslaw, Symon de Zwissina pro simili; perdicio in diuersa annona. Actor ad omnia idem. Camerarius idem, terminus idem.

(Item idem) conqueritur super Swatam de Kamenicze pro debito III mar. arg., quod sibi tenetur pro promptis denariis concessis. Camerarius ad omnia vnus, terminus idem.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

178. Wanek de Basczie conqueritur super Sdenkam de Rostok, Jessek ibidem pro debito, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenentur pro promptis denariis concessis. Camerarius Jacub, terminus in octaua Galli.

179. Valentinus de Kamenicye conqueritur super Woyslauam[1] de Pcherz, super (Wyeczkam[2]) ibidem pro debito, quamlibet X mar. arg. minus lotone, quod sibi tenentur pro promptis denariis concessis. Camerarius Sudek, terminus sequenti die post Katherine.

Item idem conqueritur super (Sudek[3] de Pchzer,) quod fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Kamenicye, hereditate sua. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus [pro] X mar. arg. minus lotone. Actor Franek de Kamenicye siue solus, camerarius idem, terminus idem.

In margine: In octaua Galli. [1]) invenit graciam beneficii pro se ipsa. [2]) mortua. [3]) invenit graciam beneficii pro se ipso.

180. Wilem de Woziczie conqueritur super Jaroslaum de Kuta siue de Stanimirzicz siue de Nahorzan, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Janowye, hereditate sua. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro quingentis mar. arg. Actor Jacub de Janowa, siue Bartha ibidem, siue solus; camerarius Beness, terminus sequenti die post Andree. Jaroslaus non astitit, terminus monere sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus monere feria IIII post octauam Johannis Baptiste. Terminus datus monere sequenti die post Jeronimi.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

181. Wyecemil de Ozorowicz conqueritur super Maczek[1] de Mirwiczie, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Ozorowicz, hereditate sua. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Actor solus, camerarius Hauel, terminus feria II post Martini. Terminus feria quinta quatuor temporum in Adwentu. Testes ducit Stibor de Sudymirzicz contra Wycemil de Ozorowycz et dicit, quod in hereditate Maczek de Mirwice habet obligata[s] sibi X mar. arg. minus lotone: Huk de Drahcowa, Albertus de Chwoyna, Radslaw de Pnyetluk. Actor Wycemil wlt contentari de suis testibus. Terminus feria V quatuor temporum in Adwentu. Wyecemil non astitit ad recipiendum testes Cstiborii. Cstiborius dedit super eo memoriales.

[1]) infirmus.

182. Vylem de Dlaskowycz conqueritur super Voytham, Cubatam de Cyeczkowycz pro vadio, quemlibet LX mar. arg.

Nycolaus et Franciscus de .... conqueruntur super eosdem pro simili. Camerarius Witek, terminus feria II post Martini.

In margine: In die Luce.

183. (Waltherus[1] de Hobssowycz conqueritur super Nyetkam[2] de Wgessd sub Petrino siue de Hwhy, quod fecit sibi dampnum cum suo posse sine iure recipiendo census suos argenti et denariorum in hereditate sua Lessas obligata, quando ibi habuit. Perdicio X mar. arg. minus lotone. Actor Hwalek de Hobssowycz, siue Hawel de Zyecrowycz, siue solus. Camerarius Ratibor.

Terminus feria II post Martini. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium feria VI quatuor temporum in Aduentu. Actor commisit causam Jaroslao de Gyeczsowicz.)

[1]) invenit graciam beneficii. [2]) Nyetka invenit graciam beneficii pro se ipsa.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

184. Wyecemil molendinator Podclobassycy conqueritur super Wratislawam de Squirnowa siue Hrzyezyela pro debito X mar. minus lotone, quod concessit sibi et marito suo Strziezimiro quondam de Waurzincye, et illud sibi non persoluerunt. Camerarius Medwed, terminus feria IIII quatuor temporum in Adventu.

Item idem conqueritur super Crale de Squirnowa siue de Hrzizyela pro simili. Camerarius idem, terminus idem.

185. Wylem de Wozycye conqueritur super Sdeslaum de Blanycye, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Wozycye, hereditate sua. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Actor Bartha de Janowa, Jacub ibidem, siue solus; camerarius Mikes, terminus feria II post Martini. Terminus sabbato quatuor temporum in Adventu ad judicium omnibus istis actoribus cum Sdeslao. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°.

Welislaw de Wozycye conqueritur super eundem pro simili. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Scepan de Wstoyowa conqueritur super eundem pro simili. Actor idem, camerarius idem, terminus idem.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

186. Vlricus [1] de Slywna conqueritur super Vlricum [2] de Lucowa siue de Brascowa, Bochuslaum [3] de Wylcye, alter Bochuslaw [4] de Drzyenye, Albertum [5] de Brascowa, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Sliwna, hereditate sua. Perdicio in equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro C mar. arg. Actor Mikes de Sliwna, siue Sulek de Drziss, siue solus. Camerarius Radslaw, terminus sequenti die post Andree. Terminus iurare feria V quatuor temporum in Adventu. Terminus monere fer. IIII quatuor temporum in Aduentu; Bohuslao ad iudicium feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus cum duobus Bochuslais cum concordia vel ad idem ius feria II post Epiphaniam. Actor obtinuit ius super Vlricum, dedit memoriales. Camerarius datus Medwied, ut Vlricus inveniat graciam actoris et beneficii. Terminus datus Bohuslao de Wylczieho cum concordia sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus feria IIII post Conductum Pasche monere super Bohuslaum. Terminus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Bohuslaus non astitit, actori datum est pro iure, dedit memoriales anno domini M°CCCXIX. Camerarius datus Przibek super Bohuslaum de Wlczieho, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Jan [6] de Przieboy pro debito X mar. arg. minus lotone, quod tenetur sibi pro pecoribus, que dedit sibi seruare et illa non reddidit sibi, et illa valuerunt eosdem denarios. Camerarius idem, terminus idem, terminus iurare feria V quatuor temporum in Aduentu. Terminus infirmo iurare feria II post Epiphaniam.

In margine: Feria secunda post Symonis et Jude. Anno domini M°CCCXXIII Sdislaus viceiudex cum camerario Smil induxerunt actorem super hereditatem citati in Lucow, quidquid ibi habet, et Brascow, quidquid ibi habet, in iure obtento, in vigilia sancti Viti. [1]) Vlricus de Sliwna invenit graciam beneficii preter vadiorum, si habet, pro omnibus culpis suis, quas habuit vsque hoc tempus, anno domini MCCCXXIIII in octaua Purificacionis. [2]) non astitit; absolutus et invenit graciam beneficii. [3]) non astitit. [4]) infirmus. [5]) non citauit. [6]) infirmus; infirmus.

187. Vlricus de Bossulecz conqueritur super Czenek [1] de Hradenyna, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Prziebozi, hereditate sua obligata et dotali. Perdicio peccoribus, diuersis domesticis rebus pro LX mar. arg. Actor Budislaus de Bossowicz, siue Troian ibidem, siue solus; camerarius Bohusud, terminus sequenti die post Katherine. Terminus monere feria VI quatuor temporum in Adventu. Actor obtinuit ius super citatos, dedit memoriales. Rex mandauit per dominum Karulum notarium, quod obtentum ius super Czenek non debet habere vigorem.

Item idem conqueritur super Sweslauam [2] de Hradenyna, quia quando Czenek et Lutobor de Hradenyn fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Prziebozi, hereditate sua obligata dotali, hoc ipsa suscepit et vsa est peccoribus, diuersis domesticis rebus pro L mar. arg. Camerarius idem, terminus idem. Actor commisit causam Woyslao, siue Michaeli de Bossow.

1) non astitit. 2) non astitit.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

188. Wirchota de Kladna conqueritur super Hermannum [1] de Kyssicz, quia recepit census suos sine iure cum suo posse argenti et denariorum in hereditate sua in Kladne pro XC mar. argenti. Actor solus, terminus iurare feria V quatuor temporum in Aduentu. Terminus cum Hermanno cum concordia ad idem ius feria V quatuor temporum Quadragesime. Hermannus, Kladen et Sdenco invenerunt graciam beneficii.)

Item idem conqueritur super (Kladen de Kladna, Sdenconem de Kacziczie) pro debito fideiussorio, quemlibet L mar. arg., quia fideiusserunt pro Hermanno de Kyssicz, quia habui cum eodem terminum — hoc anno post Assumpcionem Marie feria VI duo anno transacti — propterea quia in dicto termino non astitit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Milek, terminus feria II post Martini. Camerarius II Czaston, terminus sequenti die post Andree. Camerarius III Medwied, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius feria VI quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°.

In margine: Citati invenerunt graciam beneficii; Wrchota non invenit graciam. 1) infirmus.

189. (Wanek [1] de Kladna) conqueritur super Slauibor [2] de Kladna, Anthonis de Swyrczowicz, Crassek ibidem, Duchon, Maczek, Wanek, Wachek, Marzik de Kladna, quia fecerunt sibi dampnum furtiue cum suo posse in hereditate sua in Kladne, quando ibi habuit. Perdicio tritico, siligine, diuersa annona: super Slauibor X mar. arg., alios quemlibet II mar. arg. Actor solus, camerarius Milek, terminus feria VI post Martini. Terminus iurare feria V quatuor temporum in Adventu. Terminus datus aliis ad iudicium feria IIII quatuor temporum in Aduentu. Terminus datus cum concordia vel ad idem ius feria V quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°.

1) Wanek invenit graciam beneficii pro se ipso. 2) negauit.

190. Woytyech de Cralowicz conqueritur super Oness de Dywicz, Jurzik ibidem, Wratislauam ibidem pro uadio, quemlibet X mar. argenti minus lotone, quia roborauerunt se sibi per amicabilem ordinacionem, sub dicto vadio debuerunt pro ipso soluere censum Gallo de Cralowicz hoc anno feria V in die beati Wenceslai, hoc non compleuerunt, ideo amiserunt vadium nominatum.

Prossimir de Cralowicz conqueritur super eosdem pro simili vadio.

Lupolt de Cralowicz conqueritur super eosdem pro simili vadio. Camerarius Sdeslaus, terminus fer. IIII quatuor temporum in Adventu.

191. Wessel de Zalessie conqueritur super Hermaunum de Myrdicz, Cstibor' ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Zalessy, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet XXX mar. arg. Actor solus, camerarius Nycolaus, terminus sabbato quatuor temporum in Adventu.

192. Wysye de Dyehrirp conqueritur supur Prziedbora de Solan, Anthonium de Zhirnosiek, Nicolaum ibidem, quia fecerunt sibi dampnum per incendium ignis in Gyenczicz, hereditate sua. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet LX mar. arg. Actor Jacobus de Dyechriper siue solus, camerarius Duchon, terminus sequenti die post Katherine. Terminus datus cum concordia uel ad iudicium sabbato quatuor temporum in Adventu.

193. Wilhelmus de Wozicze conqueritur super Vlricum de Sebyerzowa pro uadio fideiussorio XXV mar. arg. talis, quia fideiussit pro Przibislao de Trzimyna siue de Selnberk, et idem Przibislaus sub dicto vadio debuit sibi Prage ad tabulas terre inponere hereditatem Paulowhoru hereditarie — sabbato ante Michaelis quatuor temporum hoc anno transacti X anni — et quia sibi non compleuit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Beness, terminus sequenti die post Andree. Camerarius II Blasei, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu.

Item idem conqueritur super Ottonem de Lutkowa pro simili vadio L mar. arg.

Item idem conqueritur super Hynek de Wlassimie pro simili vadio XXV mar. arg.

Camerarius primus Blasias, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu. Camerarius II Crux, terminus sequenti die post Purificacionem. Actor commisit causam suam Przyeslao de Sdyeticz.

Anno domini M°CCC°XVIII°.

Item idem Vilhelmus conqueritur super Domaslaum de Jurzeticz pro debito XXX mar. arg., quod sibi tenetur pro promptis denariis concessis. Camerarius Beness, terminus sequenti die post Andree. Camerarius II Blasey, terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu.

194. Vlricus de Praga conqueritur super Luthobor[1] de Hradenina siue de Planani, quod fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio in equis, et armis bellicis pro XXX mar. arg. Actor Wanek de Cholczie, Jan ibidem, siue solus; camerarius Mikess; terminus sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus iurare feria secunda post Epiphaniam. Lutobor non astitit in capella contra actorem, Vlrico datum est pro iure, dedit memoriales.

Item idem conqueritur super Jarek de Podwek pro simili. Actor idem, camerarius idem, terminus idem.

[1]) infirmus.

195. Wiczen de Zwoleniwssi conqueritur super Przibislaum[1] de Dolan, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis, quia recepit equos suos et uestes et promptos denarios aput patrem suum quondam Sbraslaum de Olouicze pro XXX marc. arg. Actor solus, camerarius Witek, terminus feria IIII quatuor temporum in Adventu. Terminus iurare feria II post Epiphaniam. Terminus datus cum concordia uel ad idem ius sequenti die post Purificacionem.

[1]) negauit.

196. Wikardus de Polne conqueritur super (Pilungum[1] de Zunberk, Bohunek[2] de Popowa dolu,) Wenceslaus[3] de Zagiezdecz cum filiis, Malecz[4] cum filiis de Bliznowicz, Czechen[5] de Martinicz, Zauisca[6] ibidem, Radslau[7] de Czancowicz, Przesek[8] ibidem, (Radslau[9] de Lukauicze,)

Henricus [10] de Troyowicz, Zwiezst [11] de Honbicz, (Bauarus [12] ibidem,) Budislaus [13] de Troyowicz, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Nyezkow, in Syrakowie, in Pozdyessine, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet quingente mar. arg. Actor Wsseslaus de Olesnicze, siue Wnyeslaus de Wyskrzie, siue solus; terminus iurare V feria quatuor temporum in Aduentu; camerarius Smil; terminus sabbato quatuor temporum in Aduentu. Actor [14] commisit causam Proczkoni de Bratrczicz feria secunda post Epiphaniam. Henricus et Zwiezst non astiterunt, terminus monere sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus Bauaro, Radslao ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Citati non astiterunt in capella contra actorem, terminus monere sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus iurare Pilungo sequenti die post Purificacionem. Terminus datus cum Pilungo ad judicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad idem ius sabbato quatuor temporum Penthecostes. 'Terminus datus ad idem jus feria IIII post octauam Johannis Baptiste.

[1]) Infirmus; secundo infirmus; negauit; obtinuit. [2]) negauit; obtinuit. Ad 1) et 2) in margine: Dederunt memoriales; cancellati. [3]) negauit. [4]) infirmus; negauit. [5]) infirmus; negauit. [6]) negauit; infirmus. [7]) negauit; infirmus. [8]) non citauit. [9]) negauit. In margine: obtinuit. [10]) non astitit. [11]) non astitit. [12]) negauit. In margine: obtinuit. [13]) non astitit. [14]) In margine: Actor commisit causam Henrico de Polne. In margine inferiori: Terminus datus Wikardo cum citatis per barones feria secunda ante Palmas.

197. (Wyeczemila de Olticz conqueritur super Bohuslauam [1] de Kluczowa, Cstibor [2] ibidem pro debito, quemlibet L mar. arg., quod mater mea Sobyslaua quondam de Kluczowa dedit sibi in hereditatibus in Kluczow in curia arature et V curiis rusticorum. Camerarius Medwied, terminus feria VI quatuor temporum in Adventu. Actrix commisit causam Diuissio marito suo de Olticz, siue Leoni de Tozicze. Camerarius II Hauel, terminus feria secunda post Epiphaniam. Camerarius III Medwied, terminus feria VI quatuor temporum Quadragesime. Non astitit; terminus monere feria IIII post Conductum Pasche. Terminus monere feria sexta quatuor temporum Penthecostes. Wyeczemile datum et pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius datus Medwied, vt inveniat graciam actoris et beneficii. Anno domini M°CCC°XIX° dominus Johannes rex Bohemie fauit Wyeczemile de jure obtento et mandauit tabulis terre annotari; nuncius Vlricus Pluh dictus, subcamerarius, ad tabulas fuit. Eodem anno rex mandauit per dominum Albertum de Rzyczano summum camerarium Bohemie hanc causam obtentam deleri.)

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

198. (Wilhelmus de Strakonicz conqueritur super Vlricum de Boru siue de Zynkow pro debito fideiussorio quingentarum marcarum arg., quia excepi ipsum de captiuitate a Sezema et Protywa de Fridburk et solui pro ipso promptos denarios. Camerarius Blasias, terminus sequenti die post Egidii. Wilhelmus stans in primo termino recepit pro fratre suo pro trina citacione; terminus datus sequenti die post Jeronimi. Actor commisit causam Czadkoni de Sudomyrzie, siue Alberoni de Dobyewie. Vlricus et Wilhelmus commiserunt causas suas Johanni de Nebniczicz, siue Milote de Lub; terminus datus ad iudicium sabbato quatuor temporum in Adventu. Terminus datus ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime anno domini M°CCC°XIX°. Terminus datus ad judicium sabbato quatuor temporum Penthecostes. Testes ducit Wilhelmus contra Vlricum: Lupolt de Dluhewssy, Zacharz de Humpolczie, Jan [1] de Bukownika, Buden ibidem, Habrek [2] de Dubrawiczie, Hroznata [3] de Rownych, Cstibor de Milonowicz. Testes Vlrici: Stanek de Drazkowicz, Budywoy de Rakowe, Vlricus de Syethczie, Welislaw de Czunow, Bohuslau [4] de

Domasicz, Przibik[5] de Hory, Pomyen[6] de Hlyny. Terminus feria IIII post octauam beati Johannis Baptiste. Causa, que vertitur inter dominum Wilhelmum de Straconicz et Wlricum de Szinkow est compromissa duobus arbitris, quos sibi eligent; si illi non possunt eos concordare, tunc compromissum est domino Vlrico de Rziczano; qui debent ratum tenere sub amissione cause. Terminus pronunciandi arbitrium sequenti die post Jeronimi. Superarbiter dedit terminum III feria ante Palmas. [In margine:] Testes Vlrici de Szincow quos debet statuere in capella — solus debet iurare et duo cum ipso, quos Wilhelmus eliget —: Hrdyebor[7] de Rakowe, Gienik[8] de Meczkowa, Petr de Zutyna, Prziedik de Sietczie, Wlricus ibidem, Jan de Wgezda, Welislau de Czunow, Wlricus de Szincow. Terminus V feria post Conductum Pasce. Vlricus recommisit se in hac causa Wilhelmo de Straconicz: qui debet ratum tenere, quidquid idem Wilhelmus mandabit, sub amissione cause et quingentarum marcarum argenti vadii. Vlricus ratum tenere noluit, quod Wylhelmus mandauit; Wylhelmo datum est pro iure, dedit memoriales, anno domini MCCCXX sabbato quatuor temporum Penthecostes. Camerarius datus . . . . ., vt inveniat graciam actoris et beneficii. Anno domini MCCCXX secunda feria post festum apostolorum Petri et Pauli Marquardus vicenotarius cum camerario Sudek induxerunt Wilhelmum super hereditates Vlrici, primo super willam Hostyczie, Brziezany mediam villam, super Zynkow castrum, Zinkow ciuitatem cum hereditatibus et omni libertate ad ipsum castrum, ciuitatem et villas pertinente in quingentis marcis argenti in iure obtento. Coram Alberto de Lubyessicz summo camerario, Vlrico de Rziczano sudario, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis.)[9]

Pro causis omnibus, que inter Wilhelmum de Straconicz et Vlricum de Potenstayn wertebantur et inter omnes fideiussores ipsorum ac homines eorum compromissum est in superarbitros dominum Brzeczislaum de Ryzenberk et Sezeman de Fridenburk; qui debent ratum tenere, quidquid ipsi mandabunt sub ammissione qwingentarum marcarum arg.; si autem dicti arbitri concordare non possent, tunc vnum superarbitrum eligent, qui eis widebitur expedire, sorte uel quocumque modo. Qui superarbiter per priores arbitros electus, quicumque ille fuerit, debet potenter arbitrare inter ipsos. Quicumque autem arbitrium eius ratum non teneret, amitteret quingentas marcas argenti, et beneficiarii Pragenses inducent alterum super hereditatem infringentis sine omni citacione in quingentis mar. arg. Terminus pronunciandi arbitrium IIII feria post Jeronymy. Actum anno domini M⁰CCC⁰XXI⁰ sabbato quatuor temporum Penthecostes.

Item idem conqueritur super Wilhelmum de Boru siue de Synko[w] pro repulsa.

[1]—[8]) electus. [9]) Nota: Sequitur alia compromissio ad tale signum: (delineatio manus), werte quatuor folia tantum. In margine: Concordauerunt; invenerunt graciam beneficii anno domini MCCCXXII sabbato quatuor temporum in Aduentu.

199. Vlricus de Tynchye conqueritur super Troyan de Hrussicz, Maczek de Myrwycz, quod fecerunt [sibi] dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua Hraschan. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: super Troyan LX mar. arg. super Macek XX mar. actor . . . . ., siue solus, camerarius Suatoslaus; terminus sabbato quatuor temporum in Adventu.

200. Wznata de Zap conqueritur super (Maczek de Zahorzie, Sulek ibidem) pro debito fideiussorio, quemlibet XL mar. argenti talis, quia fideiusserunt ad Johannem de Ostrowa pro equis; emptum non persoluerunt. Camerarius Radslau. terminus in octaua Galli. Camerarius II Witek, terminus feria II post Martini. Camerarius III Radslaus, terminus feria VI quatuor temporum in Adventu. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

201. Wlk de Polek conqueritur super Sulislaum de Chuderzina, quia quando invenit ipsum in via pacis, sine iure mutilauit ipsum in sinistra manu. Camerarius Pessek, terminus sequenti die

post Purificacionem. Camerarius Pragensis positus infirmus, terminus iurare feria V quatuor temporum Quadragesime, sed camerarius Zacensis pronunciauit citacionem.

Item idem conqueritur super Nicolaum de Holedczie, Wlastibor ibidem, Wyecz de Zabkluk, Cstibor de Milczewssi, Thoma ibidem, Ywanis de Wazcowicz, Cunrat de Chrasczan, Raczek ibidem, Strziezimir de Lubyedicz pro debito vadii fideiussorio, quemlibet X mar. arg. minus lotone, quia fideiusserunt ad ipsum pro Sulislao de Chuderzina, quia idem Sulislaus debuit sibi dare sub dicto vadio V mar. arg. in Polekczich hoc anno feria secunda in die beati Philippi et Jacobi pro mutilacione, hoc non impleuerunt, ideo amiserunt vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem.

Causa, que vertitur inter Wlk de Polak, Bawor ibidem, et Sulislaum de Chuderzina, pro omnibus causis citatis est conpromissa Woyslay arbitrio de Kolessowicz. Qui debent ratum tenere, quicquid ipse mandabit sub amissione LXXX mar. arg., et quicumque mandatum arbitri ratum non tenebit, perdet LXXX mar. arg. obtenti juris. Terminus pronunciandi arbitrium in octaua Johannis Baptiste. Ita eciam quod Pragenses beneficiarii inducent super hereditatem non tenentis in LXXX mar. argenti, vbicumque habebit, eodem modo Allexio de Chuderzina incluso.

202. Wyecek de Vykowycz conqueritur super Wsseslaum de Pyeczicz, quod emit hereditatem meam przinussnu in Stimiricih aput nepotes meos Gallum de Vykowycz, Sebyk ibidem, curiam arature et III curias rusticorum cum agris et qualibet libertate ad ipsam pertinente pro VI mar. arg., ad quam hereditatem melius ius habeo, quam ipse, post nepotes meos Gallum et Sebik de Vygowicz, et argentum non wlt suum recipere et de hereditate mea cedere. Camerarius Milek, terminus sequenti die post Katherine. Camerarius II Witek, terminus sequenti die post Purificacionem. Camerarius III Milek, terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad iudicium sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus feria IIII post Conductum Pasche. Citatus non astitit, terminus monere sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus ad idem ius feria IIII post octauam Johannis Baptiste. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini millesimo CCCXIX° coram Alberto de Lubyessicz camerario, Vlrico de Rziczano judice, Johanne notario, ceterisque Pragensibus beneficiariis. Camerarius Milek datus, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Wsseslaum de Pyecycz pro repulsa.

Item omnes beneficiarii super eundem Wsseslaum pro repulsa. Camerarius Milek, terminus sequenti die post Purificacionem.

203. Wykardus de Polna conqueritur super (Ludwik [1] de Morauan,) Cstibor de Wylcznowa, Nyquart de Zestok, Przibek de Zagyeczicz, Cstibor de Prziestawlk, Cunrat de Nassawyrk, Wilem [2] de Sebestinicz, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Byrzkowie, in Hyrbowie, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet quingente mar. arg. Actor Wsseslaw de Olesnicze, siue Wneslaus de Wyskrzie, siue solus. Camerarius Jan, terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Terminus datus ad judicium feria IIII post Conductum Pasche. Terminus datus sabbato quatuor temporum Penthecostes. Terminus datus Wylem de Sebestenicz in die beati Jacobi de mandato regis ..... Terminus datus omnibus contra dominum Wicardum sequenti die post Martini preter illos, super quos obtinuit. Terminus infirmo jurare feria V quatuor temporum in Aduentu. Citati preter Wilhelmum non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales. Anno domini M°CCC°XIX°. Camerarius datus Jan, vt inveniant graciam actoris et beneficii.

Item idem conqueritur super Hennyk de Waldensteyna, Albertus ibidem, Jan ibidem, Hynek ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Przissowicz siue in Wsen,

hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet CC mar. arg. Actores iidem; camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Rubyn de Brzezowicze, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Wssen, in Olesnicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro quingentis mar. arg. Actores iidem, camerarius idem, terminus idem.

Item idem conqueritur super Artlebum, abbatem de Podlazicz, totumque conuentum ibidem, quia quando Pilungus de Zunberk et Bohunek de Popowa dolu fecerunt dampnum per rapinam in Nyezkow, Syrakow, hereditate sua, hoc ipse suscepit et vsus est equis, pecoribus pro quingentis marcis argenti. Camerarius idem, terminus idem.

[1]) non citauit. [2]) infirmus.

204. Wok*) de Rotsteyna conqueritur super (Henricum de Luchtenburk, Petrum de Suchdola,) Hinek de Welwsie, (Jan de Cameniczie,) Poto [1] de Hradisczka, Naczerat [2] de Koneczchlumye, Pacoslaw [3] ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Lhotie, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro quingentis mar. arg. Actor Hosczek de Wrata, siue Mathieg de Vdrinicz, siue solus. Camerarius Wanek, terminus IIII feria quatuor temporum Quadragesime. Camerarius super omnes Ostas, terminus IIII feria quatuor temporum Penthecostes. Camerarius Luczek super omnes, terminus IIII feria quatuor temporum Penthecostes. Anno domini millesimo CCC°XXV° Dobrohost viceiudex cum camerario Bohusud induxerunt Wokonem super hereditatem Potonis super Hradyszco, Olesnyczu et super Hostyni, quidquid ibi habet, cum hereditate et qualibet libertate in causa obtenta, et beneficium similiter secunda feria post Exaltacionem sancte Crucis.

Item idem conqueritur super Lewam [4] de Koneczchlumye, Hermannum [5] ibidem, quia [quando] Naczerat et Pacoslav de Koneczchlumye fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Lhotie, hereditate sua — perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus —, hoc ipsi susceperunt et vsi sunt, quilibet pro quingentis marcis argenti. Terminus sabbato quatuor temporum Penthecostes. Actori datum est pro iure, dedit memoriales super illos, qui non astiterunt. Camerarius datus Jan, vt inveniant graciam actoris et beneficii.

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit. [4]) non astitit. [5]) non astitit.

Item idem conqueritur super Sdeslaum de Wa[l]dsteyna, Hinek, Henyk ibidem, quia consuluerunt [1] cremare castrum suum Ro[t]steyn. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro mille mar. arg.

[1]) radili.

Item idem conqueritur super Albertum de Waldsteyna, quia mandauit possi suo facere sibi dampnum furtiue in hereditate Hinconis in Noweywsi. Perdicio diuersa annona pro quingentis mar. arg.

Item idem Wok conqueritur super (Bohuslaum) [1] de Labunye et de Chwalyny, (Ottonem, Jan ibidem,) Sulconem de Drahoraz, quia consuluerunt Jaroslao filio eius de Luha, qui mandauit eum captiuare in via pacis sine iure. Pertulit dampnum a quolibet promptis denariis pro quingentis marcis argenti. Camerarius Jacub, terminus in octaua beati Martini.

[1]) infirmus; citacio amissa.

Item idem conqueritur super Wok de Zaluzan, Jaros [1] de Brziestie, Nicolaum de Kowanye, Sdeslaum de Dubrawan, quia fideiusserunt ad eum pro Hermanno de Zwierzieticz, qui non debuit

*) Desunt iterum duo folia in manuscripto.

eum inpedire in Sowynyez, hereditate sua obligata, et quia sustulit census suos sine iure argenti et denariorum in eadem hereditate, pertulit dampnum a quolibet pro C mar. arg.

In margine: Aliter citat omnes. [1]) citatio amissa.

Item idem conqueritur super Sdeslaum[1] de Rotsteyn, Wok[2] ibidem, quia cremauerunt sibi furtiue castrum suum Rotsteyn. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro mille mar. arg. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Jan, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

Item idem conqueritur super Hermannum[1] de Zwierzieticz, quia obligauit sibi hereditatem suam in Sowynycz et in Odycz, et sustulit sine iure census suos argenti et denariorum. Perdicio pro quingentis mar. arg. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Ostas, ut inveniat graciam actoris et beneficii.

[1]) non astitit.

Item idem[1] conqueritur super (Jaroslaum de Luha), quia mandauit possi suo captiuare eum in via pacis sine iure. Perdicio promptis denariis pro mille mar. arg. Citato datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) actor proprziel causam.

Item idem conqueritur super Przibek[1] de Mostca, Hrabisium de Ctowy, Gestbor[2] de Vgiezda, Rzywyn[3] ibidem, Bohuslaw[4] de Costelczie, quia fecerunt sibi dampnum cum suo [posse] per rapinam in Vdrinicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro quingentis mar. arg. Actori datum est pro iure, dedit memoriales. Camerarius datus Jan, ut inveniat graciam actoris et beneficii.

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit. [4]) non astitit.

Item idem conqueritur super (Sobyehird de Lomnycz,) Hawel[1] de Zitoweho, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Bistrem, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro C mar. arg.

[1]) non astitit.

Item idem conqueritur super Andream de Mostca, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Ketnye et in Vdrinicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg.

Item idem conqueritur super Gindrzich de Wesczie, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Klococzv, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg.

Item idem conqueritur super Ratibor[1] de Zelezniczie, Sdislaum de Zwierzieticz, quia mandauerunt possi suo facere sibi dampnum per rapinam in Ketny, in Vdrinycz, in Bartussowie, in Loktussy et in Klokoczv, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro quingentis marcis argenti. Terminus V feria post Conductum Pasce. Terminus monere IIII feria quatuor temporum Penthecostes. Camerarius datus Ostas, vt inveniat graciam actoris et beneficii.

[1]) infirmus; non astitit.

Anno domini MCCCXXII. *)

Idem Wok conqueritur super Purkart[1] de Turnowa, Pessek ibidem, Jaroslaum[2] de Rohozcze, Cstibor ibidem, Hannus de Czynoua, Waczlaw de Turnoua, Sdislaw ibidem, Benes, Marzek, Bohuslav, Kub ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Klococzv, in Wratiech et in Luczkach, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus: quemlibet pro quingentis mar. arg. Terminus ad idem ius sequenti die post Jeronymy cum Jarozlao. Terminus V feria quatuor temporum Quadragesime. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) omnes citati non astiterunt. [2]) infirmus; secundo infirmus.

Item idem conqueritur super Hawel[1] de Lemberk, Hawel de Bradelczie, quia sustulerunt census suos sine iure argenti et denariorum in Bistrem et in Podmocliczich et in Climcowiczich, hereditate sua. Perdicio: quemlibet pro quingentis mar. arg. Actor et camerarius omnibus idem, terminus idem. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

Richczie de Rotsteyna conqueritur super Jaroslaum de Luha, Bohuslaum[1] de Labunye, Ottonem, Jan[2] ibidem, quia intromiserunt se sine iure et tenent hereditates Vdrinyczie mediam villam, Keten duas partes ville et molendinum, Bartusow villam, Lhota villam cum municione, cum hereditatibus et qualibet libertate ad ipsa pertinente, super quibus hereditatibus habet octingentas marcas argenti dotis sue, quod argentum dotauit sibi Wok de Rotsteyna vir eius, quando sibi fuit tradita et ipse eam sibi duxit vxorem. Camerarius Wanek, terminus quarta feria quatuor temporum Quadragesime anno domini MCCCXXII. Citacio amissa, actrix commisit causam suam Wokoni de Rotsteyna et Budywoyo de Peczky. Camerarius Jacub in octaua beati Martini .... Aliter citat. Camerarius Jan, terminus VI feria quatuor temporum Quadragesime. Camerarius II — verte folium. — Camerarius III Przibislaw. Terminus VI feria quatuor temporum Penthecostes in omnibus causis Wokonis. Actori datum est pro iure, dedit memoriales; et cum aliis terminus ad idem ius sequenti die post Jeronimi.

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

Idem Wok conqueritur super Marquardum[1] de Zwierzieticz pro wadio CCC mar. arg., quia roborauit se sibi amicabili ordinacione, sub hoc wadio debuit eum excipere[2] de tabulis terre in Newburga — ante festum beati Wenceslay transierunt VI anni hoc anno —, et quia non fecit, amisit vadium nominatum. Camerarius idem, terminus idem. Camerarius Jacub, terminus in octaua beati Martini. Citatus commisit causam Milote de Rokitowczie. Camerarius II Swach, terminus sabbato post Conductum Pasce. Camerarius III Pribislaw. Terminus sexta feria quatuor temporum Penthecostes. Actor propurziel causam, citato datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) citacio amissa. [2]) wiprawiti.

Item idem conqueritur super Boleslaum[1] de Rozczalowicz pro wadio CCC mar. arg., quia roborauit se sibi amicabili ordinacione, sub hoc vadio debuit sibi duos velcres, duos accipitres et duos ogarzie — hoc anno ante festum Wenceslay transierunt X anni — ...... et quia non fecit, amisit vadium nominatum. Boleslaus obtinuit, dedit memoriales anno domini M°CCC°XXII.

*) Deest unum folium in manuscripto.

Item aliter citat. Camerarius Jacub, terminus in octaua beati Martini...... Manyeta et Boczek de Rozczalowicz defenderunt, quia Bolezlaus in Rozczalowicz nichil habet.

In margine: super Boleslau de Budynicz. Camerarius III Swach, terminus sequenti die post Jeronimi. [1]) citacio amissa.

Jessek de Dolan conqueritur super Jessek de Dolan, Jessek, Pessek ibidem et de Dolanek, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in Dolan, hereditate sua. Perdicio piris, nucibus.

Item idem [Wok] conqueritur super Kabalczie [1] de Sobotka, quia quando Sdenek et Marquart de Rotensteyn fecerunt sibi dampnum [cum] suo posse per rapinam in Vdrinicz, hereditate sua...... Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg.

[1]) non astitit.

Item idem conqueritur super Waczlaw [1] de Plaz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, vestibus pro CC mar. arg.

[1]) non astitit.

Item idem conqueritur [super] Smil [1] de Czirwynywsi, Zacharz [2] de Mlynczie, Sulek [3] de Hlussecz, (Petr [?] de Kopidlna,) Sezema de Byechar, Adlolt de Bydzowa, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Vdrinicz, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg.

[1]) non astitit. [2]) non astitit. [3]) non astitit.

Item idem conqueritur super Benak,[1] Jacub, Jan, Radomil, Mathieg, Hawel, Ssebek, Martin, Budek de Dolan, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse furtiue in Vdrinicz, hereditate sua. Perdicio silue succisione pro CC marcis arg. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) omnes citati non astiterunt.

Item idem conqueritur super Hinek [1] de Lubstata, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Ketnye et in Vdrinicz, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg. Camerarius super omnes Jan, terminus VI feria quatuor temporum Quadragesime.

[1]) non astitit.

Item idem conqueritur super Gienys de Dalemylicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Klokoczw, hereditate sua. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Item omnes citat ad eundem terminum.

Nota. Cum omnibus, contra quos obtinuit Wok de Rotensteyn, camerarius datus Swach, ut inueniant graciam actoris et beneficii.

Wok *) de Rotensteyn conqueritur super Lucek de Czeczelicz, Lowatam ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per excussionem in Rotensteyn, hereditate sua. Perdicio argento et diuersis clenodiis: quemlibet pro CC mar. arg. Camerarius Jan, terminus sexta feria quatuor temporum Quadragesime.

*) In superiori parte marginis: actor Hossczek de Wrata, siue Mathieg de Vdrinicz, siue solus.

Item idem conqueritur super Lowatam de Czeczelicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Lhotie, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg.

Item idem conqueritur super Olen de Cocznyoyowicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in Clococzw et in Luczkach, hereditate sua. Perdicio tritico, siligine et diuersa annona pro C mar. arg.

Item idem conqueritur super Petr de Medwiezieho, quia fecit sibi dampnum cum suo posse furtiue in Bielem, hereditate sua. Perdicio tritico, siligine et diuersa annona pro C mar. argenti.

Item idem conqueritur super Hynek de Czidlini, quia quando Hawel de Czidlini quondam fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Vdrinicz et Ketnye, hereditate sua — perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus —, hoc ipse suscepit et vtitur pro CC mar. arg.

Item idem conqueritur super Nycolaum de Vtiechowicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis et vestibus pro CC mar. arg.

Item idem conqueritur super Bohuslaum de Czebricowa, quia quando Wok de Rotensteyn fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Klokoczw, in Wratie et in Luczkach — perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus, — hoc ipse suscepit et vtitur pro CC mar. arg. Camerarius Swach, terminus sabbato post Conductum Pasce.

Item idem conqueritur super Zbud de Radczie, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Wratie, in Luczkach, in Klokoczw, hereditate sua. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg. Actores supra.

Item idem conqueritur super Blahut de Kbelnyczie pro simili. Terminus idem.

Item idem conqueritur super Albrecht de Miecholup, quia quando Gyndrzicz de Lichtenburch fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in Lhota et Vdrunicz, hereditate sua, equis et pecoribus, hoc ipse suscepit et vtitur pro CC mar. arg. Camerarius Radslaw, terminus sequenti die post Margarete.

Anno domini M°CCC°XXIII°.

Wok de Rotensteyn conqueritur super Hawel [1] Riba de Rohoscze, Jaroslaw ibidem, Sdenek, Hynek, Henyk, Albrecht, Jan de Waldsteyn, Sczepan de Borku, Oldrzich ibidem, Petr de Dalimilicz, Beness de Turnowa, Gosswyn ibidem, Henik, Kuba, Thomass, Bohuslaw, Petr, Bolemest, Pruczek, Janek, Marzek, Sypota, Puten, Ondrzey, Purkart, Sczepan ibidem, Hawel Huba de Sytoweho, Hawel Beran de Lemberk, Beneda [de] Rokitnycze, quia quando nuncium misit cum beneficiariis Neumburgensibus, iuit poprawiti in obtento iure in hereditate Turnowske, ibi eum sunt otbili. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus pro duobus milibus mar. arg. Actor Hosczek de Wrata, siue Wanek de Vdrynycz, siue solus. Camerarius Swach; terminus vltima feria VI ante Marie Nativitatem. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) citati omnes non astiterunt.

Idem conqueritur super Sulek de Wylcziehopole, Sbislaw de Mokrzicz, Cstybor de Bussowcze, quia quando Jaroslaw de Luha fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua Vdrynicziech et Lhota, — perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus et annona — hoc ipsi susceperunt ab eo et vtuntur. Quemlibet pro CC mar. arg. Camerarius, terminus idem. Citati non astiterunt, actori datum est pro iure, dedit memoriales.

Idem conqueritur super Albyn de Milkowicz, quia otprzisahl sibi sine iure X mar. arg. minus lotone. Camerarius, terminus idem; terminus monere sequenti die post Jeronimi. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

Idem conqueritur super (Beneda de Meczierzie), quia inuenit iniquum ius, ideo amisit X mar. arg. minus lotone. Camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super Beness[1] de Kyrchleb, quia [quando] arbitrium ad eum przipusczenq de vadio sexcentarum marcarum arg. et sue fidei commissum, debuit arbitrari argentum, et ipse arbitratus est sibi duos chyrti, et duos oharz et duos gastrzab. Perdicio pro sexingentis mar. arg. Camerarius, terminus idem.

[1]) non citauit.

Item Wok conqueritur super Przisnobor[1] de Lobecz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Klokoczu et in Dubeczku. Perdicio equis, pecoribus pro CC marg. arg. Actor Hosczek de Wrata, siue Wanek de Vdrinicz, siue solus. Camerarius Radslaw, terminus in octaua sancti Martini.

[1]) citati omnes non astiterunt, preter . . ., vt infra.

Idem conqueritur super Budislaw de Hradisczka, quia obligauit sibi equum, qui valuit X mar. arg. minus lotone, et illum sibi zatratyl. Camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super Bohuslaw de Dassicz, quia commutauit sibi equum, qui valuit X mar. arg. minus lotone, et ipse promisit, quod esset bonus et ipse fuit pressazeny [et] expirauit. Camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super Sbuda[1] de Radcz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua in Vdrinicz et in Ketny. Perdicio equis, pecoribus pro CC mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem.

[1]) absoluit.

Idem conqueritur super Albrecht de Mecholup et de Kralup, quia quando Gindrzich de Luchtenburk fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Vdrunicz et in Lhota — perdicio equis, pecoribus — hoc ipse suscepit ab eo et vtitur pro CC mar. arg. Camerarius, terminus idem. Albrecht dictus fuit residere cum vxore sua in Broda.

Idem conqueritur super Beness de Wessele, quia roborauerat se sibi contra Potam de Hradisczka, non habuit eum ostaty et ostal eum, et ideo accepit dampnum, quia captiuauit eum Pota in propugnaculo suo in Lhota. Perdicio in Vdrinicz et in Lhota cum twyrzu, Bartussow, Keten et in hereditate et in diuerso statku pro duobus milibus mar. arg. Camerarius, terminus idem.

Idem Wok de Rotensteyn conqueritur super Otu de Labune et de Chwalini, quia consuluit filio suo Jaroslao de Luha, quod eum caperet in propugnaculo suo in Lhota, quando ipse Wok Jaroslaum de Luha, Bohuslaw de Labune, Otu, Jan de Labune citauit pro hereditate ad VI feriam quatuor temporum Quadragesime, et ipse captiuauit eum III feria et tenuit eum vsque ad diem dominicum in septimana quatuor temporum predictorum, quod amisit ius suum. Perdicio in Vdrinicz, Lhota cum twyrzu, Bartussow, Keten et hereditate et diuerso statku pro mille mar. arg. Camerarius, terminus idem. Famulus Ottonis dixit, Ottonem habere a rege, quod non debet citari vsque ad aduentum regis.

Idem conqueritur super Budislaw[1] de Kossicz, quia dedit sibi de panno pro XIIII mar. arg., quia habuit eum wzwesty super Beness de Wartenberk, super Hawel Ribu de Lemberka et non induxit. Perdicio super Beness pro mille mar. arg. et super Budislaw pro quingentis mar. arg. Camerarius, terminus idem. Citati omnes non astiterunt preter Sbud. (Albreht de Mecholup dictus fuit non residere ibi in Mecholup cum vxore sua, sed in Broda); terminus monere VI feria quatuor temporum in Aduentu.

[1]) non citauit.

Wok de Rotensteyna conqueritur super Beness[1] de Wessele, quia mandauit sibi desolatas ponere hereditates suas Klokocz villam, Luczki villam, Wrat villam, Mnychowa hora villam, Loktusse villam, Bucowina, Ryli cum suo posse. Perdicio in censibus pro mille mar. arg. Camerarius Milek, terminus secunda feria post quatuor tempora in Aduentu. Terminus monere VI feria quatuor temporum in Quadragesima.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super (Jaroslaum[1] de Luha,) quia mandauit posse suo captiuare eum in Lhota, sua municione, ibi eum tenuit, ibi recepit dampni in hereditatibus suis in Vdriny, Ketny, Lhota et Bartussowie, quia citaciones omnes amisit pro predictis hereditatibus. Perdicio in illis hereditatibus pro duobus millibus mar. arg. Camerarius, terminus idem. Terminus monere VI feria quatuor temporum Quadragesime.

[1]) non astitit.

Wok de Rotensteyna conqueritur super (Bohuslaum[1] de Podolu,) quia naprawil Hynkonem de Dube, quia accepit sibi sine iure CCCC mar. arg. dotales. Camerarius Ostas, terminus VI feria quatuor temporum Penthecostes.

[1]) non astitit. In margine: Anno domini MCCCXXIIII°.

Idem conqueritur super Gindrzich[1] de Luchtenburk, quia mandauit facere sibi dampnum per rapinam in hereditate sua in Vdrinicz, in Ketny, et in Lhota et in Bartussowie — perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus — hoc suscepit et vtitur pro mille et quingentis mar. arg. Camerarius, terminus idem. Terminus, quia in seruicio regis, sequenti die post Margaretam. Terminus monere sabbato quatuor temporum in Aduentu. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super (Jan[1] de Wilkowa?) pro vsu, quod Gindrzich de Luchtenburk fecit pro CC mar. arg. Camerarius, terminus idem.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super Protywam[1] de Lubisse, (Odolen[2] de Poyed,) quia poyeli [et] cum suo nuncio propustyli sine sua licencia peccora, propter hoc perdicionem habet pro C mar. arg. Camerarius, terminus idem; actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non citauit. [2]) non astitit; dominus Hince mandauit delere.

Idem conqueritur super Wilczek[1] de Vgezdcze, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Lhota. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor Hosczek de Wrat, siue Wanek de Vdrinicz, siue solus. Camerarius, terminus idem. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super (Wok de Dietinicz,) quia fecit sibi dampnum cum suo posse per spolium in via pacis. Perdicio equis, peccoribus pro CC mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super (Beneda[1] de Mecziersie,) quia sine iure otsudil eum X mar. arg. minus lotone. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

In margine: Dominus Henricus mandauit delere. [1]) non astitit.

Idem conqueritur super Beness de Kyrchleb, quia dimisit ad eum, quod debuit arbitrari in diuersis, et ipse arbitratus est sibi chirty, oharzi, gyastrzabi. Perdicio pro mille mar. arg. Camerarius, terminus idem.

Anno domini MCCCXXIIII.

Idem Wok de Rotensteina conqueritur super Budislaum[1] de Kossicz, quia habuit eum inducere super Hawel Ribu de Bradlcze in quingentis mar. arg. et super Beness de Wessele in mille mar. arg., accepit pecuniam, non induxit, et anni transiuerunt; illo habet dampnum. Camerarius, terminus idem. Terminus ad iudicium sequenti die post Margarete. Terminus monere sabbato quatuor temporum in Aduentu. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super Miculauss[1] de Bolicz, quia fecit sibi dampnum per ignem in hereditate sua in Drzewolis. Perdicio domibus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super Albin[1] de Milkowicz, quia fecit sibi dampnum cum suo posse per excussionem in hereditate sua in Ketny. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem. Actori datum est pro iure, dedit memoriales.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super Pertolt[1] de Przieperz pro excussione in hereditate sua in Rotensteinie. Perdicio aureis anulis et promptis denariis pro C mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem. Similiter obtinuit.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super beneficiarios Bidzowienses, quia eum iniuste citant, quia vxor sua ibi non sedet.

Idem conqueritur super Gindrzich de Menina, Martin ibidem, quia fecerunt sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Vdrinicz, Ketny, Bartussow, Lhota. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: pro CC mar. arg. quemlibet. Actor, camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super Hanuss[1] de Chicz, Zibrzid[2] ibidem pro rapina in hereditate sua in Vdrinicz et in Ketny, in Lhota. Perdicio equis, peccoribus, diuersis domesticis rebus: pro trecentis mar. argenti quemlibet. Actor, camerarius, terminus idem. Similiter obtinuit.

[1]) non astitit. [2]) non astitit.

Idem conqueritur super (Sobiehird[1] de Lompnicze) pro CCCL mar. arg. dampni, quia quando sibi obligauit villam Bistri, quidquid ibi dampni sibi faceret, quod perderet ad eum mille marcas argenti — et hoc habet in tabulis —, ibi fecit dampnum, quia succidit sibi siluam et nachudine. Camerarius, terminus idem. Similiter obtinuit.

[1]) non astitit.

Bartoss iuuenis de Waleczowa et de Strak debet stare ad oprawam cum notario Zibrzid perscriptorum et cum socero poprawczu, quo iure fecit Wokoni id, quod fecit sibi. Terminus sequenti die post Jeronimi. Bartoss iuuenis cum Wokone commiserunt se arbitrio Bartussii senioris

sub amissione cause. Terminus pronunciandi vsque ad festum Martini. Terminus ad idem sabbato quatuor temporum in Aduentu.

Vok de Rotensteina conqueritur super (Marquart de Gyeque, Miroslaum ibidem), quia mandauerunt posse suo facere sibi dampnum in hereditate sua in Ketny. Perdicio tritico, siligine — hoc susceperunt et vtuntur, pro C mar. arg. quemlibet. Camerarius Swach, terminus in octaua sancti Martini.

Idem conqueritur super (Miroslaum de Gyeque), quia mandauit subtrahere sibi gyastrzab in suo hospicio in Neumburga, et ille valuit X mar. arg. Camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super Beness de Kirchleb pro vadio C mar. arg., quia roborauit se sibi amicabili ordinacione sub hoc vadio [et] habuit sibi dare VIII grossos arg. in Rohosczie vltima V feria ante Jacobi hoc anno, et quia non dedit, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius, terminus idem. Causa, que vertitur inter Vok ex vna parte et inter Marquart de Gieque, Miroslaum ibidem, Beness de Kirchleb ex parte altera, commissa est arbitrio domini Woislai, decani Pragensis, sub amissione L mar. arg. et fidei. Terminus pronunciandi sabbato quatuor temporum in Aduentu.

Anno domini M°CCC°XXV°.

Wok de Rotensteina conqueritur super (Marquart de Gieque et de Bradlcze, Miroslaum ibidem), pro vadio L mar. arg. quemlibet, quia roborauerunt se sibi amicabili ordinacione, [et] sub hoc vadio habuerunt secum terminum in castro in Praga sabbato quatuor temporum in Aduentu hoc anno, et quia non fuit in illo termino, ideo amisit vadium nominatum. Camerarius Pessek, terminus sexta feria quatuor temporum Penthecostes.

Idem conqueritur super Zdeslaum de Juchosirb et de Zabirdowicz pro debito fideiussorio pro CXX korczow siligine et tritico, quia fideiussit ad eum pro Jaroslao de Luha, qui sibi tenetur pro prompta concessa siligine et tritico. Camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super iuuenem (Marquart de Gieque et de Bradlcze,) quia fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Ketny. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro C mar. arg. Actor Hosczek de Wrata, siue Wanek de Vdrinicz, siue solus; camerarius, terminus idem.

Idem conqueritur super Zdeslaum de Cunraticz pro simili rapina in hereditate sua in Drziewolis et in Wratie, et in Klokoczy pro C mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem.

Wok de Rotensteyna conqueritur super Sulislaum de Hlussecz, (Benyecz de Milcziwsy, Cunrat ibidem, Ondrzei de Witiniwsi, Stoyslaum [1] de Olanicz,) Marquardum de Goldenburka, Jan de Labunie et de Hawrana, Ottonem de Wissoke et de Labunie, (Lutolt de Zlunicz,) quia quando poyem beneficium Pragense super inducciones et super poprawam, ibi sunt eos pobili in Vdrinicz villa, quando ibi iacuerunt cum eo. Dampni propter hoc habet ab omnibus duo millia mar. arg. in equis et armis bellicis et induccionibus et in poprawiech. Actor Wanek de Vdrinicz, siue Hosczek de Wrata, siue solus; camerarius Pessek, terminus VI feria quatuor temporum in Aduentu. Item citat camerarius Jacub, terminus VI feria quatuor temporum Quadragesime. Omnes infra.

[1]) non citauit.

Idem conqueritur super Beness [1] de Wessele et de Wartenberka, quia mandauit posse suo facere sibi dampnum — quia quando poyem beneficium Pragense et cet. ut supra [sic] — pro duobus millibus mar. arg. Camerarius, terminus idem. Item citat; terminus VI feria quatuor temporum Quadragesime. Terminus monere quatuor temporum Penthecostes.

[1]) non astitit.

Idem conqueritur super (Ottonem de Labunie et de Wissoke, Jan de Labunie et de Hawrana,) Bohuslaum de Labunie, (Sulislaum de Hlussecz,) quia quando voluit ad terminum suum Pragam — feria VI quatuor temporum Quadragesime transiuerunt quatuor anni — pro hereditatibus Vdriniczske, Ketenske, Bartussovske, Lhotske et municione ibi, consuluerunt Jaroslao de Luha, quod ipsum caperet. Perdicio propter hoc duo millia mar. arg. in illis hereditatibus. Camerarius, terminus idem. Item citat; camerarius Jacub; terminus VI feria quatuor temporum Quadragesime.

In margine: Dobrohost fecit delere Bohuslaum.

Idem conqueritur super Radslaum de Wyrsecz, quia sustulit census suos argenti et denariorum sine iure cum suo posse in hereditate sua in Vdrinicz, Bartussowie, Ketnie, Lhote. Perdicio pro CC mar. arg. Actor, camerarius, terminus idem. Item citat camerarius Jacub, terminus VI feria quatuor temporum Quadragesime. Terminus ad iudicium VI feria quatuor temporum Penthecostes.

Vok de Rotensteyna conqueritur super (Ottonem de Labunie et de Wissoke,) quia radil et adduxit Benessium de Wessele, qui sibi russil inducciones, poprawam spoliando vestibus et equis. Perdicio propter hoc pro mille mar. arg. Camerarius Jacub, terminus sexta feria quatuor temporum Quadragesime.

Idem conqueritur super eundem, quia mandauit hominibus suis — et vsus est illud — facere sibi dampnum cum suo posse per rapinam in hereditate sua in Bistrem. Perdicio equis, pecoribus, diuersis domesticis rebus pro CC mar. arg. Camerarius idem, terminus idem.

Idem conqueritur super (Ondrzei de Witiniwsi,) Marquardum de Goldenburka, quia quando poyem beneficium Pragense cum camerario ..... voluerit poprawiti in hereditatibus suis vbique, ibi sunt eum otbili. Perdicio equis et armis bellicis, pro quingentis marcis arg. quemlibet. Actor Hosczek de Wrata, siue Wanek de Vdrinicz, siue solus. Camerarius, terminus idem.

205. Domina Katherina, relicta Ottonis de Wseticz, protestata est coram Pragensibus beneficiariis, quod dedit et dare potuit LXX mar. arg. dotis sue in hereditate sua dotali in Wseticz super toto, quidquid ibi habet, filiabus suis Elizabet et Ancze; residuum vero totum aliis omnibus pueris suis invicem, videlicet Przibiconi, Pesconi et ipsis Ancze et Elizabet.

206. Sezama de Dolan recognouit coram Pragensibus beneficiariis, quod vendidit hereditatem suam Ketniczie villam cum agris, pratis, siluis et qualibet libertate ad ea pertinente Wilhelmo de Skali pro CCC mar. arg. sibi integraliter persolutis.

In margine: Quando beneficiarii fecerint, inponi debet.

207. Raczko de Dyekowa senior et alter Raczko filius suus ibidem recognouerunt coram Pragensibus beneficiariis, quod dederunt et condescenderunt omne id, quod habent in Dyekowie et in Lipnye, cum agris, pratis et qualibet libertate domino Bernhardo de Blsan et Prziechoni fratri suo de Kolesewicz et eis hereditarie condescenderunt.

In margine: In die sancti Egidii.

208. Woyslawa vxor Slawkonis quondam de Schestlicz recognouit coram Pragensibus beneficiariis, quia hereditatem suam dotalem in Schestlicz, totum quidquid ibi habuit, videlicet CLXXXX strichones hereditatis, vendidit ..... pro CXX mar. arg. grauibus persolutis et sibi eo iure condescendit, sicut ad ipsam pertinebat. Et huic vendicioni Jesco, Cstibor et Slawek addiderunt plenum consensum, et eciam cum eadem Woyslawa vendiderunt eidem ...., et de

dicta hereditate condescenderunt ei hereditarie, et disbrigare debet a quolibet homine jure terre Hawel de Lipan sub pena inducciouis consueta.

In margine: Nota: hec sunt omnia in notis.

209. Jesko filius Slawkonis quondam de Schestlic protestatus est coram Pragensibus beneficiariis, quod vendidit hereditatem suam ..... videlicet XXXIII strichones hereditatis mensurate cum agris, pratis, siluis, ortis et cum qualibet libertate ad ea pertinente, Seydlino de Praga et heredibus suis pro XX mar. arg. grauibus, et fassus est, se eandem pecuniam integraliter percepisse et hereditarie condescendit; quam hereditatem debent sibi disbrigare a quolibet homine iure terre et nominatim ab vxore sua domina ....., quia eam de hac hereditate transducere debet cum eius dote super aliam hereditatem in Probostow, super curiam arature, quinta feria post Bartholomei, et eciam a schussione, quod ssutye dicitur. Cuius disbrigacionis sunt fideiussores Cstibor de Probostowa, Cstibor de Hyrdoborze, Slawek de Hrussicz et ipse Jesco solus sub pena inducciouis absque citacione in tercia parte plus pecunie supradicte.

210. Sobiehird de Stakor protestatus est coram Pragensibus beneficiariis, quod hereditatem suam in Swoborzicz totum, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, siluis, riuis, pascuis, jure patronatus ecclesie, et cum omnibus pertinenciis suis, et qualibet libertate et omnibus censibus, vtilitatibus, proventibus, dominio, sicut ipse habuit, tenuit et possedit, vendidit dominis Wanconi, Jesconi et Benessio fratribus de Wartenberk pro CL sex. gross. pragensium denariorum, et fassus est, se eandem pecuniam integraliter percepisse et eis hereditarie condescendit de dicta hereditate cum suis pertinenciis omnibus supradictis. Eandemque hereditatem predictis fratribus debent et fideiusserunt disbrigare a quolibet homine iure terre et eciam ab affinitate, videlicet Hinco de Duba purgrauius Pragensis, Hinco et alter Hinco fratres de Nachod dicti Hlawacz; quam hereditatem si non disbrigare uollent, non possent vel negligerent, tunc Pragenses beneficiarii inducere debent ipsos Wankonem, Benessium et Jesconem super hereditates predictorum fideiussorum absque omni citacione tamquam in iure obtento in tercia parte plus pecunie supradicte.

Reliquiæ quat. orig. Mus. Boh. prius tab. in Nova domo.

XI.

1351, 12 Junii.

Causa, que inter dominum Hynconem, abbatem et totum conuentum monasterii in Zelew ex vna et Jesconem de Podole parte ex altera pro hereditatibus in Dussyegowe, u Dworow, Nowaues, Zahradka, et Marssow villis cum agris, pratis, siluis, jurepatronatus ecclesie, omnibusque suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente coram Dytrico Spaczek dicto de Kostomlat, judice regis curie, vertebatur, fuit deducta ad presenciam et noticiam domini regis et baronum infrascriptorum, in terre judicio presidencium. Qui rex et barones auditis literis et allegacionibus parcium earundem dederunt deliberacioni domini Johannis de Wessele, vt inveniret, quid juris foret in causa eadem. Qui dominus Johannes baro de consilio aliorum baronum pronunciauit ac pro jure finali sentencialiter invenit ex eo specialiter: quod ipse litere per ipsum abbatem exhibite erant merito invalide, prout apparet ex aliis allegacionibus ipsarum parcium, dixit, quod ipse Jesco et sui heredes ad predictas hereditates et villas cum pertinenciis vniuersis jus plenum et hereditarium debeant perpetuo obtinere eisdem abbati et conuentui in causa eadem silencium perpetuum imponendo. Ibique datum est eidem Jesconi pro jure et ipse dedit memoriales. Actum anno domini MCCCLI° sabbato quatuor temporum Penthecosthes coram excellentissimo domino

Karolo Romanorum et Boemie rege, Jescone de Rosemberch summo camerario, Andrea de Duba judice, Stephano canonico Pragensi, notario terre, ceterisque Pragensibus beneficiariis et baronibus Wilhelmo de Lantstayn purchrauio Pragensi, Johanne de Wessele, Wankone et Benessio de Wartemberch, Wilhelmo de Strakonicz, Johanne de Zlenycz, Jaroslao de Sternberch, Wilhelmo de Skaly, Bohuslao de Krassikow, Tassone de Skuhrowa, Russone de Lutycz subcamerario et Ditrico Spaczek de Kostomlat judice curie regalis, ac eciam aliis baronibus terre. Camerarius Wanek dictus Gynak fuit in monicione. Item anno domini MCCCLII sabbatho post festum sancti Joannis Baptiste [30 Jun.] Nycolaus de Boziessicz vicecamerarius cum camerario Sczepan induxerunt ipsum Jesconem super predictas hereditates, quas obtinuit contra abbatem et monasterium predictos hereditarie.

Tab. cur. reg. I, 108.

XII.

1355, 3 Octobris.

Causa, que inter dominam Marussiam, que Kunca dicitur, relictam Johannis quondam de Michalowicz ex vna et dominum Petrum de Rozemberch, tutorem et commissarium orphanorum eiusdem Johannis quondam de Michalowicz, parte ex altera vertebatur, sic extitit terminata et eciam ordinata, quod idem dominus Petrus tutor de sua speciali gracia cessit et condescendit eidem domine Kvncze de ponte in flumine Gyzera circa Michalowicz proxime sito, et de toto eo, quod in Boleslawy Juueni predictus Johannes quondam post dotacionem eidem domine vxori sue factam ademit seu przykupil est, ita quod eundem pontem et id ademptum ipsa domina tenere et possidere debet, quamdiu ipsius domini Petri tutoris placuerit voluntati. Et quandocunque idem dominus Petrus voluerit, tunc ipsa domina statim de ipso ponte et de eo adempto debet condescendere et resignare, et hoc sine preiudicio juris sui, quod habet ad eadem. Et tunc barones terre debent decernere et invenire, quid juris eidem domine, aut ipsi domino Petro tutori ac ipsis orphanis competit ad eadem, pro quibus inter eos questio vertebatur. Actum anno domini MCCCLV die dominico proximo post festum sancti Jeronimi coram dominis, domino Johanne de Wessele summo camerario, Andrea de Duba judice, Stephano canonico Pragensi, notario terre, ceterisque Pragensibus beneficiariis, et baronibus Wilhelmo de Lantstayn purchrauio Pragensi, Wancone de Wartemberch, Petro et Jescone fratribus de Rozemberch, Henrico de Leuchtenberch, Hyncone Berka de Duba, Benessio de Dieczyn, Bohuslao de Krassikow, Jaroslao de Sternberch, Wancone de Duba et coram aliis baronibus terre.

Tab. cur. reg. I, 108.

XIII.

c. 1356.

Czenko de Lypa summus camerarius, Andreas de Duba judex, Stephanus notarius, ceterique beneficiarii Pragenses. Vobis beneficiariis districtus Greczensis significamus, quia coram serenissimo domino Karolo et nobis multe contra vos a diuersis querimonie proposite exstiterunt. Quare auctoritate eiusdem domini nostri, domini Karoli et nostra districte vobis precipiendo mandamus, quatenus feria VI quatuor temporum Penthecostes sitis coram nobis personaliter constituti, omnibus querulantibus de justicia responsuri. Datum ɔc [sic].

Tab. cur. reg. I, 116.

XIV.

c. 1356.

Causa, que inter Jesconem dictum Osswald de Czaslawia ex vna et Czstiborium de Wlkowa, Slawek de Ostrziedka parte ex altera pro hereditate in Tupadel vertebatur, admissa est potenter

per easdem partes arbitrio Bohunconis de San vicecamerarii et Mstidruhonis de Wyrbka viceiudicis ita, quidquid ibi mandabunt, ratum tenere eedem partes debent sub amissione ipsius cause et C marc. arg. juris obtenti, profitentibus ipsis arbitris inobedienciam alicuius partis soluendarum per partem inobedientem parti ipsum arbitrium seu mandatum seruanti. Qui arbitri ibi statim mandauerunt, vt ipse Jesco de hereditate eadem in Tupadl mox condescendat Czstiborio et Slawconi eisdem, et hoc ipse Jesco statim fecit, quod condescendit hereditarie eis de eadem. Item mandauerunt, quod ipsi Czstibor et Slawco eidem Jesconi et suis heredibus dent et dare debeant sabbato quatuor temporum Penthecostes proximo coram tabulis terre LXXXIIII sex. gr. den. prag., et cum eandem pecuniam ei persoluerint, tunc ipsa hereditas in Tupadel inposita eidem Jesconi ad tabulas terre de ipsis tabulis mox debet deleri. Si autem hec pecunia sibi non fuerit persoluta, ex tunc idem Jesco Ozwald et sui heredes ad eandem hereditatem tanquam ad aliam rem suam propriam et hereditariam debent se tenere. Et nihilominus adhuc ipsi Czstibor et Slawek predictas centum mar. arg. nomine pene perdent ad ipsum Jesconem et heredes suos ipso facto, in quibus C mar. arg. ipse Jesco vel heredes sui pignorare poterunt in hereditatibus ipsorum Czstiborii et Slawconis vbicumque habent vel habebunt absque omni citacione, monicione et induccione tamdiu, donec de premissis C mar. arg. eis fuerit satisfactum. Actum ∞ [sic].

Tab. cur. reg. I, 105.

XV.

c. 1356.

Vobis vniuersis purchrauiis, justi[ci]ariis seu poprawczonibus in regno Boemie constitutis, quibus presentes exhibite fuerint, significamus, quia domicella Jutka de Raczynywsi hereditatem suam ibidem in Raczynaues, quidquid ibi habuit, dedit libere et ad terre tabulas inposuit ac hereditarie condescendit Hukoni de Ciesczowicz et Wychne de Slapanowicz, prout hoc in ipsis tabulis plenius continetur expressum. Vnde vobis auctoritate domini nostri, imperatoris Romanorum et Boemie regis ac nostra committimus, quatenus ipsos Hukonem et Wichnam in eadem hereditate Raczynawsy manuteneatis et non permittatis per quempiam inpediri, in eo nobis specialiter placituri. Datum Prage feria V ante dominicam Palmarum.

Tab. cur. reg. I, 115.

XVI.

c. 1356.

Johannes de Wessele summus camerarius, Andreas de Duba judex, Stephanus notarius terre, ceterique beneficiarii Pragenses. Vobis domino Herbordo de Janowicz, supremo officiali regni Boemie, presentibus notificamus, quia Byczen de Raczynywsy et Pota de Hostky bone memorie hereditates suas ad invicem permutauerunt ita, quod idem Byczen eidem Pote et suis heredibus hereditatem suam in Raczynyewsy, duas curias araturarum et quatuor marcas argenti census annui pro aliis hereditatibus dedit et hereditarie in perpetuum condescendit; in qua quidem hereditate domicella Jitka, filia ipsius Pote, tamquam heres legitima successit. Et quia eidem domicelle de ipsa hereditate per quosdam est violenter intromissum, vt didicimus, idcirco vos tamquam supremum officialem hortamur presentibus et rogamus, quatenus eandem domicellam de ipsa hereditate potentem faciatis et contra omnes et singulos ipsam in hoc inpedientes defendas [sic], ammoto ab eadem hereditate quolibet illicito et violento detentore. Datum Prage sub sigillo nostri beneficii sabbatho quatuor temporum Penthecostes.

Tab. cur. reg. I, 115.

XVII.

c. 1356.

Reuerende pater et domine. Significamus vestre gracie, quod veniens ad presenciam nostram, cum in judicio presedimus, Nycolaus miles, ciuis Pragensis, lator presencium, nobis instantissime supplicauit, vt suum jus super castro et hereditate in Kolodey et in Holy villis, quod habetur in terre tabulis, audiremus, quod et fecimus, quod predictum castrum et ville cum omnibus juribus memorato Nycolao iacet in terre tabulis, prout hoc in eisdem tabulis plenius continetur. Datum Prage feria secunda post Reminiscere sub sigillo nostri officii.

Tab. cur. reg. I, 115.

XVIII.

c. 1356.

Karolus Quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper Augustus et Boemie rex. Tibi nobili Henrico de Noua domo, fideli nostro dilecto, precipimus et presentibus damus in mandatis, volentes, quatenus super omnibus dissensionum, displicenciarum ac tediorum materiis, que inter te ab vna et honorabilem Stephanum canonicum Pragensem, Pragensem notarium terre, deuotum nostrum dilectum ac vestros homines et subditos hactenus durauerunt, supersedere debeas nec aliquam innovacionem occassione premissa contra prefatum Stephanum aut eius homines seu familiares attemptare, quousque nos personaliter et octo diebus postea Pragam advenire, quia dictarum displicenciarum, dissensionum [sic] examini nostri culminis ex certa sciencia decreuimus reseruandam, aliud non facturus, sicut nostre maiestatis offensam volueris euitare. Datum etc. [sic].

Tab. cur. reg. I, 116.

XIX.

c. 1356.

Vobis dominis czudariis et vrziedniconibus prouincie Kamycensis innotescimus per presentes, quod nos nec de jure nec de consuetudine antiqua et approbata homines ecclesiasticos, cuiuscunque status uel condicionis existant, ad nostrum judicium per quempiam vocatos judicare non possumus nec tenemur, nisi prius justicia ab eisdem coram judice ecclesie exposcatur. Quocirca vos hortamur iusticia mediante, quatenus Pesconem de Chleb et Paulum ibidem, qui sunt ad vestrum beneficium ad instanciam Bartonii cum quibusdam orphanis de Neweclow citati et vocati, non judicetis, nec contra ipsos aliquas sentencias uel jura obtenta proferatis, ipsos pocius unacum predictis actoribus ad judicem ecclesiasticum remittendo. Datum Prage sub sigillo nostri officii etc. [sic].

Tab. cur. reg. I, 116.

XX.

c. 1356.

Nobilibus viris, dominis vrziedniconibus in districtu Greczensi constitutis. Epyko cum aliis ceteris vrziedniconibus Pragensis districtus paratam ad quevis beneplacita voluntatem. Dominacioni vestre presentibus significamus, quod Petrus et Nycolaus fratres germani de Chotecz, nulla bona ibidem in Chotecz habent, quia anno de presenti in crastino dedicacionis ecclesie Pragensis predictus Petrus omnia bona mobilia et inmobilia, que ibidem habuit, cum omnibus juribus et pertinenciis ac libertatibus, in quibuscunque rebus existebant, Sdenconi fratri ipsorum de Wogycz juxta consuetudinem juris tabularum intabulauerunt. Vnde omnes illos, qui predictos

Petrum et Nycolaum citauerunt aut citabunt ad tabulas nostras providendo intabulacionem huiusmodi remittatis. Datum Prage etc. [sic].

Tab. cur. reg. I, 116.

XXI.

c. 1356.

Vobis beneficiariis czude Nemburgensis innotescimus per presentes, quod dominus Wanko de Wartenberch nobis proposuit cum querella, quomodo eum circa ea jura, quibus sui antecessores vtebantur, non mittitis permanere. Vnde hortamur vos iusticia mediante, quatenus eundem dominum Wankonem circa omnia jura, quibus sui predecessores vsi sunt, illesum conseruetis, alioquin si aliqua questio inter vos de predictis juribus ventilatur ante nos veniatis et quod justum fuerit secundum juris viam modo congruo inter vos discernemus.

Tab. cur. reg. I, 106.

XXII.

1359, 29 Sept. — 6 Octob.

Beneficiarii Pragenses. Tibi Czachborio de Semczie presentibus innotescimus, quod Sulco et Cunso fratres de Semczie contra citacionem, cuius virtute eosdem ad nostrum traxisti judicium, quasdam opponunt excepciones, easdem se offerentes ad probandum; nos vero volentes aliam partem audire, nolumus admittere probaciones eorundem. Quocirca tibi presentibus mandamus, quatenus coram nobis Prage in curia protonotarii regni, alias in castro Pragensi, proxima feria III post Martini peremptorie compareas ad audiendas excepciones contra tuam citacionem predictas, alioquin in eadem causa, quod justum fuerit, faceremus, juris tamen ordine obseruato. Datum Prage anno domini MCCCLIX infra octauas sancti Michaelis. Hanc litteram volumus circa camerarium seu nuncium presentem remanere.

Tab. cur. reg. I, 113.

XXIII.

c. 1360.

Czstibor de Kyrssowycz, Katherina ibidem conqueruntur super Czstibora de Nedossowa pro debito X mar. arg. dotali minus lothone, quod argentum mandauit ei dare Woyslaus quondam de Nedossowa, pater eius indiuisus, et ipse hoc debitum subintrauit et ad se suscepit ei soluere, et non soluit. Katherina tantum, sed Czstibor super eum pro debito X mar. arg. minus lothone, quod argentum ei mandauit dare Woyslaus quondam de Nedossowa pro simili.

Margaretha de Pragensi suburbio conqueritur super Pesca de Chab pro debito dotali fideiussorio X mar. arg. minus lothone, quia fideiussit pro marito eius Johanne quondam de Chab, quando sibi tradita fuit et ipse eam duxit in vxorem.

Marso de Mylussicz conqueritur super Sobothku de Radechowa, quia quando Purchart de Trziebsicz fecit sibi dampnum cum suo posse per rapinam in sua hereditate seruili in Milussicz — perdicio tritico, siligine, diuersa annona pro X mar. arg. minus lothone — hoc dampnum ipse suscepit et vtitur.

Martinus de Praga conqueritur super Radslaum de Krzyuoussi pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lothone, quia fideiussit pro eo ad Mussatkonem Judeum de Praga pro promptis denariis et vsua . . . . . .

Mathias de Praga, Sdenco, Nycolaus, Habart ibidem conqueruntur super Chotyebora de Zbrassyna, Chotoy de Byrloha, Prziedwogie de Korna, quilibet quemlibet pro debito X mar. arg. minus lothone, quod ei[s] tene[n]tur pro diuersis expensis, promptis denariis.

Iidem conqueruntur super Perchta de Hradku, Lytolt ibidem, quia quando mandauit suo posse Paulo de Hradku, Clementoui nulliunde facere sibi dampnum per rapinam sine jure in sua dotali obligata hereditate in Hradku, quando ibi habuit...... Perdicio tritico, siligine, diuersis domesticis rebus pro X mar. arg. minus lothone.

Rus de Lupenyczie conqueritur super Sdyslaum de Trziebessowa, quia se intromisit et tenet hereditatem suam sine jure in Lupenczy II curias rusticales cum laneo hereditatis cum agris, ad quam hereditatem habet melius jus, quam ipse post patrem suum Protywam de Lupenczie indiuisum quondam.

Sdyslaus de Ryczano conqueritur super Ogyerzie de Marsowycz, Andream de Popowycz pro debito fideiussorio X mar. arg. minus lothone, quia fideiussit ad eum pro Nycolao de Brzieze, quia eum non debuit impedire in silua Brziezey, gesto ei vendidit et pecunias sustulit na smyczenye hoc anno do massopustnyeho vtereho et impediuit — hoc anno feria tercia, prima post sanctum Martinum, annus transiit — ideo sibi eodem debito fideiussorio debitus remansit.

Sdenca de Zdymyrzicz conqueritur super Paulica de Zdymyrzicz, quia se intromisit et tenet jure hereditatem eius dotalem obligatam in Sdymyrzicz, curiam arature et 1 curiam rusticalem cum agris, pratis, siluis ꝛc, in qua hereditate habet C mar. arg. dotalis, quod argentum dotauit ei Slauibor quondam de Sdymyrzicz maritus eius, quando sibi tradita fuit et ipse eam duxit in vxorem.

1360, 24 Nov. Stephanus de Oborzysceze conqueritur super Pesca de Suchehodolu et Pesca de Oborziscze: super Pesca de Oborziscze pro vadio X mar. arg. minus lothone, quia se roborauit ad eum amicabili ꝛc, sub eodem vadio debuit esse obediens dominum Vlricum de Hwozdan, quid ipse mandaret inter eos in Praga coram tabulis terre hoc anno feria VI vltima ante Trinitatis, hoc ei non impleuit, ideo ad ipsum amisit hoc vadium; sed super alium pro vadio fideiussorio X mar. ꝛc, quia fideiussit ad eum pro Pesca de Oborziscze, sub eodem vadio fideiussorio debuit esse obediens, ut supra, ideo ad ipsum hoc vadium fideiussorium amisit. Ibi citatus non astitit, actori datum est pro jure, dedit memoriales. Camerarius Zdon fuit aput Pesconem de Suchehodolu et Pesconem de Oborziscze in monicione.

Anno domini MCCCLX feria tercia post octauam sancti Martini proxima Sdyslaus de Dobre beneficiarius subcamerarii cum camerario Gyran ex parte omnium beneficiariorum induxerunt actorem super hereditates citatorum in Suchehodolu villam et in Oborziscze curiam arature et toto, quidquid habent ibi, cum agris, pratis siluis ꝛc in causa obtenta et beneficiarios tantumdem.

Tab. cur. reg. I, 94—95.

RUBEUS CITATIONUM.

(C. 1389—1404.)

1. Albertus de Ssternberg citat Albertum de Konopisst et de Praga. Ibi testata prima citatione Albertus citatus locutus est contra eum dicens, quia per vnum camerarium citatus est in Praga et camerarius non fuit in hereditate, de qua citatur, videlicet in Konopisst, et ex alia, quia post meridiem citauit, et cum hoc defert se ad barones. Contra quæ verba Albertus actor respondens dixit, quod citauit, sicut debuit de jure, quia vbi est domina Pragae, citari non debuit nisi per camerarium, et camerarius recognouit, quia citauit, sicut de jure debuit; et actor super jus suum petiit secundum camerarium pro secunda citatione, et est sibi decretus cum hac memoria super damnum et lucrum. Secundus camerarius Venceslaus citat secunda citatione ɔc.

Talmberg. 64. Palacký, Arch. č. IV, 533.

2. Alexander de Trczeus citat Kunkam de Rozdialowicz et Nicolaum ibidem. Et statim contra ipsum Alexandrum et suos coadiutores quandam literam domini regis obtulit in hec verba: Všem úředníkuom desk, věrným našim milým. Václav z boží milosti Římský král, vždycky rozmnožitel říše a Český král. Milí věrní! Srozuměli jsme, že někteří Mikuláše z Mochova a máteř jeho, věrné naše milé, pohání od desíti puovoduov, kterýžto puohon zdá se nám proti obyčeji; protož vám přikazujem pod milostí, abyšte hued, jakž tento list ohledáte, ten jistý puohon ostavili a poodložili až do naší příjezdy do Prahy. Neb my, dáli buoh na suché dni nyní příští v Praze budeme, a tu chceme chudému i bohatému plnú pravdu pustiti a spravedlnost učiniti. Datum in montibus Kuttnis. Sed ipse Alexander super jus suum correxit terminum ad jus in feria in crastino Fabiani.

Talmberg. 64. Brun. 236. Palacký, Arch. č. IV, 533.

3. Anno domini M⁰CCCLXXXXII. Camerarius Jan. Sequitur querela: Alsso de Slawietin conqueritur super Bozdiechonem de Trzebiewlicz, quia fecit ei dampnum. Perdicio CCC sex. Ibi citatus in prima nec in capella astitit, actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Ibi Bozdiech defendebat contra jus obtentum. Item non docuit otpor. Item data monicio per camerarium Johannem. Item anno domini MCCCLXXXXIII Hassko beneficiarius imperatricis induxit actorem super hereditates Bozdiechonis in Trzebiewlicz curia arature et curiis rusticalibus et villa Mila cum omni libertate, in Hradku, quantum habet, fer. III post Judica [3 Apr.]. Item anno quo supra sabbato in vigilia Spiritus sancti [2 Jun.] actor cum camerario Zdisslao dominatus est in hereditatibus citati Bozdiechonis predicti in induccione contentis pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

Tab. cur. reg. XIV, 215.

4. Anna de Wyssehorzowicz citat Sigismundum de Praga. Ibi domini barones in pleno judicio auditis partibus inuenerunt pro jure, et Vlricus de Noua domo dominorum consilium exportauit: quod ex quo zastupczones se deffendunt dicentes, quod ipsa Anna habuit pro dote sua fideiussores, et illi eam pro eius dote paratis pecuniis in toto evaserunt, quod debent ipsi zastupczones illos fideiussores, qui viuunt, adducere et statuere coram beneficiariis Pragensibus minoribus in

10

capella in crastino Margarethæ et si iurabunt in cruce, quod ita est, že jsú eam odbyli pro eius dote pecunia parata, mají toho požiti, et ab ea esse liberi in toto et soluti; si vero non iurabunt, vel non procedent iurando, tunc ipsa actrix debet induci per beneficiarios Pragenses super hereditates in querela contentas in suo dotalicio. Actum coram dominis baronibus Alssone Sskopek de Drazicz supremo camerario, Hinkone Berka de Honsstein supremo judice, Nicolao de Praga et de Wozicze prothonotario tabularum, Alberto judice curie dicto Koldicz, et ceteri barones, qui eidem iudicio presiderunt. Ibi in crastino Margarethe Albertus de Brzezowe, fideiussor pro dote Anne, iurando in capella in cruce processit, quia est eam odbyl pecuniis paratis pro eius dote; et Albertus interrogatus a beneficiariis, pro quo iurauit, respondit, quod pro sua porcione iurauit tantum. Sed alia pars, videlicet Anna defendebat dicens, quia plures fideiussores debuerant adduci et nominaliter Procopius de Wyssehorzowicz iuxta inuentionem baronum, qui Procopius ibi non adstitit, et petiit, vt ab ea memoriales acciperent, quo memoriali recepto beneficiarii non potázavše se cum maioribus beneficiariis dederunt eis terminum k sepření ad barones in crastimo Jeronimi.

Ibi de mandato dominorum baronum Nicolaus de Wozicze prothonotarius tabularum cum dominis baronibus audita Anna actrice et inuentione ac processu cause, inuenerunt pro jure, et Vlricus de Noua domo dominorum potaz exportauit: quod si testis secundus mortuus est ante inuentionem baronum prius factam, extunc ipsa actrix nihil habere debet; sed si testis obiit post inuentionem baronum et non iurauit, tunc ipsa nemá svého věna ztratiti.

Item anno domini MCCCCXI fer. quinta post Epiphaniam domini [8 Jan.] Johannes Oprssal camerarius missus a beneficiariis Pragensibus fuit in Nehwizdech aput Procopium de Wyssehorzowicz, quem actrix dixit fore secundum fideiussorem dotis suæ, et vidit eum viuentem, et locutus est sibi eodem die facie ad faciem. Relacio eiusdem camerarii.

A. d. MCCCCXI fer. quarta in crastino Fabiani [21 Jan.] fuit apud Sigismundum Rokyczansky et apud possessores hereditatum in Wyssehorzowiczich in monitione, et statim Procopius de Wyssehorzowicz veniens coram beneficiariis dixit, quia nunquam fuit fideiussor nec est pro dote ipsius Annæ actricis.

Ibi temporibus Pentecostes [3—6 Jun.] domini barones Alsso de Dube supremus camerarius, Hinko Berka de Honsstein judex, ceterique barones, sicut Anna dixit, Procopium de Wyssehorzowicz esse fideiussorem pro dote sua, et ipse dixit non esse fideiussor, et ipsa Anna podlé jiných rukojmí nepohnala, inuenerunt pro jure: máli ona Anna s ním co činiti, aby jej právem připravila. Relacio omnium beneficiariorum.

Talmberg. 63. Brun. 234. Palacký, Arch. č. IV, 532.

5. Bietka de Libusse citat Petrum de Kadano. Ibi Petrus citatus non adstitit nec zastupczones statuit, ter vocatus ex more feria sexta quatuor temporum Pentecosten. Ibi dominus rex Venceslaus Bohemie per literam suam restituit citatum ad jus suum ex eo, quia tempore eo, in quo debuerat statuere zastupczones, habuit inimicitias capitales, et ad hoc adtulit literas, vnam domini regis et aliam ciuitatis Cadanensis, quarum tenores sequuntur. Tenor primæ literæ regis talis est: Wenceslaus dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Bohemiæ rex, nobilibus camerario, czudario et vicenotario, ceterisque beneficiariis tabularum regni Bohemie, fidelibus dilectis, gratiam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti! Quia Petrus Wentler, ciuis Cadanensis, fidelis noster dilectus, occasione bonorum in Libuss coram vobis dudum tractus in causam, tum propter viarum discrimina, tum propter vite et rerum pericula, nec non ob custodiam ciuitatis nostre Cadanensis tabulas terræ adire non potuit ad statuendum suos disbrigatores quovis modo: idcirco fidelitati vestre seriose precipimus et mandamus omnino volentes, quatenus mox visis presentibus omnia et singula aduersus dictum Petrum occasione dictorum bonorum per aduersarios suos coram vobis quomodolibet adtemptata annihilare et cassare totaliter debeatis,

ipsum Petrum juri suo restituentes. Debebit namque prefatus Petrus cuilibet ipsum ex nunc in antea jure conuenienti coram vobis de justicia respondere, suos disbrigatores juxta consuetudinem regni Bohemiæ coram vobis statuendo. Aliter in premissis non facturi, nostro regio sub fauore. Datum Mendici.

Talmberg. 64. Palacký, Arch. č. IV, 534.

6. Kaczka [1] de Hradisstka citat Jankonem de Dieczin. Ibi Jessko Tiechlewecz Jankonis nomine loquutus est contra citationem dicens, quia ibi domina non est inuenta, sed residet Janko cum vxore sua in Marchia; et beneficiarii mandauerunt, quod actrix citet ipsum de nouo ꝛc.

Talmberg. 65. Palacký, Arch. č. IV, 536. — [1]) Raczka in mspto.

7. Katherina de Rzehowicz citat Johannem de Nezamyslicz. A. d. 1405 f. IV ante Letare [23 Mart.] Dobessius commissarius potens actricis dimittit citatos omnes de citationibus et 8 sex. gr. recepit, et pro eis cum beneficiariis pro culpis concordauit; ideo deletum. Relatio omnium beneficiariorum.

Talmberg. 68. Palacký, Arch. č. IV, 532.

8. Katherina de Praga citat Smilonem de Sulegiowicz. Ibi citatus non adstitit, actoribus datum est pro jure obtento, dederunt memoriales. Relatio omnium beneficiariorum.

Ibi fer. VI quatuor temporum Quadragesime Venceslaus rex Bohemie per dominum Vlricum de Noua domo prothonotarium regni Bohemie tabularum terre arrestauit hoc jus obtentum in Smilone dicens, quia tunc temporis, cum stare debuit, fuit in seruicio domini regis, et mandauit continuari terminum ad querelas ad fer. IIII post Conductum Pasce.

Talmberg. 67. Brun. 223. Palacký, Arch. č. IV, 527.

9. Kaczie de Trziebiewlicz conqueritur super Johancam de Trzyebiewlicz et de Hradku, quia se intromisit sine jure et tenet eius poslúpnú hereditatem in Trziebiewlicz, curiam arature, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, pomeriis et omni libertate [ad ea] pertinente, ad quam hereditatem habet melius jus quam ipsa post patrem suum Jesconem quondam dictum de Trziebiewlicz. Camerarius Quieton, terminus fer. VI quatuor temporum Penthecostes. II camerarius Jan, terminus in crastino Magarethe. III camerarius Quieton, terminus in vigilia Bartholomei. Ibi Johanca citata infirma, Smil de Solan posuit. Terminus jurare pro infirmitate in crastino Jeronimi. Ibi Johanca de Trziebiewlicz citata stans in capella jurare pro infirmitate noluit. Kaczi actrici datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum.

Item a. d. M⁰CCCC⁰III⁰ fer. VI post Galli [18 Oct.] camerarius Ostass fuit aput Johancam citatam in monicione. Item anno, quo supra fer. VI quatuor temporum Adventus [21 Dec.] Jarco de Mireticz defendit contra jus obtentum et hereditates in Trziebiewliczich dicens, quia ad huiusmodi hereditates habet melius jus quam aliquis, ad suam partem tantum racione indiuisionis post Cunkam matrem suam, et post Jesconem de Borczie vnitorem suum, et post obligacionem factam sibi a Smilone et Hanussio de Sulegewicz ad L sex. gr., prout in tabulis continetur. Docere wlt tabulis uel sicut domini inuenerint, terminus fer. VI quatuor temporum Quadragesime [22 Febr.].

Ibi Janco de Mireticz pr. e. c. b. P., quia actricem in ista cum sua defensione predicta non wlt impedire, nec vlterius ducere predictum otpor. Relacio omnium beneficiariorum.

Jan de Tabnyeho et Wenceslaus Brozan de Brozan fideiusserunt pro actrice, quod ducit poprawam. Item a. d. M⁰CCCC⁰IIII⁰ sabbato ante Georgii [19 Apr.] Nicolaus dictus Micoss de Chotiewicz vicecamerarius regni Boemie cum Johanne Oprssal induxerunt actricem super hereditates Johanczie in Trziebyewliczich, curiam arature, curias rusticales cum censu, agris, pratis,

siluis, riuis, piscinis, pomeriis et omni libertate ad ea pertinente ad verum jus hereditarium obtentum pleno jure. Relacio eorundem.

Item a. d. M°CCCC°IIII° fer. II ante Laurencii [5 Aug.] Caczie actrix et eius commissarii cum camerario Quietone dominata est in hereditatibus in Trzyebiewliczich in induccione contentis, obtentis et inductis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Ibi terminus ad idem ex utraque parte sabbato quatuor temporum Aduentus [20 Dec.]. Terminus ad idem ex utraque parte sabbato quatuor temporum Quadragesime [14 Mart.].

Visa per Dobessium facta, quia aduersarii sui jura ipsorum non sunt prosecuti. Anno domini MCCCCVIII fer. VI in vigilia Annunciacionis b. Marie [24 Mart.].

Tab. cur. reg. XIV, 225.

10. Kerusse de Koldemburg citat Joannem de Koldemburg. Querela: že se jí uvázal bezprávně i drží dědiny její posloupné a dědičné, Koldemburg hrad, Paku město cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, pomeriis, curiis araturarum et rusticalium, s vesnicemi, montibus, vallibus et cum omni libertate et dominio ad ea pertinente, ad quas hereditates habet melius jus quam ipse post patrem suum indiuisum post Vlricum quondam dictum de Kolmburg ad veram medietatem, a k druhé pravé polovici těch dědin, i hradu, i města po Venešovi z Kolmburku a společníka [sic] po nedílném, prout huiusmodi vnio plenius in terre tabulis continetur, a dokládá se o ten spolek desk zemských, a o dědictví po svém otci Voldřichovi někdy řečeném z Kolmburka po nedílném má dobré lidi.

Ibi dominus Procopius, marchio Morauiæ, et domini barones in pleno judicio auditis querela actricis et replicatione ac deffensione citati, qui impugnauit hoc, quod due querele ratione vnius citationis ponuntur, inuenerunt pro jure et Andreas de Duba dominorum consilium exportauit: quod primo vna querela debet definiri et deinde alia proponi potest separatim, et quod citatio non est intricata sed processit, et statim ibidem factis per partes disceptationibus, si statim debet proponere querelas vel habere hojení, inuenerunt pro jure et Raczko de Sswamberg dominorum consilium exportauit: quod ipsa actrix debet suam querelam corrigere seu opraviti, sicut vult o ta dva kusy, et debet eam repetere seu obnoviti coram dominis baronibus in quatuor temporibus Quadragesime. Actum coram domino Procopio, marchione Morauiæ, et dominis Hermanno de Chusnik supremo camerario, Bohuslao de Sswambergk, supremo judice, Vlrico de Noua domo prothonotario tabularum terræ, Benessio de Libiessicz judice curiæ regalis, Henrico de Noua domo purgrauio Pragensi, et aliis quam pluribus baronibus, qui in maioribus tabulis sunt conscripti.

Ibi terminum emendauit actrix ad idem judicium feria sexta quatuor temporum Pentecosten.

Item querele de nouo impositæ et emendate: že se uvázal bezprávně i drží dědiny její společné Kolmburk hrad, Paku město ɔc; že se uvázal i drží dědiny její bezprávně poslúpné Kolmburk hrad, Paku město ɔc.

Ibi Nicolaus commissarius citati negauit, et ducunt testes hinc inde. Testes actricis: Zbinko de Kunijho, Nicolaus de Gessticz, Litoldus de Gesenicze, Vlricus de Giwy, Giljiss de Rzekowa, Radim de Radicze et Petrus de Rzekow tenentur jurare in crastino Margarethæ.

Et super aliam querelam tangentem vnionem Nicolaus predictus commissarius petiit terminum ad plures barones, že se o dsky svého pána nemuož příti. Et domini barones audita querela et responsione prædicti Nicolai commissarii inuenerunt pro jure, et dominus Andreas de Dube dominorum potaz exportauit: quod ex quo Nicolaus est commissarius per tabulas, mandauerunt, quod responderet querelæ. Ibi ipse Nicolaus querele non respondit, sed petiit, vt prius terminum super his monere in crastino Jeronimi [sic]. Actum coram dominis baronibus, domino Venceslao, patriarcha diocesis Antiochensis preposito ecclesiæ Wyssehradensis, et ceteris baronibus.

Talmberg. 65. Brun. 236, 246. Palacký, Arch. č. IV, 534.

11. Elisska de Czitolib citat Annam de Czitolib. Ibi domini barones in presentia serenissimi principis et domini, domini Sigismundi, regis Vngarie et gubernatoris regni Bohemie, inuenerunt pro iure: quod domina Elisska iuxta continentiam suarum tabularum, quas ibidem coram eis ostendit, debeat super hereditates contentas in eisdem tabulis induci, et super eo decreuerunt ei litera sub sigillo beneficiariorum ad purgrauium Pragensem, quod eam tueatur inductam. Et super eo ex parte dicti domini regis et baronum nuntii fuerunt ad tabulas Brzenko de Skala alias de Sswihowa et Vlricus de Noua domo, qui ambo sunt ad hoc a dicto domino rege et baronibus deputati. Actum coram eodem domino rege et baronibus, qui sunt in maioribus tabulis conscripti, anno MCCCCII⁰ quatuor temp. Quadragesime [15—18 Febr.].

Talmberg. f. 79. Brun. 226. Palacký, Arch. č. IV, 530.

12. Hassko de Praga cum coactoribus citat Michalka de Oswraczina. Ibi a. d. 1389[1] quatuor temporum Quadragesimæ [10—13 Mart.] dominus rex per Nicolaum de Ziampach mandauit, vt presens jus pretereat in Elisska et Hasskone et eius coactoribus ex eo, quia citata propter certa seruitia regia custodiendo castra domini regis post obitum mariti sui non potuit ad terminum testationis comparere, et mandat, vt terminus emendetur ad querelas ad fer. IIII post Conductum Pascæ, et mandat parti[2] per camerarium intimare, vt adstarent ad querelas. Ibi terminus quatuor temporum Pentecostes.

Talmberg. 67. Brun. 223. Palacký, Arch. č. IV, 526. — 1) Brun. habet 1399. 2) patri in cod. Talmberg.

13. Henricus de Blasim conqueritur super Henricum de Byelenecz mediam villam, in Skytal mediam villam cum agris, pratis, siluis, jure patronatus ecclesie, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, ad quam hereditatem habet melius jus quam ipse ad veram medietatem et ad alias hereditates ipsius habitas uel habendas, prout vnio in terre tabulis continetur. Anno d. M⁰CCC⁰LXXXX primo fer. V post Letare [9 Mart.]. Camerarius Przyech, terminus fer. IIII post Conductum Pasce [5 Apr.]. Secundus camerarius Jan, terminus sabbato post Georgii [29 Apr.]. Tercius camerarius Bohusud, terminus fer. VI quatuor temporum Penthecosten [19 Maji]. Ibidem dominus Procopius, marchio Morawie, et barones in pleno judicio audita vnione et tabulis et defensione citati, quia dicebat, quod non haberet cum eo vnionem sed cum Henrico presbitero et tabule non continebant presbyterum, sed simplex nomine Henricum, invenerunt pro jure et Boczko de Podyebrad dominorum consilium exportauit: ex quo presbyter non est expressus sed simpliciter Henricus, quod debet Henricus actor vti vnione. Et mox barones sibi actori Henricum vicecamerarium uel alium vicecamerarium, qui pro tempore fuerit, diuisorem secundum thabulas assignauerunt et dederunt ei pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum, presentibus dominis baronibus in eodem judicio contentis.

Item anno eodem fer. VI post Viti [16 Jun.] Fremut de Krassneho dworu defendit contra predictum jus in Skytal terciam porcionem dicens, quod hereditates sunt sue et citatus ibidem perdere non potuit. Docere wlt tabulis terre, quando sibi domini terminum assignabunt. Relacio Wenceslai. Ibi fer. VI post Viti proxima Fridricus de Erwenycz defendit contra predictum jus in villa in Skytal duas porciones dicens, se habere melius jus quam ipse, et hoc wlt docere tabulis, quia citatus ibidem nichil perdere potuit, quando sibi terminum domini assignabunt.

Anno eodem in crastino s. Jeronimi [1 Oct.] domini barones in pleno judicio auditis partibus antedictis Henrico actore et Henrico similiter citato invenerunt pro jure et Henricus de Noua domo dominorum consilium exportauit, quod ex quo domini barones prius inuenerunt facere diuisionem inter eos modo quo supra, quod hoc volunt habere processum jus, quod super eadem re plus nollunt judicare seu inuenire. Actum coram dominis baronibus eodem judicio presidentibus. Vide hanc diuisionem in terre tabulis maioribus.

Anno eodem fer. VI post festum Omnium sanctorum [3 Nov.]. Camerarius Wenceslaus, terminus fer. VI post Nicolai [7 Dec.]. Ibi Fremuth infirmus. Sdenko ponit terminum parare fer. V quatuor temporum Aduentus [21 Dec.]; sed cum Fridriko terminum fer. VI quatuor temporum Aduentus [22 Dec.] ad querelas. Ibi Fridrich et Fremuth negauerunt; terminus jurare pro negatiua in crastino Fabiani [21 Jan.]. Ibi dominus Procopius marchio mandauit hanc causam permanere in pace usque feriam V quatuor temporum Quadragesime [6 Mart.]. Ibi terminus ad idem fer. V quatuor temporum [sic] sine prima; terminus ad idem vel concordiam fer. III proxima; terminus ad concordiam vel idem fer. IIII post Conductum Pasce sine prima [24 Apr.]. Admiserunt se arbitrio, quere infra.

Henricus de Byelenecz olim filius Pesskonis de Wysskowa ex vna, et Henricus dictus Koze de Byelenecz et Fremuth de Krasneho dwora, Fridricus de Eruenicz parte ab altera super omnibus causis, intricacionibus, controuersiis et specialiter super vnione Henrici et Henrici predictorum, nichil penitus in hunc diem post se dimittendo potenter admiserunt se arbitrio Bawari de Merunycz, Dywyssii de Kutrowycz; si vero in aliquo discordabunt, tunc arbitrio Otte Bergow purgrauii Pragensis et Purkardi de Janowycz dicti Strnad judicis curie, quidquid mandabunt ɔc sub pena CC sex. gr. et sub ammissione cause inter ipsos vertentis, super quam partem dicti arbitri ɔc, ita quod pars obediens partem inobedientem poterit inpignorare cum solo camerario ɔc. Qui quidem arbitri Bawarus de Merunycz, Dywyssius de Kutrowicz de consensu parcium predictarum sub pena predicta pronunciauerunt primo, quod omnes cause et controuersie, lites, dampna, impense inter ipsas partes et coactores ipsorum hinc inde in hunc diem versate sine fraude debent preterire et omnio mori, et se debent de omnibus citacionibus liberos dimittere; qui statim parte ab utraque fecerunt et se de omnibus predictis liberos dimiserunt. Item pronunciauerunt eadem sub pena, quod ipse Henricus filius Pesskonis predicti omne jus suum, videlicet vnionem, quam habuit cum Henrico dicto Koze in villa Bielenecz integre, sicut solus habuit, fiat in censu siue in curiis rusticalibus, curiis araturarum, agris, pratis, siluis, riuis, lucis, piscinis jure patronatus ecclesie et omni libertate ad ea pertinente, ac jure hereditario ad ea pertinente et rebus mobilibus, nichil penitus sibi eximendo, et in Skytalech et aliis hereditatibus omnibus et rebus mobilibus et alias omnibus dimittere debeat libere Henrico dicto Kozye, qui statim hoc coram beneficiariis Pragensibus dimisit cum effectu, exclusis hereditatibus in Skytal, quas Jenczoni de Janowycz vendidit, videlicet sexta porcione ibidem in Skytalech, prout Henricus vicecamerarius de Kokowycz diuisit, et hoc in terre tabulis continetur, quas hereditates sic Genczoni venditas non debet liberare, sed sine fraude petere dictum Jenczonem, vt predictas hereditates in eo foro sicut ipsas emit a predicto Henrico, easdem dimittere debeat Henrico dicto Kozye in pecuniis eisdem. Et statim dictus Henricus filius Pesskonis de mandato predictorum arbitrorum beniuole se submisit, quod predictum Henricum Kozye et alios suos amicos, quorum interest, non debeat temporibus affuturis perpetue super predicta vnione jure hereditario ac alias omnibus intricacionibus inter ipsos habitis in hunc diem monere, inquietare, de jure uel de facto per se uel per aliam interpositam personam sine fraude in nullo beneficio et jure spirituali, et si inquietaret, tunc nullum jus debet sibi suffragari. Item pronunciauerunt, vt si predictus Hendricus filius Pesskonis predictas hereditates et jus suum quodcumque alicui hominum, cuiuscumque status secularis uel spiritualis fuerit, intricauerit, hoc disbrigare debet, et cum eo Otrad de Wskur, Wikerz de Jenissowycz et Nicolaus de Dobraskow a quolibet homine, et specialiter a dotibus, jure spirituali et a Judeis. Quod si non disbrigarent, tunc vt in forma. Item pronunciauerunt eadem sub pena, quod predictus Henricus dictus Kozye debet dare et soluere Henrico filio Pesskonis pro predicto jure suo vnionis et jure hereditario CLXV sex. gr., excluso illo, quod a domino Genczone pro hereditatibus in Skytal recepit, videlicet CXXX sex. gr., exclusis LVIII sex. gr., quas recepit in Byelenecz a predicto Henrico. Et super easdem pecunias sibi literas dare tenetur infra duas septimanas

sub pena predicta. Que litere debent circa terre tabulas reponi cum sigillis pendentibus et fideiussoribus competentibus, et non debent dari Henrico predicto, donec disbrigatores apponentur competentes ad locum predictum, et obstagium debet fieri in Luna ciuitate. Actum anno domini M°CCC°LXXXXII° fer. V in die s. Benedicti confessoris domini gloriosi [21 Mart.].

Item a. d. M°CCC°LXXXXVIII° fer. II in crastino Fabiani [21 Jan.] Henricus de Byelenecz filius Pesskonis cum camerario Pessikone dominatus est in hereditatibus Skytalech prescriptis in vadio, ut premittitur, pleno jure, et in crastino fer. VI cum eodem camerario dominatus est in hereditatibus [in] Byelenczych in vadio prescripto, vt premittitur, pleno jure.

Anno quo supra sabbato post Lancee Fridrich de Eruenicz defendit contra hanc inpigneracionem factam in hereditatibus Bielenecz et Skytalech dicens, quia minus juste impigneratum est pro eo, quia ipse pecunias, quas soluere debuit, soluit, et Henricus filius Pesskonis annos transire permisit. Docere wlt, sicut domini invenerint, sabbato quatuor temporum Penthecostes [1 Jun.], et petit ne vlterius camerarius daretur usque sepřenie.

Item anno quo supra sabbato post Jeronimi [5 Oct.] Henricus de Wyskow dominatus est in hereditatibus Fridrici in Doxi cum camerario Hostass prescriptis, ut premittitur, pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

Tab. cur. reg. XIV, 219.

14. Heress de Brzezowe citat Albertum de Brzezowe, quia se intromisit ei sine jure et tenet hereditates eius poslúpnú [sic]. Ibi citatus audita querela deffendit se, quia actor esset illegittimus et non de legittimo thoro, et quod ei de jure respondere non debet, et replicatione actoris domini inuenerunt pro iure, et Boczko de Podiebrad dominorum consilium exportauit, quod actor de huiusmodi obiecto debet se expurgare in curia archiepiscopi Pragensis coram officialibus suis, et presens causa vsque huc debet stare in quiete. Actum coram serenissimo principe et domino, domino Sigismundo rege Vngarie, pro tunc capitaneo regni Bohemiæ, Hermanno de Chusnik supremo camerario, Hinkone Berka de Honsstein supremo judice, Smilone de Rychmburg prothonotario tabularum ɔc.

Item anno domini MCCCCIIII fer. VI quatuor temporum Pentecostes [24 Maji] domini in pleno judicio inuenerunt pro jure, et Brzenko de Sswihow dominorum potaz exportauit: ex quo Heress actor expurgauit se de obiecto sibi illegittimitatis crimine et docuit per litteram officiolatus curie archiepiscopatus Pragensis, se esse legittimum, et Albertus citatus contra eum aliam defensam non habuit, quod ipse Heress ad huiusmodi hereditates est iustus, et sibi super huiusmodi hereditatibus in querela contentis dederunt pro jure obtento; dedit memoriales. Actum coram dominis Zbynkone archiepiscopo Pragensi, Hinkone Krussina supremo purgrauio Pragensi ɔc.

Talmberg. 80. Všehrd, 163. Brun. 232. Palacký, Arch. č. IV, 531.

15. Hinko de Wismburg citat Johannem de Wismburg pro hereditate, quia se intromisit et tenet hereditates eius. Ibi dominus Procopius marchio Morauiæ et domini barones audita querela actoris et defensione Johannis citati, quod actor non esset de legittimo thoro et quod hereditare non deberet, ac aliis defendentibus suis ɔc inuenerunt pro jure et Raczko de Sswamberg dominorum consilium exportauit: quod vtraque pars debet ducere suos testes, vt est juris, videlicet actor super legittimitate et citatus de illegittimitate, ad fer. VI quatuor temporum Quadragesimæ [1 Mart.] coram dominis baronibus, et si tunc domini inuenient et mandabunt, tunc iurabunt, vel sicut domini ibi inuenient. Acta sunt hec coram domino Procopio marchione Morauiæ et coram dominis Hermanno de Chusnik supremo camerario, Bohuslao de Krasikov supremo judice,

Vlrico de Noua domo prothonotario tabularum terre, Henrico de Noua domo purgrauio Pragensi et aliis quam pluribus baronibus eodem judicio presidentibus. Actum anno M°CCC°XCVIII°.

Talmberg. 67. Všehrd, 163. Brun. 232. Palacký, Arch. č. IV, 527.

16. Jan de Michalowicz citat Jaroslaum de Herzman ciuitate. Ibi actor non comparuit pro eo, quod ex mandato domini regis Vngariæ jednal commune bonum et fuit in seruicio regis Vngariæ et totius terræ. Dominus rex Vngariæ mandauit continuare terminum ad idem sine præiudicio juris partium ad cras Jeronimi, et super eo fuit nuncius ad tabulas Otto[1] senior de Bergow. Ibi Jaroslaus secundo infirmus. Nicolaus de castro Pragensi ponit terminum juris pro infirmitate in crastino Martini. Ibi citatus tertio infirmus.

Ibi dominæ reginæ literæ veniunt ad beneficiarios in hec verba: Nobilibus ac famosis zudariis Pragensibus, nostris dilectis. Sophia z boží milosti královna Česká. Věrní a milí! Zpravil jest nás Jaroslav z Opočna, náš věrný milý, že jest on pohnán, aby stál před vámi na tyto suché dni. Dáváme vám na vědomí, žeť on nyní sám sebú nevládne; neb jsme my jeho zavázali k takové práci, že on nyní bez odpočinutí vždy jezdí o královo pána našeho i naše počestné a dobré, pro něž on nyní naším zavázáním pracuje, k tomu roku pro nižádnú věc nebude moci přijeti. Protož žádáme toho a prosíme, majíc zřítel k tomu, jenž on v takových věcech naším přikázaním pracuje, [abyste] tak to ujednali (jakož my Vám toho věříme a ufáme,) aby on skrze to jisté nestání k tomu roku škody nevzal o tu věc, o kterúž jest pohnán. Na tom nám zvláštní službu učiníte. Datum ɔc. Qua litera per beneficiarios lecta Johannes Michalecz actor locutus est contra eam dicens, quod regina non habet hanc potestatem, quod per seruicia sua supportet quem a jure, ex quo est ad causam vstúpil ponendo se infirmum, petendo sibi dare pro jure; et beneficiarii cum huiusmodi memoria dederunt actori, ex quo citatus ad iurandum pro infirmitatibus non adstitit, pro jure obtento; dedit memoriales.

Talmberg. 68. Brun. 223. Palacký, Arch. č. IV, 529. — [1]) actor in codice Talmbergico.

17. Johannes de Mokrcze et de Krassowicz citat Offkam de Zelcze[1]. Ibi camerarius Bohunko voluit testare citationem, sed camerarius Piescensis non venit, et beneficiarii pro eo, quod idem camerarius plures citationes intricaret non veniendo ad testandum, decreuerunt, quod actores citent per duos camerarios Pragenses. Camerarius Bohunko iterum citat sic, prout beneficiarii decreuerunt. Actum a. d. M°CCCC°II°.

Talmberg. 68. Brun. 224. Palacký, Arch. č. IV, 529. — [1]) Brun. h., kdež Jan z Mokče z Krašovic pohání Elžky z Elče.

18. Johannes Zak de Zlunicz ex vna et Johannes filius Henrici de ibidem parte ab altera super omnibus causis, controuersiis, litibus, dissensionibus, omnibusque intricacionibus, quocumque nomine dici possint, in hunc diem nihil post se relinquentes, admiserunt se arbitrio potenti Johannis dicti Psik subpurgrauii castri Pragensis et Otticonis de castro Pragensi. Quidquid mandabunt et inter partes predictas pronunciabunt, hoc ratum et gratum tenere debent sub pena C sex. gr. et amissione omnium causarum inter ipsos vertencium ita, super quam partem arbitri inobedienciam faterentur, ex tunc pars obediens partem inobedientem cum solo camerario Pragensi poterit impignerare in hereditatibus suis, quas nunc habet vel in futuro habebit usque plenam percepcionem dicte pene cum impensis. Terminus pronunciandi in octaua s. Jeronymi proxime venturi. Ibi arbitri prenominati mandauerunt et pronunciauerunt: primo mandauerunt, quod ipse Johannes filius Henrici predictus predicto Johanni seniori de Zlunicz dare et soluere tenetur et debet LXV sex. gr. pr. diuisim, videlicet in die s. Georgii proxime venturi XXX sex. gr. et in die s. Galli tunc mox secuturi XXXV sex. gr. In casu si in aliquorum terminorum

termino sibi Johanni predictus orphanus soluere et dare neglexerit, extunc predictus Johannes senior debet se intromittere et poterit cum solo camerario Pragensi de hereditatibus orphani in Zlunicz ad verum jus hereditarium in summa pene memorate. Item pena sub eadem pronunciauerunt et mandauerunt, quod ipse Johannes senior sibi orphano omnes hereditates et omnia jura, que habuit in hereditatibus in Zlunicz, libere dimittere debet, et si alicui easdem hereditates intricauit seu zavadil, hoc debet liberare et odvaditi plene et ex toto. Si vero que pars contra arbitros predictos uerbo uel facto contrairet nebo se protivil, mox pateretur penam memoratam super ipsum. Actum et pronunciatum a. d. M°CCC°LXXXXIII° fer. III in octaua Jeronimi [7 Oct.].

Item a. d. M°CCC°LXXXXIIII° fer. II post festum Trinitatis sancte [15 Jun.] Johannes filius Henrici reposuit XXX sex. gr. minus XVI gr., quas Johannes senior recepit numeratas.

Item anno domini M°CCCLXXXXIIII° sabbato post Galli [17 Oct.] Johannes senior de Zlunicz omne jus, quodcumque et qualecumque habuit ad hereditates Henrici in Zlunicz, dimisit Johanni filio predicti Henrici plene et in toto, et Nicolaus vicenotarius tabularum ad hoc consensit.

Item anno domini MCCCC fer. V post Martini [18 Nov.] Jessco de Zlunicz cum camerario Ostas dominatus est in hereditatibus orphanorum Henrici de Zlunicz ibidem in Zlunicz in vadio juxta continenciam tabularum arbitrii et compromissi pleno jure. Relacio eiusdem camerarii. Et idem Johannes se cum eodem camerario de prefatis hereditatibus omnibus intromisit ad verum jus hereditarium. Relacio eiusdem camerarii.

Tab. cur. reg. XV, 22.

19. Jessco de Sebin conqueritur super Johannem de Krasneho dwora et de Witnye, quia quando Henricus de Kelecz fecit ei dampnum suo posse sine jure in hereditate regis Wenceslai in Praga — perdicio in diuersis impensis, in promptis pecuniis pro CC mar. arg. — et ipse hoc dampnum ab eo suscepit et vtitur.

Imposicio a. d. MCCCCII° f. IIII post Lancee [12 Apr.] pro dampnis maioribus.

Camerarius Gyrzik, terminus fer. VI quatuor temporum Penthecostes [19 Maji]. Ibidem terminus ad judicium in crastino Jeronimi [10 Oct.]. Ibidem terminus ad judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [22 Dec.]. Ibidem terminus ad judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [9 Mart. 1403]. Ibidem terminus ad judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [8 Jun.]. Ibidem terminus ad judicium fer. VI [sic] in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibidem terminus ad judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [21 Dec.]. Ibidem terminus ad judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [22 Febr. 1404]. Ibidem terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecosten [23 Maji]. Ibi terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi citatus non astitit, terminus monere fer. VI quatuor temporum Aduentus [19 Dec.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [13 Mart. 1405]. Ibi terminus ad idem monere in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Aduentus [18 Dec.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [5 Mart. 1406]. Ibi domini baro[nes] Boczco de Podyebrad prothonotarius tabularum terre, Brzienco de Skali, Johannes senior de Noua domo, Albertus de Conopiscz, Petrus de Strazie deputati a dominis baronibus cum minoribus beneficiariis judicantes stánie a nestánie, ex quo citatus iterum ter vocatus non astitit, actori datum est pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Jan Pykuss fuit aput citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCVII° fer. VI post festum Pasche [1 Apr.] Mathias de Chrzienow notarius minorum tabularum cum camerario Podywczone ex parte tocius beneficii induxerunt Jessconem actorem super hereditates citati in Strazow oppido, tabernas, curias rusticales cum censu, toto

quidquid ibi habet, in Witny villa integra, curia arature, municione, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendinis et omni ɔc., ac super totum, quidquid habet, in CC mar. arg. et beneficio tantumdem obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eorundem. Item a. d. MCCCCVII⁰ fer. II post Georii [22 Apr.] actor cum camerario Wenceslao dominatus est in hereditatibus in induccione contentis, obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii. Et idem Johannes actor p. e. c. b. Prag., quod de omni jure suo presenti obtento, inducto et dominato, sicut ei tabule testantur, condescendit Johanni de Rabye et de Swihow ad faciendum de eo, quidquid wlt, et deducendum illud, sicut velit; sed ipse Johannes de Swyhow statim facit eidem Johanni actori graciam specialem, si deus eum prius tolleret de medio, extunc ipse Johannes ab hac obligacione erit liber et solutus, et ipsum jus ad ipsum Johannem actorem viceuersa plene deuoluetur. Puotha de Skali fideiussit pro Johanne de Rabie, quia juste ducit jus.

Item a. d. MCCCCVIII⁰ fer. III ante Katherine [20 Nov.] Johannes de Swihow cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis, obtentis ɔc. Relacio Sezeme camerarii, sed nichil receptum. Sulko de Zalezl fideiussit pro actore, quod juste ducit jus suum.

Item a. d. MCCCCIX⁰ fer. III ante Stanislai [30 Apr.] actor cum camerario Henrico dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis ɔc. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCIX fer. II in die Marie Magdalene [22 Jul.] Jaroslaus de Budiehossczicz vicecamerarius regni Boemie cum camerario Sigismundo taxauerunt hereditates citati in Strazowye XV curias rusticales et tabernas, quorum quilibet soluit XX gr. census annui; item quilibet horum eciam soluit pro robota Crotieyowska; item za roboty Vitenské [1] II sex. gr. census de jure omnes soluunt, cum agris, pratis, riuis, et omni ɔc Johanni de Swihow in CC mar. arg. ad verum jus hereditarium et in Wytnye curiam arature, curias rusticales cum censu et municione, agris, pratis, siluis, riuis et omni ɔc et beneficiariis tantumdem, obtentis, inductis et dominatis intromittere juxta ɔc. Relacio eiusdem vicecamerarii.

A. eodem fer. IIII post Egidii [4 Sept.] Johannes de Swihow cum camerario Wenceslao dominatus est in hereditatibus predictis obtentis, inductis, dominatis et taxatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem.

Tab. cur. reg. XIV, 163. — [1]) Wytensku in codice manuscripto.

20. Lucas de Praga citat Liczkonem de Zagieczicz [1]. Ibi Martinus de Chomuticz nomine Liczkonis defendit contra citationem dicens, quia Liczko ibi cum domina non residet, sed in Krnow, et hoc iidem camerarii sunt testati, quia dominam ibi non inuenerunt. Et beneficiarii inuenerunt pro jure, quod actor debet eum de nouo citare, si vult. Relatio omnium beneficiariorum.

Talmberg. 68. Brun. 235. Palacký, Arch. č. IV, 530. — [1]) Zazieticz in codice Talm.

21. Martinus de Litowicz citat Wilhelmum de Zdiara. Ibi citatus audita querela locutus est contra actores dicens, quia dicti citati fuerunt sui censuales et sui homines, et quod ipsum de jure citare non debent. Et ipsi actores contra replicauerunt, quod ipsius censuales nunquam fuerunt, et beneficiarii maiores et minores inuenerunt pro jure, quod dictus citatus debet probare, ipsos actores fuisse homines suos, bono testimonio vel per tabulas; et si probauerit, tunc inuenerunt, quod ipsum citare non possunt nec potuerunt. Et ipsa inuentione facta mox dicti actores recesserunt non expectantes ukázaní dicti Wilhelmi, qui voluit docere per tabulas, quod fuerunt sui homines. Relatio omnium beneficiariorum.

Talmberg. 68. Brun. 218. Palacký, Arch. č. IV, 530.

22. Martha de Vgkowicz citat Albertum de Ledecz [1] pro damnis X mar. Ibi citatus odepřel se ex eo, quia actrix habens maritum de damnis citare non potest; et ideo ab instantia ipsius absolutus. Relatio omnium beneficiariorum.

Talmberg. 68. Brun. 249. — [1]) Brun. hab. Marketa z Rojkovic pohání Albrechta z Ledec.

23. Mathias de Praga, Marsso et Petrus de ibidem conqueruntur super Johannem de Wytnye. Querela: a quolibet pro X mar. arg. ꝯc.

Imposicio a. d. MCCCCIII⁰ fer. VI post Martini [16 Nov.].

Camerarius Prziech, terminus sabbato quatuor temporum Aduentus [22 Dec.]. Ibi citatus infirmus, Johannes de Glatow ponit; terminus jurare pro infirmitate in crastino Fabiani [21 Jan. 1404]. Ibi citatus secundo infirmus, Jan de castro Pragensi ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. V quatuor temporum Quadragesime [21 Febr.]. Ibi citatus in prima non astitit, actoribus datum est pro jure obtento, dederunt memoriales. Camerarius Prziech aput citatum fuit in monicione.

Item a. d. MCCCCIIII⁰ fer. II ante Gregorii [10 Mart.] Thomas de Mantow beneficiarius subcamerarii ex parte tocius beneficii cum camerario Ostassone induxerunt actores super hereditates [in] Wytny, super curiam arature cum curiis rusticalibus et censu, in Straziowie oppido, tabernis, curiis rusticalibus et censu, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente obtentas pleno jure. Przibik de Malessicz fideiussit pro impigneracione zájem.

Item anno quo supra fer. IV ante Magdalene [16 Jul.] actores cum camerario Ostass dominati sunt in hereditatibus predictis obtentis, inductis pleno jure.

Actores cum camerario Podywczone dominati sunt in hereditatibus citati in induccione contentis, obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCVII fer. IIII post festum Viti [22 Jun.] Mathias cum suis coactoribus dominati sunt in hereditatibus citati in induccione contentis cum camerario Sigismundo obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii; sed nichil receptum.

Tab. cur. reg. XIV, 158, 164.

24. Nicolaus de Caroli ciuitate conqueritur super Johannem de Witnye, quia fecit eidem dampnum suo posse in regis ꝯc. Perdicio: diuersarum literarum cum pendentibus sigillis neplněnie in diuersis impensis ꝯc et in promptis pecuniis pro C mar. argenti. Propter hoc dampnum actor literam cum pendentibus sigillis [sic]. Camerarius Jan a. d. MCCCCII⁰ fer. III in die Jacobi [25 Jul.]. Camerarius Girzik citat sabbato post Jacobi [29 Jul.], terminus in crastino Egidii [2 Spt.]; alter citat camerarius idem, terminus in Natiuitate s. Marie [8 Spt.]. Ibi citatus infirmus, Wenceslaus de Witnye ponit; terminus jurare pro infirmitate in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi citatus ad jurandum pro infirmitate in capella et in prima non astitit, actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Prziech fuit in monicione. Item a. d. MCCCCIII [1] fer. III in die Philippi [1 Maji] Thomas de Mantow beneficiarius subcamerarii ex parte tocius beneficii cum camerario Hostassone induxerunt actorem super hereditates citati in Witnye, curia arature, curiis rusticalibus cum censu, in Strazowie oppido, tabernas, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis et omni libertate in C mar. arg. obtentis, vt premittitur, pleno jure et beneficiarios tantumdem. Relacio eorundem.

Item anno quo supra fer. IIII post octauam sancti Viti [27 Jun.] Nicolaus actor cum camerario Hostassone dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis, obtentis, inductis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem.

Item a. d. MCCCCV⁰ in die Viti (15 Jun.] Nicolaus actor p. e. c. b. Prag. se teneri C sex. gr. Raczkoni de Bra[daczow] et Wenceslao de Karoli ciuitate, in quo debito statim non habens eis

pecuniam dare [sic] condescendit eis de jure suo presenti, quod illud posint juxta tabularum continenciam deducere et de eo disponere pro libito sue voluntatis, tamquam ipsemet facere posset, et ita, quod pars mortui in superstitem deuoluatur. Jessko dictus Drastata de Salan fideiussit pro Raczkone, quia juste ducit poprawam.

Item a. d. MCCCCVI° fer. II post dominicam Palmarum [4 Apr.] Raczko de Bra[daczow] cum camerario Przechone dominatus est in hereditatibus Johannis citati in induccione contentis, obtentis, inductis ac dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii, sed nichil receptum.

Item a. d. MCCCCVI° fer. V ante Bartholomei [19 Aug.] Raczko cum camerario Przechone dominatus est in hereditatibus predictis, ut premittitur, pleno jure.

A. d. MCCCCVII fer. VI ante Philippi et Jacobi [29 Apr.] Raczko predictus cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus predictis inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure.

A. d. MCCCCIX°[1][2] feria II in die Marie Magdalene [22 Jul.], Jaroslaus de Budyhosticz vicecamerarius regni Boemie cum camerario Sigismundo taxauerunt hereditates citati in Brty villa cum sex laneis agrorum et curiis rusticalibus cum censu, et molendinum prope Brty cum censu, agris, pratis, riuis, robotis, pullis, et aliis honoranciis nichil penitus eximendo, quorum quilibet laneus soluit $1\frac{1}{2}$ sex. gr. census annui et in Witnye curiam arature cum municione, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni ɔc, et quidquid ibi resultat ultra hoc, quod est beneficiariis taxatum cum Johanne de Swihow, Raczkoni de Bradaczow [in] C mar. arg. ad verum jus hereditarium et beneficiariis tantumdem obtentis, inductis, dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eorundem.

Tab. cur. reg. XIV, 164. — [1]) In manuscr. MCCCCIIII°. [2]) In manuscr. MCCCCX°.

25. Nicolaus de Vgezda citat Agnezkam de Zalanow[1] ɔc. Ibi citati exceperunt se dicentes contra citationem, esse de prouincia Gurimensi et quod cum vno camerario citari non debent, et beneficiarii deliberati cum Sezema procuratore camerariorum indagati sunt, quod sunt de prouincia Gurimensi. Ideo si actor vult citare de nouo, prout debet de jure, bene potest.

Talmberg. f. 80. Brun. 224. Palacký, Arch. č. IV, 531. — [1]) Brun. habet: kdež Mikuláš z Újezda Elšky z Čakanova pohání.

26. Ogierz de Mrdicz conqueritur super Henzlinum de Hermani ciuitate et Hostinneho et de Mrdicz, quia se intromisit sine jure et tenet hereditatem eius poslúpnú Hermanowo miestcze, duas curias arature et integram ciuitatem, u Mrdicz municionem et dva pluhy role, in Clesiczich villam integram, in Costelczi villam integram, in Naczesiczich curias rusticales, in Wiczemiliczich curias rusticales, in Wydrziczich integram villam, in Slawkowiczich integram villam, in Hodech integram villam, in Prachowiczich [villam] integram, in Dietoniczich [villam] integram, in Nowemdworu duas curias rusticales cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendinis, juribus patronatus ecclesiarum et omni libertate ad ea pertinente, ad quam hereditatem habet melius jus quam ipse post svém patrem Hermannum quondam dictum de Mrdicz indiuisum.

Imposicio fer. III post Katherine [1398?]; trina citacio. Camerarius Przech, terminus fer. VI quatuor temporum Aduentus. Secundus camerarius Ostass, terminus in vigilia Purificacionis Marie. Tercius camerarius Jan, terminus sabbato quatuor temporum Quadragesime. Ibi terminus ad judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes. Ibi terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi.

Tab. cur. reg. XXI, 146.

27. Petrus de Smikus citat Petrum de Przibenicz. Ibi facta citatione citatus dixit, se non vocari Petrum sed Nicolaum, et beneficiarii inuenerunt pro jure, quod citatus debet docere iuramento sine errore, quod non vocatur Petrus sed Nicolaus.

Talmberg. 69. Všehrd, 110. Brun. 235. Palacký, Arch. č. IV, 530.

28. Prziba de Bynicz citat Katheriuam de Planias. Ibi domini barones maiores beneficiarii, Alsso de Drazicz supremus camerarius, Hinko Berka de Honsstein supremus judex, Nicolaus de Praga et de Wozicze prothonotarius regni Bohemiæ cum dominis baronibus auditis partibus et visis tabulis traductionis ipsius Przibæ actricis et vnione et responsione Zachariæ, qui habuit se přiti [1] cum Prziba, ex eorum in eos beniuola submissione inuenerunt pro jure et Andreas de Duba dominorum potaz exportauit, quod quicquid ipsa Prziba, viuente marito eius obligauit vel vendidit, hoc sibi in eius dotalicio preiudicari non debet; si vero quid in sua viduitate venderet vel obligaret, to má odvaditi: ex quo dotem habet in hereditatibus in Biniczych, pro qua citat, et eam nulli in sua viduitate obligauit, super eisdem hereditatibus dotalibus in querela contentis dederunt sibi Przibæ pro jure obtento; dedit memoriales. Actum a. d. 1410.

Talmberg. 68. Všehrd, 220. Brun. 236, 249. Palacký, Arch. č. IV, 532. — [1]) In cod. Talm. se przi te.

29. Sstiepan et Niclas de Praga citant Johannem de Vsti. Ibi a. d. 1398 sabbato quatuor temporum Aduentus Przibiko de Kamenicze nomine Johannis citati defendit contra hoc jus obtentum dicens, quia ipse citatus est de genere baronum et per minores beneficiarios judicari non potest nec debet, nec etiam debet citari minoribus damnis per coactores; docere vult, sicut domini sibi inuenient.

Talmberg. 67. Palacký, Arch. č. IV, 528.

30. Wessel de Lhoty conqueritur super Henricum de Libieticzek ꝛc. Camerarius Bohunko citauit; terminus sabbatho Penthecosten. Querela: quia mandauit posse suo Dyepoldo de Libieticzek facere sibi dampnum sine jure in eius hereditate in Lhotie. Perdicio in diuersis impensis, in domesticis rebus et in promptis pecuniis pro X mar. arg. minus lothone. Ibi quilibet actor similiter conqueritur. Ibi citatus non astitit, datum actoribus pro jure obtento, dederunt memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Nicolaus Przihoda fuit in monicione.

Item a. d. M°CCC°LXXXXV° fer. V ante Mathei Ewangeliste Johannes dictus Hajek cum camerario Johanne Oprssal induxerunt actorem Wesel super hereditates Henrici in Libieticzek, curiam arature [cum] agris, pratis, siluis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, in X mar. arg. minus lothone, vt premittitur, pleno jure et beneficio tantumdem.

Item eodem die idem beneficiarius cum eodem camerario induxerunt Wenceslaum de Praga, Welikonem et Andream de nulliunde super hereditates Henrici de Libieticzek cum agris ꝛc ut supra.

Item anno quo supra sabbatho post Jeronymi actores Wessel, Wenceslaus, Welik et Andreas cum camerario Johanne Oprssal dominati sunt in hereditate Henrici in induccione contenta, prout in tabulis citacionum terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIV, 245.

31. Vlricus de Kostelecz citat Putham de Opoczna pro decem millibus mar. arg. Ibi domini barones auditis partibus, videlicet actoris et citati et eorum narrationibus inuenerunt pro jure et Brzenko de Sswihow dominorum potaz exportauit, quod actor de tanto, quod non habuit nec habet, neque citare non potest, et ideo Putha ab hac citatione debet esse liber. Actum coram dominis baronibus; relatio domini Smilonis prothonotarii regni Bohemiæ anno MCCCLXXXXVII°.

Talmberg. 67. Brun. 234. Palacký, Arch. č. IV, 526.

32. Wilem de Duban senior citat Georgium de Hradku. Ibi citatus locutus est contra citationem dicens, quia actor est captiuus et citare non potest, et actor contra dicebat, quia incepit citare, quando fuit liber. Terminus cum his ad barones. Actum a. d. 1399.

Talmberg. 67. Palacký, Arch. č. IV, 527.

33. Venceslaus Bohemiæ rex cum maioribus beneficiariis et Pragensibus beneficiariis et Otta de Bergow citant Petrum de Kosti. Ibi Petrus citatus locutus est contra citationem dicens, quod est kmet, et quod non est debite citatus, prout kmet deberet citari; secundo, quia beneficium non est plenum, quia vicecamerarius non fuit locutus et camerarius testatus est a pleno beneficio; tertio, quia actores positi in citatione — dominus rex, supremus camerarius, Hinko Berka de Honsstein supremus judex et Smilo prothonotarius tabularum, qui sunt expressi in citatione — non adstiterunt. Ex aduerso Otta actor dixit, quod citatus non esset kmet, nec vnquam v kmetstvo iurauit, et si esset kmet, pro repulsa non deberet vt kmet citari; sed ex quo ordo juris antiquitus tentus circa repulsa est obseruatus et maiores beneficiarii stant simul cum minoribus beneficiariis, prout fuit ab antiquo circa repulsas seruatum, quod ipsa citatio jure processit, et eius testatio potest esse etiam coram solo notario tabularum quocumque tempore, nec potest contra eam citatus contra minores beneficiarios quidquam loqui, quia testata est pleno jure, et Otta actor, per quem facta repulsa, in testatione eius adstitit. Terminus cum his ad barones in crastino Jeronimi. Ibi Johannes Seraphin commissarius Ottæ petiit emendari terminum ad idem ad barones, prout est de jure; et beneficiarii non permiserunt emendari termiuum per literam domini regis, per quam mandat, quod contra citatum non procedatur, nisi sit tanquam kmet citatus.

Ibi a. d. MCCCC ante Georgii Venceslaus Bohemiæ rex per Hermannum Chusnik supremum camerarium regni Bohemiæ dimisit et mandauit dimitti istud jus Ottoni de Bergow, quod mandauerat prius arrestari per literam suam, quod habeat processum suum. Relatio Bohunkonis Publice [sic] et Stephani vicenotarii.

Talmberg. 67. Všehrd, 172, 338. Brun. 223, 230, 237, 238. Nálezové, 286, 329. Palacký, Arch. č. IV, 528.

34. Venceslaus et Jan de Praga citant Pessika de Ohnisstian. Ibi a. d. 1401 fer. VI post Omnium sanctorum actores postulauerunt beneficiarios super inductione in jure presenti super citatum, et beneficiarii tunc eis responderunt, quia camerarios habere non possunt ex eo, quia camerarii ire nolunt ad inductiones nec aliquem actum facere, nisi prius camerarius, qui tenetur in captiuitate Johannis de Wartmberg, de captiuitate mittatur. Et ipsi actores, ne juri eorum noceat, petierunt hanc memoriam adnotare, et est jussu beneficiariorum adnotata.

Talmberg. 68. Palacký, Arch. č. IV, 529.

35. Venceslaus Wnietierz [1] de suburbio Pragensi citat Michalkonem de Ostrowa. Ibi pro eo quod citatus respondit querelæ non muniendo sibi jus, actoribus [sic] datum est pro jure obtento; dedit memoriales etc.

Talmberg. 68. Brun. 231. — [1]) Brun. h. Vintíř.

36. Wienko de Slupna citat Venceslaum de Slupna. Ibi pro eo quod citatus adstans mandauit se ponere infirmum, actori datum est pro jure obtento.

Talmberg. 67. Všehrd, 24. Brun. 229. Palacký, Arch. č. IV, 527.

ALBUS CITATIONUM.

(C. 1405—1406.)

1. Albertus de Konopisst citat Agnezkam de Janowicz, et etiam super eo, quod sicut ipsa domina Agnezka dotem suam proscripsit, si per hoc mutauit statum suum vel non mutauit, debent tenere, quicquid beneficiarii inuenirent sub dicta pena. Ibi in termino sancti Jeronimi beneficiarii auditis partibus et visis tabulis dotalicii ipsius Agnezcze potázavše se cum dominis Czienkone de Wesele, Henico de Walsstein et de Nieztieky, Jaroslao de Hermanni ciuitate in præsentia ambarum partium inuenerunt pro jure et pronuntiauerunt sub pœna præfata: quod ipsa domina debet circa dotem suam, videlicet tantum in Janowiczych et munitione et curia araturæ cum agris, pratis, siluis, piscinis, quæ fuerunt eidem dominæ ex gratia addita, donec statum vidualem non mutaret, illa debent pertinere ad ipsum Albertum, et ipsa debet eis carere, quia per obligationem dotalicii sui statum suum mutauit. Iterum pronuntiauerunt et mandarunt sub ipsa pœna, quod ipse Albertus debet dimittere jus in ea obtentum in toto. Iterum pronuntiauerunt, quod omnes impensæ, damna, lites, dissensiones, et etiam de vestimentis et lectisterniis, de quibus ipsa eum inculpauit, illa omnia debent præterire et recompensari. Actum a. d. MCCCCVII°.

Talmberg. 63. Brun. 238. Palacký, Arch. č. IV, 536.

2. A. d. MCCCCV Bedricus de Winarzicz conqueritur super Petrum de Trziebotczie, quia mandauit posse suo Petro de nullis facere ei dampnum sine jure in eius hereditate in Winarzicz. Perdicio in diuersis impensis, in diuersis domesticis rebus et in promptis pecuniis pro CC mar. arg. Inposicio ut supra ante Katherine. Citacio per Henricum camerarium. Ibi citatus infirmus; Wenceslaus de Trziebotcze ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. V quatuor temporum Quadragesime [4 Mart. 1406]. Ibi citatus secundo infirmus; Johannes de Trziebotczie famulus ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. IIII post Conductum Pasche [21 Apr.]. Ibi citatus ad iurandum pro infirmitate in capella non astitit; actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Prziech fuit apud citatum in monicione.

Item anno domini M°CCCC°VIII° sabbato ante Galli [13 Oct.] Buzko de Libowycze cum camerario Prziechone ex parte tocius beneficii induxerunt actorem super hereditates citati in Trziebotczy super municionem, curiam arature, curiis rusticalibus [sic] cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente in CC mar. arg. et beneficio tantumdem, obtentis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii et camerarii. Petrus de Trziebewlicz fideiussit pro actore, quia juste ducit jus.

Item a. d. MCCCCIX fer. II post Dorothee [11 Febr.] actor cum camerario Johanne Oprssal dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis, obtentis et inductis, ut premittitur, pleno jure. Ralacio eiusdem. Sigismundus et Puress de Trziebiewlicz fideiusserunt pro actore, quia juste ducit jus.

Item a. d. MCCCCX sabbatho ante Georgii actor cum camerario Prziech dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis, obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item anno domini MCCCCX sabbatho post Corporis Christi [24 Maji] Petrus citatus recognouit coram b. Prag., se teneri XLV sex. gr. Bedrico actori et suis heredibus pro dicto jure

suo obtento et pro dampnis et impensis ex concordia amicabili, quas sibi soluere debet in festo s. Galli [16 Oct.] proximi et dare sibi literam super eisdem pecuniis cum pendentibus sigillis et bonis fideiussoribus in festo s. Margarethe [22 Jul.] proximo sub pena CC sex. gr. in citacione contenta pro jure obtento et plene deducto. Et idem Petrus debet traducere dotem vxoris sue CCL sex. gr. de hereditatibus in Trziebotczi ad alias hereditates liberas hinc et festum S. Spiritus proximum sub dicta pena, ita, si non faceret premissa, tunc ipse Bedricus cum solo camerario poterit eum impignorare in hereditatibus omnibus habitis et habendis ad percepcionem dicte pene cum impensis et quod omnes alie lites, dampna, impense, repulse, quidquid concernit ipsum Bedricum, inter eos debent preterire in toto, excluso hoc, quod jus obtentum pro dampnis illud non debet dimitti, donec sibi Bedrico premissa non implebuntur per dictum Petrum cum effectu; sed postquam premissa implebuntur, tunc ipse Bedricus debet illud jus obtentum imponere ad tabulas in eo jure, sicut solus habet, illi uel illis, cui ipse Petrus mandabit, sine contradiccione. Et eciam prefati Petrus et Bedricus pro omnibus aliis rebus, quidquid simul habuerunt agere, vna cum eorum heredibus debent habere pacem perpetuam et vna pars aliam et eorum heredem non debet inquietare seu monere vllo jure perpetue, quia sunt in toto concordati; si uero aliqua pars aliam inquietaret aliquo jure, ex tunc nullum jus debet sibi juuari [sic].

Item a. d. MCCCCX fer. IIII ante festum s. Jacobi [23 Jul.] beneficiarii Pragenses in presenti causa inter Bedricum actorem et Petrum citatum sic ex eorum in eos beniola submissione ipsos concordauerunt, quod prefatus Petrus dedit sibi Bedrico L sex. gr. pecunia in parata, et ipse Bedricus debet intabulare hoc jus obtentum, inductum et dominatum, cui ipse Petrus mandabit. Et statim idem Bedricus p. e. c. b. Prag., quod omne jus suum predictum obtentum, inductum et dominatum ita et in eo pleno jure, sicut sibi tabule testantur, vendidit Barbare vxori Petri de Trziebotczie et Jesskoni dicto Dupowecz de Praga pro CC sex. gr. integre persolutis et eis de dicto jure plene et in toto condescendit, nullum jus sibi ad huiusmodi hereditates reseruando, et quod decedente vno ex eis pars eius in superstitem deuolui debet, cum ea condicione, si prefata Barbara maritum suum preuixerit et vellet sáhnúti dotalicio suo super hereditates in Hlubanech, tunc ipsi debent hoc jus obtentum vendere et intabulare sibi Bedrico viceuersa sine contradiccione, et ipse Bedricus, si sibi hoc jus intabulare nollet, poterit se de eodem intromittere jure cum camerario Pragensi et facere ac disponere de eo pro libito sue voluntatis sine contradiccione cuiuslibet hominis. Et prefati Bedricus et Petrus pro hiis omnibus, quidquid secum habuerunt agere, habere debent pacem perpetuam, et vna pars aliam inquietare non debet vllo jure pro hiis omnibus rebus.

Item a. d. MCCCCXI fer. V ante dominicam Invocauit [19 Febr.] Barbara vxor Petri de Trziebotcze p. e. c. b. Prag., quod de omni jure predicto, obtento, inducto et dominato ita et in eo jure, sicut sibi tabule testantur, condescendit Jesskoni dicto Dupowecz de Praga et suis heredibus, nullum jus sibi amplius ibidem reseruans.

Item a. d. MCCCCXIII fer. V ante Georgii [20 Apr.] Jessko Dupowecz de Praga cum camerario Henrico dominatus est in hereditatibus in Trziebotczy in induccione contentis, obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXIIII fer. IIII ante Galli [10 Oct.] Johannes Dupowecz predictus cum camerario Johanne dominatus est in hereditatibus in Trziebotczy in induccione contentis, obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii; sed nichil receptum.

Item a. d. MCCCCXVI fer. II post Stanislai [11 Maji] actor Johannes Dupowecz cum camerario Wenceslao Nyemecz dominatus est in hereditatibus in Trziebotczy in induccione contentis, obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Tab. cur. reg. XV, 93.

3. Czenko et Zawisse de Tuchonicz citant Purkhardum de Rupowa. Ibi camerarii duo, Przech et Kwieton, testati sunt citationem dicentes, quia camerarii illius districtus propter nimiam inundationem aquarum haberi [1] non potuerunt; et ad huiusmodi citationem citatus non adstitit, sed literam misit dicens, se indebite esse citatum, cuius est literæ tenor talis, vt sequitur: Služba má napřed. Také vám věděti dávám, tak jakž jsem pohnán od těch z Walšteina, od Čenka a bratra jeho k dnešnímu dni, že jsú mně křivě pohnali; neb jest komorník kraje našeho při tom nebyl; a tohoť se táhnu na toho komorníka; ani jsú kterého dalšího práva učinili, jakož země za právo má. Protož vás prosím z práva, abyšte na mne svědčiti nedali, tak ačli by chtěli svědčiti; neb by mi se od nich krátko stalo. Pakli byste svědčiti dali, tehdy bych to musil žalovati přede pány na zisk i na ztrátu, že by mi se krátko stalo.

Talmberg. 63. Palacký, Arch. č. IV, 537. [1]) In codice Talmberg. habere.

4. Leta 1410 v středu na svatú Kedrutu, kdež Jiřík z Kasalic pohání Jana. Kdož na vyhlášení póhonův právo ustojí, a potom po soudu, když staná práva dávají, do šrankův nevstoupí, ztratí to stané právo.

Nálezové, 158.

5. Anno domini M°CCCC°VI°. Johannes de Luniek conqueritur super Benessium de Lemberga, Jankonem de Dieczina, Henricum de Pokraticz, Johannem de Milessowa, quia mandauit posse suo Johanni de nulliunde facere ei dampnum sine jure in eius hereditate in Luniek. Perdicio diuersorum censuum argenteorum peccunialium, desercione in diuersis impensis et in promptis peccuniis pro CCC marcis argenti. Similis super aliis.|

Juxta: Imposicio fer. II post Lancee [26 Apr.] pro dampnis, quemlibet pro CCC marcis.

Juxta: Camerarius Jan, terminus feria VI quatuor temporum Penthecostes [4 Jun.]. Ibi Henricum citatum infirmum Bernardus de Radiczin posuit; terminus jurare pro infirmitate in crastino Margarethe; sed Benessius, Janko et Johannes citati non astiterunt; terminus monere in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi Henricus citatus ad jurandum pro infirmitate in capella non astitit, actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Wenceslaus fuit aput Henricum in monicione.

Dominus Wenceslaus Byczіek altarista Omnium sanctorum in ecclesia Lutomirziczensi defendit et Nicolaus de Montibuscuthnis similiter defendit contra hoc jus obtentum et hereditates in Pokraticzich, de quibus Henricus citatur, dicentes, quia in eisdem hereditatibus habent XXIIII sex. gr. census prescripti annui nudi et perpetui; docere volunt, sicut domini invenient et quando eis terminum dabunt. Actum a. d. MCCCCVI fer. VI post Bartholomei [27 Aug.]. Ibi terminus ad idem monere cum Benessio, Jancone et Johanne fer. VI quatuor temporum Aduentus.

Item a. d. MCCCCVI dominico post Jeronimi [3 Oct.] actor ex vna et Henricus citatus parte ex altera pro omnibus causis, litibus, controuersiis, dampnis, impensis, quidquid est inter eos in hanc diem nichil penitus post se dimittendo, potenter admiserunt se arbitrio actor Wankonis de Keblicz, uel si illum habere non posset, tunc alterius, quem poterit habere; quidquid mandabunt, pronunciabunt [sic] auditis literis, tabulis et narracionibus ipsorum, ratum et gratum tenere debent sub pena centum sex. gr. et amissione cause presentis pro jure obtento, inducto, dominato et plene deducto, super quam partem dicti arbitri inobedienciam faterentur, sic quod pars obediens inobedientem cum solo camerario poterit impignorare in hereditatibus omnibus habitis et habendis vsque plenam percepcionem dicte pene cum impensis. Terminus conducendi arbitros in crastino Martini [12 Nov.] coram beneficiariis in castro Pragensi tota die sub pena prefata; terminus terminandi statim ibidem illo die, si vero ibidem non terminarent illo die, tunc finaliter debent

terminare vsque sabbatum quatuor temporum Aduentus, et illa tota die sine dilacione sub ipsa pena. Si vero in aliquo discordarent et terminare non possent, tunc debent statim vznesti super beneficiarios Pragenses, et quidquid eos informabunt, hoc pronunciare debent statim ibidem sabbato quatuor temporum Aduentus [8 Dec.] sine dilacione sub pena prefata.

Ibi videlicet sabbato quatuor temporum Aduentus beneficiarii Pragenses ita sicut Wanko de Keblicz et Dalibor de Malikowicz arbitri vznesli jsú super eos nichil neučinivše, tak ipsi beneficiarii navrátili jsú je strany k témuž právu, jakož jsú byly před zapsáním tohoto ubrmanstvie. Relacio omnium beneficiariorum.

Ibi terminus ad idem monere cum Jankone, Benessio et Johanne feria VI quatuor temporum Quadragesime [18 Feb.]. Ibi domini Boczko prothonotarius tabularum, Brzenko de Skala, Johannes de Noua domo senior, Albertus de Conopisst et Petrus de Straze cum minoribus beneficiariis judicantes stánie et nestánie, ex quo Janko de Dieczina et Johannes Hlawa de Milessowa iterum ter vocati non astiterunt, actori dederunt pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Wenceslaus fuit aput citatos Johannem et Jankonem in monicione.

Item a. d. MCCCCVII fer. III ante Georgii [19 Apr.] Buzko de Libowicze beneficiarius regine cum camerario Jacobo induxerunt actorem ex parte tocius beneficii super hereditates Johannis dicti Hlawa citati, in Milessowie curiam arature, villam integram, castrum, in Chotomyrzi curiam arature, curias rusticales cum censu, in Dolikowiczich curiam arature, curias rusticales cum censu, in Trzstienie curias rusticales cum censu, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente in CCC marcis argenti et beneficio tantumdem obtentis, ut premittitur, pleno jure. Relatio eorundem.

Item anno eodem fer. II ante Georgii [18 Apr.] beneficiarius et camerarius iidem ex parte tocius beneficii induxerunt actorem super hereditates Jankonis de Dieczina citati, Dieczin opidum, curiam arature, in Slawikow, in Krzessiczie, in Boleticze villas, in Podmokly curiam arature, villas, curias rusticales cum censu, in Schonburn, in Kunysgwald, in Syrzegewicze curiam arature, curias rusticales cum censu et Dieczin castrum cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente in CCC marcis argenti et beneficio tantumdem obtentis, ut premittitur, pleno jure. Relatio eorundem. Erhardus de Skalky fideiussit pro actore, quia juste ducet jus.

Item a. d. MCCCCVII fer. VI post Corporis Christi [27 Maji] actor cum camerario Wenceslao dominatus est in hereditatibus citatorum in induccione contentis, obtentis et inductis, ut premittitur, pleno jure. Relatio eiusdem. Erhardus de Skalky fideiussit pro actore, quod juste ducet jus.

Item a. d. MCCCCVIII fer. II post Omnium sanctorum [5 Nov.] actor cum camerario Johanne dominatus est in hereditatibus Johannis Hlawa in induccione contentis, obtentis et inductis, ut premittitur, pleno jure.

Item a. eodem fer. quinta post Omnium sanctorum [8 Nov.] actor cum eodem camerario dominatus est in hereditatibus Jankonis citati in induccione contentis, obtentis et inductis, ut premittitur, pleno jure. Relatio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCVIII fer. III post Martini [13 Nov.] Smil, Habardus de Solan et Bussko de Vgezda per Przibkonem de Wolkerzowa defendunt contra hoc jus obtentum et hereditates in Trzstienie, de quibus Johannes Hlawa citatur, dicentes, quod habent eas in terre tabulis prius, quam eum citacio apprehendit et citatus eis ibi nichil potuit perdere. Docere volunt tabulis fer. VI quatuor temporum Aduentus [21 Dec.]. Ibi terminus ad idem docendi fer. VI quatuor temporum Quadragesime [1 Mart. 1409].

A. d. MCCCCVIII dominico ante Natiuitatem Christi [23 Dec.] Bussko beneficiarius regine recognouit coram beneficiariis Pragensibus, quod sicut fecerat induccionem super hereditates

Jankonis de Dieczina, quia eciam induxit super hereditates dicti Jankonis in Brzezen paruo, Brzezen magno, in Rochow, in Wrbyeziany et in Lukowczy, villas, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis et omni libertate ad ea pertinente in summa memorata. Ad relationem dicti Buzkonis et omnium beneficiariorum. Erhardus de Skalky fideiussit pro actore, quod juste ducet jus super Jankonem citatum.

Item a. d. MCCCCIX fer. III post dominicam Palmarum [2 Apr.] actor Johannes cum camerario Wenceslao dominatus est in hereditatibus Jankonis citati in induccione contentis, obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relatio eiusdem camerarii.

Item anno eodem fer. III ante Assumpcionem sancte Marie [13 Aug.] Jaroslaus de Budiehosticz vicecamerarius regni Bohemie cum camerario Jacobo taxauerunt hereditates Jankonis citati, in Rochowie quatuor curias rusticales cum censu, in quibus resident Mikess soluens 2 $^1/_2$ sex. et 3 gr. census, Nicolaus soluens 1 $^1/_2$ sex. gr. census, Anka soluens 1 $^1/_2$ sex. et 3 gr. census, et illi omnes homines eciam soluunt 6 pullos, 55 oua census; et in Wrbiczan duas curias rusticales cum censu, in quibus resident Walenta soluens 2 sex. minus 9 gr. census, Jan Pisczick subses soluens quinque gr. census, Broz soluens 28 gr. census; in Syrzegewicz curiam arature, mediam vineam, illam partem a vinea Hanussii dicti Kaplerz, cum agris pratis, pomeriis, flumine et omni libertate ad ea pertinente; et in Lukowczy villam, curias rusticales cum censu, in quibus resident Jan Trehlaw soluens 28 gr. census, Mathias soluens 2 sex. 6 gr. census, Hadacz soluens 15 gr. census, Textor soluens 75 gr. et 15 hal. census, Nicolaus soluens 37 gr. census, duos pullos et pro vno grosso suinilas [?] Mauricius subses soluens XV grossos census, cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente Johanni actori in CCC marcis argenti et beneficio tantumdem ad verum jus hereditarium obtentis, inductis, dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eorundem. Et statim post taxam Wenceslaus vicenotarius tabularum et Margaretha de Ssepetel defendunt hereditates in Syrzegewiczich in taxa nominatas dicentes, quod habent in eisdem hereditatibus CCL s. gr. dotales prescriptas, de quibus se cum camerario intromiserunt; docere volunt tabulis, quando eis necesse erit.

Item a. d. MCCCCX f. VI in octaua Assumpcionis sancte Marie [22 Aug.] actor Johannes cum camerario Johanne Pikus dominatus est in hereditatibus olim Jankonis de Dieczina citati obtentis, inductis, dominatis et taxatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXIX f. III post festum sancte Trinitatis [13 Jun.] Johannes Srsa de Lunyek dimittit jus obtentum et taxatum predictum in toto Sigismundo filio Jankonis de Dieczin et ipse cum beneficiariis pro culpis concordauit. Relacio omnium beneficiariorum.

Extr. orig. Mus. boh.

6. Johannes de Sowogiowicz citat Jarossium de Opoczna. Ibi domini barones auditis vtriusque partis tabulis et narrationibus eorum inuenerunt pro jure et Johannes de Noua domo et de Wilharticz dominorum consilium exportauit: quod nullus hominum potest přesvědčiti tabulas, et inde Jarossio pro hereditatibus in Opoczna, pro quibus eum Johannes citat, cum solus consensit et disbrigator fuit, dederunt pro jure, quia debet in eis ab eo perpetuam pacem habere. Actum a. d. MCCCCVI quatuor temporum Quadragesime [3—6 Mart.].

Talmberg. 63. Brun. 219. Nálezové, 277. Palacký, Arch. č. IV, 536.

7. Johannes de Opoczna citat Tassonem et Alssonem de Wrzesstiow. Ibi domini barones Alsso Sskopek de Duba supremus camerarius, Hinko Berka de Honsstein supremus judex, Czenko de Wesele et alii barones ex prorogacione termini a sabbato quatuor temporum ad barones audito Johanne Krussina et litera citati, per quam excusat se, quia in termino citationis stare non potuit, inuenerunt pro jure et Albertus [de] Kolowrat dominorum potaz exportauit: quod

Alsso citatus per literam suam missiuam non potuit jus suum arrestare, et ideo mandauerunt actori dare pro jure obtento; dedit memoriales. A. 1407 fer. III post Francisci [11 Oct.].

Talmberg. 63. Brun. 232. Palacký, Arch. č. IV, 536.

8. *V bílých dskách puohonných krále Václava na konci knih.*

Co komorníkóm od kterého kraje, když pohánějí, dáváno býti má:

Pražský	5 gr.
Kouřimský Vltavský Boleslavský Litoměřický Žatecký Rokycanský [1] Berounský Čáslavský	ti dávají Pražskému komorníku X gr. a druhému V gr.
Chrudimský Hradecký Majtský Piesecký Podbrdský	ti dávají Pražskému komorníku XV gr. a druhému dávají VII gr.
Prachenský	Pražskému XV gr. a druhému IX gr.
Klatovský Plzenský Střiebrský Sušický	ti dávají Pražskému komorníku XV gr. a druhému X gr.

Vindob. N. 5106, f. 12. Talmberg. 69. Palacký, Arch. č. IV, 537. — [1]) Recte: Rakovnický.

NIGER CITATIONUM.

(C. 1407—1410.)

1. Anna de Byssicz conqueritur super Pechlinum de Liblicz, quia se intromisit sine jure et tenet eius hereditatem dotalem obligatam in Byssiczich curiam arature, curiam rusticalem cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, ortis, molendinis et omni libertate ad ea pertinente, in qua hereditate habet LXX mar. argenti dotales, quia ei hoc argentum dotauit Pawlico de Bissicz quondam dictus, maritus eius, quando pro eo tradita est et ipse sibi eam duxit in vxorem, prout hoc in tabulis terre continetur. Inposicio citacionis a. d. MCCCCVIII fer. II post festum s. Viti [18 Jun.].

Camerarius Bohunco, terminus in crastino Margarethe [14 Jul.]. Terminus ad judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [21 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [1 Mart. 1409].

Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecosten [31 Maji]. Ibi citatus audita querela dixit, quia in illo eam impedire non wlt, quando per tabulas ostendet, et wlt sibi statim cedere, et statim actrix docuit per tabulas, quia habet dotalicium a Pawlicone de Bissicz in Bissiczich in curia rusticali et in omnibus suis aliis hereditatibus, que sibi cesserunt in diuisione, cum agris, pratis, siluis, ortis, riuis et omni libertate ad ea pertinente et in toto, quidquid sibi cessit, a fratribus suis cum omnibus rebus mobilibus habitis et habendis, excepto molendino LXX sex. gr., et super eo dederunt ei pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum.

Item a. d. MCCCCIX fer. IIII ante Omnium sanctorum [29. Oct.] Anna actrix ex vna cum fideiussoribus suis Wenceslao de Wrbicze et de Praga et Martino sartore de Praga et Pechlinus citatus cum fideiussore suo Biczeno de Bechlina parte ex altera super omnibus causis, litibus, controuersiis, dampnis, impensis, citacionibus et signanter super dotalicio ipsius Anne, quod habet in hereditatibus in Byssiczich, nihil penitus post se dimittendo potenter admiserunt se arbitrio et ordinacioni beneficiariorum Pragensium minorum et Jesskonis Rotsteiu purgrauii Pragensis; quidquid mandabunt visis tabulis eorum, ratum et gratum tenere debent sub pena amissionis cause et XXX sex. gr., super quam partem arbitri inobedienciam faterentur, sic quod pars inobediens perdat causam suam et penam predictam in toto ad partem tenentem. Terminus terminandi hinc et quatuor tempora Aduentus [18—21 Dec.] proxima circa apercionem tabularum, donec fuerint aperte, sub dicta pena. Si vero in dictis quatuor temporibus tabule non fuerint aperte, tunc circa primam apercionem sub eadem pena, et quando partibus terminum dabunt. Et statim Anna commisit causam suam Elzcze filie sue et Stephano filio suo, et Pechlinus condescendit Johanni plebano de Liblicz.

Ibi videlicet fer. VI post Epiphaniam domini [10 Jan. 1410] beneficiarii Pragenses et Jessco Rotstein purgrauius Pragensis potentes arbitri, davše partibus terminum ad pronunciandum, auditis partibus et eorum narracionibus, testimoniis et tabulis et ex eorum beniuola submissione pronunciauerunt et mandauerunt sub pena prefata, quod prefata Anna debet habere pacem in illa curia rusticali et quidquid ad hoc pertinet, in qua residebat Pawlico maritus eius, prout sibi tabule ipsius dotalicii testantur, et debet habere pacem ab ipso Pechlino in tercia porcione in agris curie arature cum agris, pratis, siluis, ortis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, excepta curia tantum, que fuit olim curia Ramssonis, patris dicti Pawliconis, et sicut idem Pawlico ibi habuit vnam porcionem curie arature predicte, et aliam porcionem emerat aput Ramssonem fratrem suum ipse Pawlico. Que curia erat prius diuisa inter sex fratres et in sex porciones equales, prout hoc et ipsi Anne et Pawlikoni in tabulis continetur. Ex quibus omnibus porcionibus simul junctis ipsa Anna debet habere veram terciam porcionem sine impedimento, exclusa tantum curia arature in se, in qua porcionem non habet, et ipse Pechlinus eam in illis impedire non debet sub pena prefata. Item mandauerunt sub dicta pena, quod prefatus Pechlinus non debet eam in his impedire, nec filio eius juuare nec alicui alteri, qui contra eam instaret super dictis hereditatibus ipsius dotalicii. Et ipsa debet se intromittere de eisdem hereditatibus, quando sibi placebit et quando videbitur sibi expedire. Item mandauerunt sub eadem pena, quod prefatus Pechlinus debet sibi Anne dare et soluere pro impensis et subsidio, vt equitet ad intromittendum se de hereditatibus predictis vnam sex. gr. hodie toto die sub dicta pena. Qui statim dedit vnam sex. gr. et Anna recepit eandem. Item mandauerunt sub eadem pena, quod alie omnes res, lites, dissensiones, dampna, citaciones, impense inter eos ex vtraque parte facte debent preterire et mori et hincinde compensari, et pro hiis omnibus debent inter se habere pacem perpetuam sub eadem pena.

Tab. cur. reg. XV, 69.

2. Katharina de Tassowa citat Venceslaum, alias Wankonem ibidem de Tassowa. Ibi domini barones in pleno judicio audita querela actricis et responsione citati, et viso svědomí consulum juratorum Maioris ciuitatis Pragensis, quod portauerunt coram dominis baronibus, inuenerunt pro jure, et Vlricus de Noua domo dominorum consilium exportauit: quod ex quo actrix jest byla vdána za svých bratří a zapsala se v městském právě na rathúze, že jich nemá svých bratří upomínati, ani jich budúcích, a že ten, kdož je koupil ty dědiny v Tašově a v Hřebci, i jiní, kdož potom dále právo mají na nich, od ní věčný pokoj jmíti [mají], et super eo dederunt Waczkoni pro jure obtento. Actum coram dominis baronibus anno vt supra. [1410?].

Talmberg. 66. Palacký, Arch. č. IV, 538.

3. Gitka de Mezirzieczie conqueritur super Hynkonem ibidem et de Czerwenehory et de Aberspachu, quia se intromisit sine jure et tenet eius dotalem obligatam hereditatem in Mezirzieczi et in Kralowielhotie, villas integras, curias rusticales cum censu, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, in qua hereditate habet 500 mar. arg. dotalis, quia ei hoc argentum dotauit Hynko de Trzebochowicz maritus eius quondam dictus, quando pro ea tradita fuit et ipse sibi eam duxit in vxorem, et super hoc habet testes.

[*Juxta*]: Imposicio sabbato in octaua s. Georgii [30 Apr. 1407]. Trina citacio.

[*Juxta*]: Camerarius Przech, terminus sabbato quatuor temporum Pentecostes [21 Maji]. Secundus camerarius Jacobus citauit fer. V ante Bonifacii [2 Jun.], terminus in crastino Margarethe [14 Jul.]. Tercius camerarius Jan Oprssal, terminus in vigilia Bartholomei [23 Aug.].

Ibi citatus non astitit, sed literam excusatoriam misit; terminus cum ea memoria eum monere in crastino Jeronymi [1 Oct.]; relacio omnium beneficiariorum. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Aduentus [16 Dec.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [9 Mart. 1408].

Ibi de mandato dominorum baronum domini Boczko de Podiebrad protonotarius tabularum, Andreas de Duba, Puota de Skaly, Johannes de Wilharticz et de Noua domo, Raczko de Sswamberg cum minoribus beneficiariis judicantes stánie et nestánie auditis presentibus tabulis, mandauerunt mitti pro citato. Qui veniens habuit defensionem sicut prius per literam, quod propter capitales inimicicias d. regis in termino citacionis stare non potuit, et hoc wlt probare, sicut domini sibi invenient, fer. VI quatuor temporum Pentecostes [8 Jun.], dicens eciam, quia actrix citat pro dote, jež jest propustila per tabulas, ad quas se refert. Et statim constituit commissarium Nicolaum de castro Pragensi, si eum contingeret abesse, cum memoria na přesúzenie de premissis ad fer. VI quatuor temp. Pentecostes, ut prefertur.

Ibi domini Boczko de Podiebrad protonotarius tabularum, Hynko Berga de Honstein, Johannes de Sswihow, Jaroslaus de Hermanni ciuitate, Henyk de Sstiepanicz, Hynko Zagiecz de Pihle et Raczko de Sswamberg de mandato dominorum baronum cum minoribus beneficiariis judicantes zmatkones et stánie a nestánie auditis tabulis et defensione dicti Hynkonis citati inuenerunt pro jure, quod Hynko citatus super defensione sua, qua defendit se, quod propter inimicicias domini regis in termino citacionis stare non potuit, quod Hynko citatus debet producere septem testes wladykones habentes liberas hereditates et imponere eos in crastino Margarethe [14 Jul.] ad tabulas, ex quibus tres electi debent jurare in crastino Jeronymi [1 Oct.] super dicta defensione, prout fuerint informati, cum errore; et si procedent, tunc actrix proponat contra eum suam querelam, sin autem, tunc fiat, quod est iustum.

Ibi Hynko testes imposuit, videlicet Wysskonem de Weselicze, Johannem de Drzewicze, Johannem de Obiedowicz, Johannem de Wyznowa, Kunatum de Przepych, Johannem de Zbyty, Johannem de Wyznowa minori.

Ibi terminus ad concordiam vel idem jurare cum sex testibus, qui sunt producti, et cum septimo ad producendum fer. V quatuor temporum Aduentus [20 Dec.] sine prima, quia septimus fuit in seruicio regis.

Ibi Hynko citatus nec solus nec cum testibus ad jurandum astiterunt, sed portata est litera domini regis in hec verba: Wenceslaus dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Bohemie rex nobilibus vrzednikonibus et beneficiariis tabularum terre regni nostri Bohemie, fidelibus nostris dilectis, graciam regiam et omne bonum. Fideles dilecti! Quia nobilis Hynko de Eberspach fidelis noster dilectus in seruiciis nostris pro presenti constitutus coram vobis in proximis quatuor temporibus non potest quomodolibet comparere, idcirco fidelitati vestre seriose precipimus et mandamus omnino volentes, quatenus causam suam vsque ad futura immediate post hec sequencia quatuor tempora [27 Febr. 1409] debeatis differe et modis omnibus prorogare, aliter non facturi nostro regio sub fauore. Eciam scire velitis, quod Johannes de Wyznowa, fidelis noster dilectus, qui prefato Hynkoni debuit testari coram vobis in preteritis quatuor temporibus non potuit propter nostra seruicia comparere; propter quod volumus, vt huiusmodi [non] comparicio prefatis Hynkoni et Johanni non debeat aliquod preiudicium irrogare. Datum Wratislawie die quinta Decembris, regnorum nostrorum anno Bohemie XLVI, Romanorum vero XXXIII [1408]. Ad mandatum domini regis Jacobus canonicus Pragensis. Super quo ipsa domina Gitka actrix petiuit in capella a beneficiariis recipi memoriales, et beneficiarii responderunt ei, quia non sunt ausi recipere propter literam d. regis et eius mandatum. Ad relacionem omnium beneficiariorum. Terminus ad idem de mandato domini regis fer. V quatuor temporum Quadragesime [28 Febr. 1409].

Ibi actrix ex vna et citatus Hynko parte ex altera super omnibus causis, litibus, controuersiis, dampnis, impensis, citacionibus et quidquid est inter eos in hanc diem, nichil penitus post se dimittendo nec excipiendo, potenter se admiserunt arbitrio, actrix Jesskonis Rothsstein purgrauii Pragensis, vel si illum habere non posset, tunc alterius, quem poterit habere, et citatus Vikerii de Mysslina, vel si illum eciam habere non posset, tunc alterius, quem potest habere; quicquid mandabunt et pronunciabunt, ratum et gratum tenere debent sub pena amissionis cause presentis pro jure obtento, inducto et plene deducto, super quam partem arbitri inobedienciam faterentur, ita, si super actricem, quod perdat causam suam in toto, pro qua amplius nunquam citare poterit; si vero super citatum, quod ipse eciam perdat causam suam presentem, pro qua ipsum citat. Terminus conducendi arbitros hodie facto prandio coram beneficiariis Pragensibus, donec sedebunt, sub eadem pena; terminus terminandi, quando arbitri poterint et terminum dabunt, et sine restitucione parcium ad jura. Si vero ipsi arbitri per se terminare non possent, tunc debent se tázati cum baronibus vel beneficiariis vel cum quocunque voluerint; et quicquid se utiežíc pronunciabunt, hoc partes tenere debent sub dicta pena et sine restitucione parcium ad jura, a tak že sě jim nebudú moci kázati držeti ku právuom nižádným kusem et sub dicta pena; sed eciam et iuramenta inter eos debent preterire et omnio minúti sub dicta pena. Qui se arbitri de dicto arbitrio intromiserunt.

Ibi, videlicet a. d. MCCCCX fer. V post Jeronimi [2 Oct.] Jessko Rothsstein et Wikerz de Mysslina, potentes arbitri, in pleno judicio de consilio et inuencione dominorum baronum, quod potaz dominorum baronum exportauit Vlricus de Noua domo, pronunciauerunt et mandauerunt sub pena prefata in hec verba: že Hynek de Abrsspachu debet nalezti věno jejie, kteréž má ve dskách v Moravské zemi, na prvniem sněmu panském, kterýž bude, a toho má svědomie přinesti výpis; pakli by jemu výpisu nedali, ale listy na svědomie toho věna přede pány České země na súd pod tiem základem. Actum coram dominis baronibus, qui tunc judicio presiderunt, qui in maioribus tabulis sunt conscripti. Relacio omnium beneficiariorum. Visa per Raczkonem commissarium actricis.

Item anno domini MCCCCXIII fer. V post Sophie [18 Maji] Gessko Rotsstein et Wikerz arbitri predicti pro vno homine fatentur inobedienciam super Hynkonem citatum ex eo, quod non fecit id, quod facere debuit juxta pronunciacionem, et fuit obeslán per camerarium Pragensem et per Hynkonem de Czerwenehory fratrem eius ad certum terminum, ut faceret satis pronunciacioni, quod hucusque non fecit.

Item a. d. MCCCCXIII fer. III ante Viti [1 Jun.] camerarius Cztiborius fuit aput Hynkonem citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXIV fer. V ante festum s. Wenceslai [27 Sept.] Andreas dictus Klubeczko beneficiarius subcamerarii cum camerario Cztiborio ex parte tocius beneficii induxerunt Gitkam super hereditates citati in Mezirzieczi et in Kralowie Lhotie villas integras, curias rusticales cum censu, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente in 500 mar. arg. dotalis, obtentis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eorundem.

Item a. d. MCCCCXIV fer. VI [8 Nov.] in octaua Omnium sanctorum actrix cum camerario Wenceslao Przihoda dominata est in hereditatibus citati in induccione contentis, obtentis et inductis pleno jure. Relacio eiusdem camerarii. Litera data ad purgrawium.

Item a. d. MCCCCXIV fer. V in octaua Corporis Christi [14 Jun.] Hynko de Abrsspachu in presenti causa fecit suos potentes commissarios Hynkonem de Czerwenehory fratrem suum et Bohunkonem de Praga, ambos in solidum, ut omnia in loco sui dictam causam tangencia facere possent, sicut ipsemet facere posset.

Tab. cur. reg. XXI, 41. Palacký, Arch. č. II, 50.

4. Anno domini MCCCCVII. Johannes de Hersstein conqueritur super Puotam, Wankonem et Purkardum de Wlkossowa, quia mandauit posse suo Johanni quondam dicto de Wetly facere ei dampnum sine jure in eius hereditate in Hersstein, tu kdež post mortem patris ipsius upadl ei v jeho zbožie, et pro eo recepit dampnum diuersorum censuum argenteorum, pecunie vybránie, in diuersis domesticis rebus et promptis pecuniis pro CCCC mar. argenti. Similis super aliis.

Juxta: Imposicio fer. VI quatuor temporum Penthecostes [20 Maji]. Útok pro dampnis maioribus.

Juxta: Camerarius Jan; terminus fer. VI ante Procopii [1 Jul.]. Camerarius Sigismundus citat fer. V in octaua Corporis Christi [2 Jun.], terminus in crastino Margarethe [14 Jul.]. Alter citat camerarius Sigismundus; terminus in vigilia Bartholomei [23 Aug.]. Ibi terminus ad judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [16 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [9 Mart. 1408]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [8 Jun.]. Ibi terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [21 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [1 Mart. 1409]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [31 Maji]. Ibi terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [20 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [14 Febr. 1410]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [16 Maji]. Ibi terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [19 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [6 Mart. 1411]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [5 Jun.]. Ibi terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [18 Dec.]. Ibi citati na opovědi non astiterunt; terminus monere fer. VI quatuor temporum

Quadragesime [26 Febr. 1412]. Relacio omnium beneficiariorum. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Penthecostes [27 Maji]. Ibi terminus ad idem monere in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI Aduentus [16 Dec.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [17 Mart. 1413]. Ibi de mandato dominorum baronum Nicolaus de Egerberg prothonotarius tabularum cum dominis Alssone de Drazicz supremo camerario, Hynkone Berga supremo judice, Alberto [de] Coldicz judice curie regalis, Arnessto de Ssomburg, Wilhelmo de Zwierzeticz, Johanne de Sswihow, Johanne de Herssteiu, Henykone de Sstiepanicz, Wilhelmo de Rabie et de Skaly et Henrico de Plana Elsterberg cum minoribus beneficiariis judicantes stánie et nestánie, ex quo citati iterum ter vocati non astiterunt, actori Johanni datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Sigismundus fuit aput citatos in monicione.

Item a. d. MCCCCXIII fer. VI post Lucie [15 Dec.] Andreas Klubeczko beneficiarius subcamerarii cum camerario Podiwczone ex parte tocius beneficii induxerunt actorem Johannem super hereditates citatorum Puothe, Wankonis et Purkardi in Wlkossow, in Cziesstietin, in Zbraslaw, in Buczie et in Zrucz, municiones, curias araturarum, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente et super toto, quidquid ibi habent, super quemlibet in CCCC mar. arg. et beneficio tantumdem, obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii.

Johannes de Herssteiu a. d. MCCCCXIIII fer. III post dominicam Palmarum [3 Apr.] actor cum camerario Johanne Picus dominatus est in hereditatibus citatorum in induccione contentis obtentis, inductis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii. Johannes de Sswihowa fideiussit pro actore, quia juste ducet jus.

Item a. d. MCCCCXIIII° fer. VI post Sigismundi [4 Maji] Johannes actor cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus citatorum in induccione contentis obtentis et inductis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii. Johannes de Sswihow et de Rabie fideiussit pro actore, quia juste ducet jus.

Item a. d. MCCCCXV° fer. III ante Letare [5 Mart.] actor cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus citatorum in induccione contentis obtentis et inductis pleno jure. Relacio eiusdem camerarii. Czenko de Czrnikow fideiussit pro actore, quia juste ducit jus.

Item a. d. MCCCCXVIII fer. II ante festum s. Georgii [18 Apr.] actor cum camerario Wenceslao dicto Niemecz dominatus est in hereditatibus citatorum in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXIX fer. VI post Corporis Christi [16 Jun.] Jaroslaus de Budiehosticz vicecamerarius regni Bohemie cum camerario Sigismundo taxauerunt hereditates Puothe, Wankonis et Purkardi citatorum in Wlkossow, in Cziestietin, in Zbraslaw, in Buczy et in Zrucz, municiones, curias araturarum, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente ac totum, quidquid ibi habent, Johanni de Herstein actori et suis heredibus in mille ducentis mar. arg. ad verum jus hereditarium obtentum, inductum et dominatum, vt premittitur, pleno jure. Relacio eorundem beneficiarii et camerarii.

Item a. d. MCCCCXXXVII° fer. II post Marcelli [16 Jan.] Johannes de Herssteiu p. e. c. b. Prag. se teneri trecentas sex. gr. Raczkoni, Przybramo de Raczyna fratribus et eorum heredibus, in quo debito statim condescendit eis de omni jure suo predicto obtento, inducto, dominato, taxato et plene deducto, quodcunque habet in hereditatibus citatorum, in Wlkossowie, municione, villa integra, curia arature, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad dictam hereditatem pertinente, ita et in eo pleno jure, sicut sibi in tabulis continetur, plene et in toto, nullum sibi jus ad huiusmodi villam cum suis pertinenciis reseruans,

saluo jure ad alias villas et hereditates in induccione et taxa contentas, ad habendum et tenendum, vendendum, alienandum, et obligandum et facere de eis tamquam de propriis, quidquid placet, ita quod decedente aliquo ex eis pars eius in superstitem deuolui debet. Actum ut supra.

Item a. d. MCCCCLV fer. VI in vigilia Omnium sanctorum [31 Oct.] Arnestus de Herstein filius olim Johannis ibidem p. e. c. b. Pragensibus, quod omne jus suum obtentum, inductum, dominatum et taxatum, quodcunque habet ad hereditates in Buczie, villam, curias rusticales cum censu, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, totum, quidquid ibidem virtute dicti juris obtenti, inducti, dominati et taxati habet, nichil juris sibi ibidem virtute dicti juris reseruando vendidit Johanni et Nicolao fratribus de Gutsstein et eorum heredibus pro quinquaginta sex. gr. integre persolutis, et eis de dicto jure hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens tantum ab omni homine jure terre et specialiter a dotibus et orphanis, vt juris est terre, et debet tantum disbrigare ad summam 90 sex. gr., sine tercia parte plus; quod si non disbrigaret, tunc Pragenses beneficiarii debent inducere ipsos ementes super hereditates disbrigatorum, vbi habet aut habebit, in prefata summa omni absque citacione tamquam in jure obtento.

Item anno quo supra fer. III post Omnium sanctorum [4 Nov.] Wilhelmus de Hersstein defendit contra hoc forum et hereditates in foro contentas dicens, quia ipse Wilhelmus habet jus ad terciam porcionem hereditatum in foro contentarum, quia eius porcionem vendere non potuit. Docere wlt coram dominis baronibus, quam primo judicio presidebunt.

Ibi a. d. MCCCCLVI⁰ fer. IIII ante Conductum Pasche [31 Mart.] litera tuicionis ad purgrauium Pragensem emanauit ex parte Arnesti de Hersstein filii Johannis actoris super hereditates in Zbraslaw et in Zruczy.

Domini barones in pleno judicio mandauerunt presentem memoriam tabulis assignare. Juxta causam, vbi Arnestus de Hersstein proposuit querelam coram dominis baronibus in pleno judicio super Czaltam de Camenne hory, quia dicto Arnesto přes panský nález a přes dovedenie práva zemského úroky pobral, mandauerunt Johanni Czalta, aby mu na tom viec nepřekážel a úroky dicto Arnesto viceuersa navrátil, a že dicto Johanni Czalta to páni jsú prominuli, et dictus Johannes Czalta i jiní aby se téhož nedopúštěli, že žádnému taková věc lehce prominuta nebude; neb to bude počteno za odboj; a máli Jan Calta které právo, aby Arnešta právem hleděl. Actum in quaterno anno domini MCCCCLVI⁰ fer. III in die Vrbani [25 Maji].

Tab. cur. reg. XXI, 53.

5. Venceslaus rex Bohemiæ citat Putam de Brzeznicze. Querela: quia se intromisit suo posse sine jure et tenet hereditatem eius Brzezniczy, medium oppidum, tabernas, curias rusticales cum censu et muuutionem, in Bobowiczych villam integram, curias rusticales cum censu, et de quinquaginta sexagenis gr. census annui nudi perpetui, quem habet hic idem Venceslaus rex in hereditatibus in Brzezniczy in alia medietate oppidi, munitione, curiis araturarum, tabernis, curiis rusticalibus cum censu et aliis omnibus villis ad dictam medietatem pertinentibus, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendinis, jure patronatus ecclesiæ et omni libertate ad ea pertinente, ad quas hereditates et censum habet melius jus quam ipse, quia easdem emit et persoluit apud Andream de Orlik, prout hoc in terræ tabulis continetur; et ipse citatus Putha habens cum dicto rege smlúvu, že jemu těch dědin měl sstúpiti sine difficultate, et rex Venceslaus ei voluit et paratus fuit pecunias dare et soluere et eum ssúti, lečby které listy on pohnaný měl, ježto by je měl jemu plniti.

Ibi domini barones in pleno judicio post testationem citationis audita querela et responsione citati inuenerunt pro jure et Vlricus de Noua domo dominorum potaz exportauit: ex quo citatus habens quatuor septimanas chvíli ante suam citationem et terminum comparendi, si habuit insecuritatem aliquam, infra illas septimanas debuit obeslati beneficiarios Pragenses, vt sibi prouide-

rent de securitate, et si non prouidissent sibi, tunc ipse per suam noncomparitionem nihil perdidisset; sed ex quo id non fecit et neobeslal v té chvíli, et Venceslaus rex propria in persona fuit in testatione citationis sicut communis terrigena, volens jure vti a právem živ býti, ipso citato non comparente, dederunt sibi domino regi pro jure obtento juxta querelam suam et suas tabulas; dedit memoriales. Actum coram dominis baronibus Alssone de Dube et de Drazicz supremo camerario, Hinkone Berka de Honsstein supremo judice, Nicolao de Wozicze prothonotario tabularum, Alberto de Koldicz judice curie regalis, Andrea de Duba, Vlrico de Noua domo et aliis pluribus baronibus, qui eodem judicio presiderunt. Actum a. d. MCCCCX[0] fer. VI quatuor temporum Penthecostes [16 Maji].

Talmberg. 65. Všehrd, 105. Nálezové, 160. Brun. 223, 228. Palacký, Arch. č. IV, 538.

VIRIDIS CITATIONUM.

(C. 1411—1417.)

1. Albertus de Konopisst citat dominum Witkonem de Cziernczicz. Ibi domini barones audita querela Alberti actoris et visa litera domini Witkonis citati, quam portauit ex parte domini archiepiscopi Pragensis, videlicet Albikonis, inuenerunt pro jure et Johannes de Wilharticz dominorum potaz exportauit: sicut Albertus citat dominum Witkonem et ipse Witko habet et tenet hereditates liberas et portauit literas dicens, quia Albertus actor est in excommunicatione, et ex eo ei respondere non debet, debet dominus Witko respondere querelis Alberti, a páni prosí krále, a úředníci mají s JMstí mluviti, aby každý kněz, kdož má svobodné děčiny, odpovídal přede pány a před úředníky Pražskými, kterýž pohnán jest. Pakli by kdo kdy byl pohnán a listu klecího dobyl proti puohonu, aby byl staven, a právo aby předce šlo. Actum coram dominis, videlicet serenissimo principe et domino Venceslao Romanorum et Bohemiæ rege, domino Cunrado gubernatore achiepiscopatus Pragensis et ceteris baronibus eodem judicio presidentibus.

Talmberg. 66. Brun. 223. Palacký, Arch. č. IV, 539.

2. A. d. MCCCCXV. Andreas de Zwiekowcze conqueritur super Petrum de Trziebotcze, quia mandauit posse suo Johanni de nullis facere ei dampnum sine jure in eius hereditate in Zwykowczi. Perdicio: diuersarum literarum cum pendentibus sigillis neplněnie, in diuersis impensis et in promptis pecuniis pro C mar. argenti. Imposicio fer. VI post Jeronimi [4 Oct.]; pro dampnis C mar. arg. Camerarius Wenceslaus, terminus in crastino Martini [12 Nov.]. Ibi citatus infirmus; Wenceslaus de Trziebotcze ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. V quatuor temporum Aduentus [19 Dec.]. Ibi citatus secundo infirmus, Johannes Schitka ponit; terminus jurare pro infirmitate in crastino Fabiani [21 Jan. 1416]. Ibi citatus tercio infirmus, Johannes, qui supra, ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. V quatuor temporum Quadragesime [12 Mart.]. Ibi citatus ad jurandum pro infirmitatibus in prima et in capella non astitit, actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Nicolaus fuit apud citatum in monicione.

Bartico de castro Pragensi et Martinus ibidem conqueruntur super Petrum predictum, qui mandauit posse suo Johanni de nullis facere eis dampnum sine jure in regis Wenceslai Bohemie hereditate in castro Pragensi. Perdicio: diuersarum literarum cum pendentibus sigillis neplněnie, in diuersis impensis et in promptis pecuniis pro X mar. arg. minus lothone. Similis ab alio. Imposicio ut supra; pro dampnis quilibet X [mar.]; camerarius et terminus ut supra. Ibi citatus infirmus; Wenceslaus, qui supra, ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. VI quatuor temporum ut supra. Ibi citatus secundo infirmus; Johannes Schitka ponit; terminus jurare pro infirmitate in crastino Fabiani. Ibi citatus tercio infirmus, Johannes, qui supra, ponit; terminus jurare pro infirmitate fer. V quatuor temporum Quadragesime. Ibi citatus ad jurandum pro infirmitatibus in prima et in capella non astitit, actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Nicolaus fuit apud citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXVI fer. V ante dominicam Palmarum [9 Apr.] Johannes Oducz de castro Pragensi beneficiarius subcamerarii cum camerario Sigismundo ex parte tocius beneficii induxerunt actorem Andream et coactores Bartikonem et Martinum super hereditates Petri citati in Trziebotczy, munucionem, curiam arature, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni ɔc ac super totum, quidquid ibi habet, actorem in centum marcis et coactorem quemlibet in X marcis arg. minus lothone, et beneficio tantumdem obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii.

Item anno quo supra fer. V in die s. Georgii [23 Apr.] actores cum camerario Stiborio dominati sunt in hereditatibus citati in induccione contentis pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXVI fer. V post festum s. Stanislai [14 Maji] Andreas de Zwyekowcze et Martinus de castro Pragensi actores p. s. c. b. Prag., quod omne jus eorum predictum obtentum, inductum et dominatum in hereditatibus in Trzieboczi in induccione contentis, ita et in eo jure pleno, sicut soli habuerunt et prout eis in tabulis continetur, vendiderunt Barticoni de castro Pragensi et suis heredibus pro C et decem sex. gr. plene persolutorum et ei de dicto jure condescederunt plene et in toto, nullum sibi jus ad huiusmodi hereditates reseruando, vt illud possit ducere et deducere et disponere de eo pro libito sue voluntatis. Actum ut supra.

Tab. cur. reg. XV, 94.

3. Anno MCCCCXI°. Benessius de Winarzecz conqueritur super Johannem alias Marquardum de Wtelna, Pesskonem ibidem et de Krp et Witkonem ibidem et de Sukorad, Johannem de Mnetiessie, Wenczeslaum de Diedicz et Chwalikonem de Costelcze, quia manduerunt posse suo Johanni de nulliunde facere ei dampnum sine jure in eius hereditate in Winarziczich, quam ibi habuit. Perdicio diuersarum literarum cum pendentibus sigillis neplněnie, in diuersis impensis et in prompta pecunia pro CCC mar. arg.

Imposicio fer. IIII ante Mathie [18 Febr.]; útok pro dampnis maioribus. Camerarius Jan, terminus fer. IIII ante Ambrosii. Camerarius Henricus, terminus fer. IIII post Stanislai [13 Maji]. Camerarius Venceslaus citat fer. II in die Gothardi [5 Maji]; terminus sabbato quatuor temporum Penthecostes [6 Juni]. Terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [18 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [26 Febr. 1412]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [27 Maji]. Ibi terminus ad idem in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus [16 Dec.]. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime [17 Mart. 1413]. Ibi Bohunko commissarius citati negauit. Terminus jurare pro negatiua fer. IIII post Conductum Pasce [3 Maji]. Ibi citatus

stans in capella recognouit se ad sigillum et jurare noluit, ideo actori dederunt pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Paulus fuit apud citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXIII° fer. VI in vigilia s. Johannis Baptiste [23 Jun.] Andreas Klubeczko beneficiarius subcamerarii cum camerario Ctiborio ex parte tocius beneficii induxerunt actorem Benessium super hereditates citati in Wtelnie, curiam arature cum agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente, super totum, quidquid ibi habet, in CCC mar. arg. et beneficio tantumdem obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficarii.

Item a. d. MCCCCXIII° fer. VI post Assumpcionem s. Marie [18 Aug.] actor cum camerario Mauricio dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis, ut premittitur, pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum. Venceslaus de Sukorad jiný nežli purkrabě et Johannes Michalecz fideiusserunt pro actore, quia juste ducit jus.

Item anno quo supra fer. II post Andree [4 Dec.] actor cum camerario Mauricio dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure.

Item a. d. MCCCCXIV° fer. II post dominicam Invocauit [26 Febr.] Johannes Hayko de Hodietina et Dorothea de Wtelna per Albertum de Zahorzie defenderunt hereditates in induccione contentas dicentes, quia in eisdem hereditatibus ipse Johannes Hayko habet II sex. XL gr. census et Dorothea V sex. gr. census annui nudi, perpetui, prius quam presens citacio apprehendit hereditates, docere volunt tabulis fer. VI quatuor temporum Quadragesime proxime venture [1 Mart.] et petunt, vt non daretur camerarius super impigneracionem, jeližby jim bylo prvé zaručeno, aby jim úrokové jich nesešli.

Item terminus ad idem docendum fer. VI. quatuor temporum Penthecostes [1 Jun.]. Ibi terminus ad idem docendum in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi Albertus de Welenye commissarius Johannis Hagiek de Hodietin et nomine Dorothee de Wtelna et nomine Anne Sstukonis de Praga ostendit per tabulas, quia Johannes Hagiek habet II sex. gr. census annui nudi, perpetui in dictis hereditatibus in Wtelnie ab Alssone de Wtelna emptas et sibi per dominum regem datas post mortem Hrononis ab anno domini MCCCCXVII dominico ante festum s. Thome [19 Dec.].

Item Anna Sstukonis de Praga habet a Diwissio de Nyniechowicz LXXX gr. census annui nudi, perpetui in hereditatibus in Wtelnie ab anno dom. MCCCCIX fer. VI in vigilia s. Andree [29 Nov.]; postea taxate sunt sibi in XX sex gr. ad verum jus hereditarium per Jaroslaum de Budiehosticz vicecamerarium regni Bohemie. Relacio omnium beneficiariorum.

Item Dorothea de Wtelna habet V sex. gr. census dotalis per modum obligacionis in hereditatibus in Wtelnie curia arature, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente in griseo obligacionum S, 24 ab anno domini MCCCCX fer. III post Natiuitatem s. Marie [9 Spt.]. Wilhelmus de Wartmbergk et de Zakupi fideiussit pro actore, quia juste ducit jus, et wlt caucionare defendentibus juxta mandatum beneficiariorum minorum.

Item a. d. MCCCCXV fer. IIII ante festum s. Lucie [11 Dec.] actor cum camerario Paulo dicto Passek dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXVI fer. IIII ante festum s. Zophie [13. Maji] actor cum camerario Wenceslao dicto Niemecz dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXXXVII fer. VI ante festum Penthecostes [17 Maji] actor cum camerario Marssone dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXXXVIII fer. VI ante festum s. Procopii [28 Jun.] Benessius de Winarzecz p. e. c. b. Pragensibus, se teneri CCC sex. gr. Johanni de Miekowicz, in quo debito statim condescendit ei de omni jure predicto obtento, inducto et dominato, quodcunque habet in hereditatibus Johannis citati in Wtelnie, curia arature cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente ita et in eo jure, prout sibi in tabulis continetur, plene et in toto, vt illud jus possit nomine suo ducere et deducere, vendere, alienare, obligare et facere de eo, tamquam ipsemet facere posset. Sed ipse Johannes facit ei hanc graciam specialem, si ipsum mori contigerit prius, quam dictum Benessium, quod ipse Benessius ab hac obligacione et debito a quolibet homine erit liber et solutus.

Tab. cur. reg. XXI, 38.

4. A. d. MCCCCXII. Bawuorek de Sswamberg et de Slawicz conqueritur super Bohuslaum de Swamberg, Johannem de Swamberg, de Lompcze et de Trzeble, quia fecit ei dampnum posse suo sine jure in hereditate eius in Slawiczich, tu kdež super eum et eius hereditates vpadl a jeho dobýval, an super eum ižádné péče nemá; pro eo recepit dampnum in diuersis domus rebus, in diuersis argenteis clenodiis et in promptis pecuniis pro quinque centenis marcis argenti; post hoc dampnum actor solus.

Juxta: Imposicio fer. II post Laucee [18 Apr.] pro dampnis maioribus.

Juxta: Camerarius Sigismundus, terminus sabbatho quatuor temporum Penthecostes [28 Maji]; ibi citati non astiterunt. Terminus monere in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Relacio omnium beneficiariorum. Ibi terminus ad idem quatuor temporum Aduentus monere [14—17 Dec.]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [17 Mart. 1413]. Ibi de mandato dominorum baronum Nicolaus de Egrberg protonotarius tabularum cum dominis Alssone de Drazicz summo camerario, Hincone Berka de Honssteyn supremo judice, Albertho de Coldicz judice curie, Arnesto de Sonburg, Wilhelmo de Zwierzeticz, Johanne de Sswihow, Johanne de Herssteyn, Henikone de Sstiepanicz, Wilhelmo de Rabie et de Skaly, Henrico Elstrberg de Plana cum minoribus beneficiariis judicantes stánie et nestánie, ex quo citati iterum ter vocati non astiterunt, actori datum est pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Sigismundus fuit aput Johannem citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXIII fer. II in die Stanislai [7 Maji] Andreas de Karoli ciuitate Klubeczko beneficiarius subcamerarii cum camerario Mauricio ex parte tocius beneficii induxerunt Baworkonem actorem super hereditates Johannis citati in Kokassiczich, curias araturarum, curias rusticales cum censu, quantum ibi habet, in Lompczy municionem, curiam arature, villam, curias rusticales cum censu, in Pieczynye curiam arature, curias rusticales cum censu, in Kamyku curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, fluminibus, piscinis, molendinis et omni libertate ad prefata bona pertinente, in D mar. arg. et beneficio tantumdem obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii.

Item a. d. MCCCCXIII fer. V post Natiuitatem s. Marie [14 Sept.] actor cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus citati Johannis in induccione contentis obtentis, inductis, vt premittitur, pleno jure. Relacio Sezeme camerarii. Johannes de Litowicz fideiussit pro actore fer. VI ante dominicam Palmarum, quia juste ducit jus [30 Mart.].

Item a. d. MCCCCXIIII fer. V in Cena domini [5 Apr.] Baworek actor cum camerario Wenceslao dominatus est in hereditatibus citati Johannis in induccione contentis obtentis, inductis, vt premittitur, pleno jure, sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii. Diwissius de Miliczyna fideiussit pro actore, quia juste ducit jus.

Item a. d. MCCCCXIIII fer. VI post Sigismundi [4 Maji] actor cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus citati Johannis Hannowecz in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXVIII sabbato post festum s. Bartholomei [27 Aug.] Bawor actor cum camerario Johanne dicto Nedwiedek dominatus est in hereditatibus Johannis Hanowecz citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Tab. cur. reg. XXI, 140.

5. Henzlinus de Kuterzicz conqueritur super Johannem de Wsseborzicz. Camerarius Jan citat; terminus fer. IIII ante Lancee [13 Apr. 1412]. Ibi citatus non astitit; terminus monere fer. VI quatuor temporum Penthecostes [27 Maji]. Ibi terminus ad idem monere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [17 Mart. 1413]. Ibi de mandato dominorum baronum Nicolaus de Egrberg protonotarius tabularum cum dominis Alssone de Drazicz dicto Sskopek supremo camerario, Hinkone Berka de Honsstein supremo judice, Alberto de Coldycz judice curie, Arnesto de Ssomburg, Wilhelmo de Zwierzeticz, Johanne de Sswyhow, Johanne de Hersstein, Henikone de Sstiepaniz, Wilhelmo de Rabie et de Skaly et Henrico de Elsterberg et de Planee cum minoribus beneficiariis Pragensibus judicantes stánie et nestánie, ex quo citatus iterum ter vocatus non astitit, actoribus datum est pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Zdislaus fuit aput citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXIII fer. IV post Bartholomei [30 Aug.] Buzko de Libowicze beneficiarius regine cum camerario Zdislao ex parte tocius beneficii induxerunt actorem super hereditates citati Johannis in Wsseborzicz, in Nowewsy, in Bielczicz, in Cameniczy, in Zdiarze et in Strazky, curiam arature, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, super toto, quidquid ibi habet, in trecentis marcis arg. et beneficio tantumdem, obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii. Sezema de Horzessowicz fideiussit pro actore, quia juste ducit jus.

Item a. d. MCCCCXIII sabbato ante Galli [14 Oct.] actor cum camerario Przechone dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem camerarii; sed nichil receptum. Sezema de Horzessowicz fideiussit pro actore, quia juste ducet jus.

Item anno quo supra fer. III ante Andree [28 Nov.] dominus Gregorius altarista altaris s. Trinitatis in Vsk super Albea per dominum Wenceslaum decanum ecclesie s. Stephani in Lithomirzicz defendit contra jus dicens, quia habet in eisdem hereditatibus censum certum prescriptum prius, quam citacio [eas] apprehendit; docere wlt tabulis coram dominis, si tabule apperientur, alias circa primam appercionem tabularum. Henzl actor recognouit coram beneficiariis et credit, quod habet dominus Gregorius censum quatuor sexagenarum in hereditatibus predictis in induccione contentis obtentis et inductis ac dominatis, vt premittitur, pleno jure. Relacio Sezeme camerarii.

Item a. d. MCCCCXIIII sabbato post festum s. Viti [16 Jun.] Henzlinus actor cum camerario Wenceslao Niemecz dominatus est in hereditatibus citati predictis, in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, ut premittitur, pleno jure. Relacio Sezeme camerarii.

Item a. d. MCCCCXIIII fer. II ante festum s. Katherine [14 Nov.] actor cum camerario Stiborio inductus et dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure; sed nihil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCXV fer. IIII [9 Oct.] ante festum s. Galli Jaroslaus de Budiehosticz vicecamerarius regni Bohemie cum camerario Sigismundo taxauerunt hereditates Johannis citati

in Wsseborziczych, in Nowewsy, in Bielczy, in Cameniczy, in Zdyarze et in Strazkach, curiam arature, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente ac totum, quidquid ibi habet, Henzlino de Kuterzicz actori et suis heredibus in trecentis marcis arg. et beneficio tantumdem ad verum jus hereditarium obtentum, inductum et dominatum, vt premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii.

Item a. d. MCCCCXV fer. IIII post Vndecim millia virginum [23 Oct.] Katherina relicta olim Hanussii de Wsseborzicz defendit hereditates in Wsseborzicz tantum in induccione et in taxa contentas dicens, quia sunt hereditates sue dotales obligate et in eis habet dotalicium suum tabulis terre prescriptum. Docere wlt tabulis terre coram dominis baronibus quatuor temporum Aduentus proxime venturorum, si tabule apperientur et domini judicio presidebunt, alias circa primam apperciouem tabularum. Et statim committit ad docendum tabulis defensam Johanni Fink et Johanni Ssytka de Praga.

Item a. d. MCCCCXV fer. VI ante festum s. Katherine [22 Nov.] actor cum camerario Sigismundo dominatus est in hereditatibus in induccione et in taxa contentis obtentis, inductis, taxatis et dominatis, ut premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCLIIII fer. VI in Kathedra s. Petri [22 Febr.] Margaretha filia olim Henzlini de Kuterzicz p. e. c. b. Pragensibus, se teneri trecentas sexagenas grossorum Gallo dicto Camyk et Johanni fratribus de Pokraticz et eorum heredibus, in quo debito statim condescendit eis hereditarie de omni jure suo obtento, inducto, dominato, taxato et plene deducto, quodcunque habet post olim Henzlinum de Kuterzicz patrem suum ad hereditates Johannis citati in Wsseborzicz, in Nowewsy, in Bielczicz, in Cameniczy, in Zdyarze et in Strazky curia arature, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, siluis, riuis piscinis et omni libertate ad ea pertinente ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum, obligandum et faciendum de eis tanquam de propriis hereditariis, quidquid placet, et decedente aliquo ex eis pars mortui in superstites deuolui debet.

Tab. cur. reg. XX, 66.

6. Paulus de Zittawia citat Benessium de Zdierzi pro damnis quinque marcarum. Ibi domini barones judicio presidentes inuenerunt et Johannes de Noua domo dominorum potaz exportauit: že si vult actor ducere jus suum, debet cautionare fideiussore habente hereditates liberas, ex quo solus non habet hereditates liberas et citat pro maiori, aby stál k svému právu, dáli jemu citatus z čeho vinu, aby jeho také odbýval. Actum vt supra.

Talmberg. 66. Palacký, Arch. č. IV, 540.

7. Petrus de Drahobuze citat Benessium et Bohunkonem de Picziny. Ibi domini barones audita querela actoris et responsione citati inuenerunt pro jure et Johannes de Michalowicz dominorum potaz exportauit, quod ex quo heres hereditatum in Piczinie vendidit ipsas hereditates, et actor filius vendentis instat pro dote vxoris sue ipsa viuente, quod ipse Petrus actor, filius heredis, non debet sahati super hereditates predictas virtute dotalicii vxore sua viuente, nisi vxore decedente; si aliquod jus sibi competere pretendit in dictis hereditatibus, hoc jure queratur, et si ipsa maritum suum preuixerit, tunc debet suam dotem ibi inuenire, et citatus respiciat suos disbrigatores. Et super hoc dederunt ipsi Benessio pro jure; dedit memoriales. Anno 1412 [1].

Talmberg. 66. Všehrd, 219. Vlad. reg. jura et const. 56. Brun. 244. Nálezové, 287. Palacký, Arch. č. IV, 539. — [1]) Brun.: nález v bílých póhonných l. 1420 o suchých dnech postních.

8. Petrus de Tyncze citat Koczkonem de Morawan pro dampnis. Ibi citatus ad querelas non astitit, actori dederunt pro jure; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Item a. d. MCCCCXV in die Jeronimi [30 Sept.] visa per citatum, quia actor non est jus prosecutus et anni lapsi juri. Actum anno quo supra.

Talmberg. 66. Brun. 232. Palacký, Arch. č. IV, 540.

9. Rubin de Krczina citat Wichnam de Kniezicz prima citatione. Ibi in citatione Wichna citata locuta est dicens, quia ibi ipsa nihil habet a jest zavadila jiným hereditates, et alii habent in tabulis. Et ipse Rubin fuit paratus cum pecunia dare eis, et ostendit eas beneficiariis et deponere voluit, et causam petiuit nazavitmu; sed beneficiarii non fuerunt ausi dare sine mandato dominorum baronum. Terminus cum hoc ad barones in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Actum a. d. MCCCCXIII⁰.

Talmberg. 66. Palacký, Arch. č. IV, 540.

10. Zdeslaus de Stermberg citat Erhardum et Georgium de Bechine pro hereditate. Ibi citatus ad querelas non adstitit, et commissarii stantes noluerunt se příti nec respondere, ex quo citatus habuit gleit, jakožto jiní et noluit stare ad terminum. Terminus monere....

Talmberg. 66. Palacký, Arch. č. IV, 540.

ALBUS CITATIONUM.*)

(C. 1418—1437.)

1. Albertus de Bieliny [1] citat Benessium de Pabienicz. Ibi Benessius citatus defendit se in testatione citationis dicens, quod non est debite citatus, quia eum citauit camerarius districtus Gurimensis et ipse residet in districtu Czaslawiensi; et beneficiarii audita eius deffensione et actoris replicatione mandauerunt eum de nouo citare duobus camerariis Pragensibus, et statim camerarius Johannes Nedwidek citat Benessium.

Sed Ridkerius stans citatus in capella coram cruce iurare noluit. Actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales.

Item a. d. 1419 fer. VI post dominicam Judica [7 Apr.] Ridkerius citatus predictus suscepit Alberto actori pro inductione in hereditatibus suis in Wrssowiczych munitione, curia arature, curiis rusticalibus cum censu et ceteris hereditatibus ad ea pertinentibus in tribus millibus marcarum argenti obtentis pleno jure, tamquam cum beneficiario Pragensi et camerario ipsam inducionem faceret. Relacio omnium beneficiariorum.

Talmberg. 79. Všehrd, 79. Brun. 234. Nálezové, 278. Palacký, Arch. č. IV, 541. — [1]) Nálezové: Albrecht z Bělavy.

2. Anna de Sswabinow citat Dobraně et Margaretham de Sswabinow. Ibi fer. VI post Galli domini barones in pleno judicio audita querela actoris et tabulis ipsius et responsione

*) Etiam *Albus citationum tempore imperatoris*, vel *citationum tempore imperatoris Sigismundi*, vel *Póhonné za ciesaře Sigmunda nom.*

citate et ipsius dotalicii tabulis inuenerunt pro iure et Jaroslaus Plichta de Zierotin et Nicolaus de Landsstein et de Borotin dominorum consilium exportauerunt, quod prefata Margaretha citata debet manere circa dotem suam iuxta suas tabulas bez pohoršení těch platuov a úrokuov, kteříž jsú na těch dědinách poostaveny, když jest Konrad Náz ty dědiny prodávaje Kozlíkovi i poostavil ty platy na těch dědinách, a má-li Anna právo které k dědictví, tehdy také má právo k splacení věna. Actum coram dominis etc. [sic].

Talmberg. 79. Palacký, Arch. č. IV, 541.

3. Dorothea de Milessowicz citat Bohuslaum de Bohdancze prima citatione pro dote ad tabulas. Ibi domini barones in pleno judicio audita querela actricis et tabulis dotalicii, quas ostendit coram dominis baronibus, et responsione Bohuslai citati, et litera, quam ostendit coram eis, quam habebat a Mathia Kabat, cum fideiussoribus, inuenerunt pro iure et Jaroslaus Plichta de Zierotin dominorum consilium exportauit, quod prefata Dorothea est iusta dotalicio suo ad prefatas hereditates iuxta ipsius tabulas, et in eis pacem habere debet, et citatus iuxta suam literam upomínaj své rukojmě, et predictus Johannes debet sibi Dorothee condescendere. Actum anno domini ꝛc.

Talmberg. 79. Brun. 243. Palacký, Arch. č. IV, 542.

4. Juxta causam, ubi Georgius de Podiebrad citat Petrum de Michalowicz. Ibi domini barones in pleno iudicio audita Girzikonis querela actoris et tabulis ipsius et responsione Petri citati et litera Jodoci marchionis, quam ostendit coram dominis baronibus, quam habet super bonis Tussen, domini invenerunt pro iure et Sbinco Zagiecz de Hazemburg et Jaroslaus Plichta de Zirotin dominorum consilium exportauerunt: poněvadž Petr Michalec má starší list nežli desky páně Bočkowy na to zbožie Túšenské, že tomu listu páni moc dávají k zástavě, jakož jeho list svědčí, a pan Jiřík jest spravedliv k dědictví a k výplatě té zástavy, jakož páně Petruov list svědčí. A jakož pan Jiřík jest dotekl, žeby měl ještě jiná práva a listy na to zbožie u pana Heralta, a pohnav pana Petra a měv to mieti, což mu jest ku potřebě k svému právu, i neokázal toho před pány, páni jsú je rozsúdili a dali panu Petrovi za právo podle jeho listu, jakož svědčí. Actum a. d. MCCCC, quo supra [1437] fer. V post Dionisii [10 Oct.].

Raigrad. 30; Mus. boh. 180. Talmberg. 78. Brun. 225. Palacký, Arch. č. II, 392.

5. Herbordus de Roczow citat Margaretham de Smilowicz. Ibi citata[m] secundo infirma[m] Johannes Ssitka de Praga ponit, et statim actor dixit coram beneficiariis, quod citata est in ciuitate Pragensi et est sana, et petiuit a beneficiariis camerarium ad conspiciendum eam, et beneficiarii destinauerunt Johannem Oducz beneficiarium subcamerarii ad scrutandum de ea et ad videndum eam, qui beneficiarius inuenit citatam in monasterio s. Thome in Minori ciuitate Pragensi ambulantem sanam, sed cum baculo. Pro eo beneficiarii dederunt actori pro jure obtento; dedit memoriales. Actum anno domini 1418.

Talmberg. 79. Všehrd, 24. Nálezové, 288. Palacký, Arch. č. IV, 541.

6. Hinco de Duba et Benessow citat Heniconem de Skal trina citatione pro hereditate dotali, quia se intromisit posse suo et tenet hereditates eius ꝛc. Ibi domini barones in pleno judicio auditis tabulis dotalicii olim Gitcze matris predicti Hinkonis actoris et responsione Henikonis citati, kterýž jest pravil, že se jim mocí neuvázal, ale že jest Hynek řečený z Šorfšteina jemu toho zboží hradu Šorfšteina i města Benešova postúpil, nemoha jeho jim zachovati, i nalezli za právo a pan Petr z Michalovic a pan Petr z Rozmberka dominorum consilium exportauerunt: ač mu jest zboží svrchupsaného postúpil i v dluzích zavadil, že jest

věna zavaditi nemohl, a o to panu Hynkovi puovodovi dali za právo, a pan Heník aby jemu postúpil města Benešova, neb tomu, kohož by on poslal i se vším příslušenstvím oc; než dědici kdyby dali 800 k. gr. věnných, že mají výplatu. Actum anno domini 1437 fer. VI post Dionisii [11 Oct.].

Talmberg. 79. Všehrd, 219. Brun. 243. Nálezové, 287. Palacký, Arch. č. IV, 542.

7. Juxta causam, ubi Johannes de Lobkowicz citat Johannem de Rupow. Ibi domini barones in pleno iudicio auditis tabulis et querela actoris et responsione citati et literis ipsius invenerunt pro jure et Sbinco Zagiecz de Hazemburg et Sdenko de Rozemtal dominorum consilium exportauerunt: že jakož Rydkéř, kterýž jest mluvil od Jana z Lobkovic, mluvil proti listóm, kteréž jest ukazoval Jan z Rúpova pohnaný, a pravie, že by to byli listové neřádní, tak dotýčíc, že Nicolaj taký člověk nikdy nebyl, by na sě tak neřádné listy dělal, a na tu řeč tázán Jan z Lobkovicz od Jana z Rúpova, jestli jeho slovo, což Rydkéř mluvie, a on řekl: jest, a druhá strana Jan z Ruopova žádala zaručenie, jakož jest řekl, že by listové byli neřádní, a tázán jsa ode páuuov, chceli to učiniti a zaručiti, jakož jest řekl, i odpověděl, že nemá co zarukovati: poněvadž sě jemu nezdálo zaručiti, by listové byli neřádní, kteréž jest Jan z Rúpova okazoval, že listové Janovi z Rúpova mají moc tak, jakož svědčie, a Jan póvod podle svých desk má dědictvie na těch dědinách v Oplotech k výplatě, jakož listové svědčie. Actum a. d. MCCCCXXXVII fol. III post Francisci [8 Oct.].

Raigrad. 30. Mus. boh. 180. Talmberg. 78. Brun. 225. Palacký, Arch. č. II, 391.

8. Johannes de Nesper conqueritur super Dorotheam de Zdebuzewsy, quia fecit ei dampnum suo posse sine jure in eius hereditate in Zdebuzewsy, tu kdež jest jemu sahala a sahá na ty dědiny v Zdebuzevsi přes přátelskú smlúvu, nemajíc sahati; pro eo recepit dampnum in diuersis impensis et in promptis pecuniis pro CC mar. arg. Post hoc dampnum actor solus.

Imposicio fer. IIII ante Purificacionem s. Marie; útok pro dampnis CC marcarum.

Camerarius Jan, terminus fer. IIII post Gregorii [13 Mart.]; camerarius Johannes citauit sabbato ante Georgii [20 Apr.], terminus sabbato quatuor temporum Penthecostes [25 Mai]. Ibi citata non astitit; actori datum est pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Camerarius Johannes fuit aput citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXXXVII fer. quinta in die s. Jacobi [25 Jul.] Johannes Oducz de castro Pragensi vicejudex regni Bohemie cum camerario Johanne ex parte tocius beneficii induxerunt Johannem actorem super hereditates Dorothee citate in Zdebuzewsy, municionem, curiam arature, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, jure patronatus ecclesie et omni libertate ad ea pertinente, ac super totum, quidquid ibi habet, in CC mar. arg. et beneficio tantumdem, obtentis, vt premittitur, pleno jure. Relacio eorundem vicejudicis et camerarii.

Item a. d. oc XXXVII fer. II post Mathei Apostoli et Ewangeliste [23 Sept.] Johannes actor cum camerario Benessio dominatus est in hereditatibus in Zdebuzewsy in induccione contentis obtentis et inductis, vt premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Item anno quo supra fer. II post Francisci [7 Oct.] Johannes de Kunstat defendit contra hoc jus obtentum, inductum et dominatum et hereditates in Zdebuzewsy in induccione contentas dicens, quod sunt hereditates sue et est in possessione earum pacifica prius, quam citatam citacio apprehendit, et citata sibi ibi nichil perdere potuit, quia sibi easdem hereditates dedit et dare potuit. Docere wlt coram dominis baronibus litera cum pendentibus sigillis, vel sicut

sibi barones invenient in istis terminis s. Jeronimi et per illos terminos, donec beneficiarii sedebunt, et petit, quod jus non ducatur super dictis hereditatibus vsque diffinicionem dominorum baronum. Visa per actorem, quia non docuit defendens et barones judicio presiderunt.

Item a. d. MCCCCXXXVII fer. V post Omnium sanctorum actor cum camerario Marssone dominatus est in hereditatibus citate in Zdebuzewsy in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis in censu s. Galli proxime preteriti et zájem videlicet 7 vacce, 4 juuenculi et duo thauri juuenes taxati in 10 sex. gr. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. MCCCCLIIII fer. II ante Kyliani [1 Jul.] Wikerz de Chmelneho tamquam vnitor per tabulas Johannis de Nesper de mandato domini Alssonis de Ssternberg supremi camerarii cum camerario Benessio dominatus est in hereditatibus in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, sed nichil receptum. Relacio eiusdem camerarii.

Anno quo supra fer. IIII ante Ad vincula Petri [31 Jul.] Johannes Dupowecz de Dupow viceeamerarius regni Bohemie cum camerario Johanne taxauerunt hereditates Dorothee citate in Zdebuzewsy, curiam arature, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, jure patronatus ecclesie et omni libertate ad ea pertinente Wikerio de Chmelneho et suis heredibus in CC mar. arg. et beneficio tantum ad verum jus hereditarium, obtentum, inductum, dominatum, vt premittitur, pleno jure. Relacio eorundem beneficiarii et camerarii.

Anno ut supra fer. VI post Ad vincula Petri [2 Aug.] Johannes de Kunstatu defendit contra presentem taxam hereditatum in Zdebuzewsy, que facta est Wikerzoni de Chmelneho et suis heredibus, dicens, quia sicut Johannes de Nesper citat Dorotheam de Zdebuzewsy, a že je jie neprávě pohnal, vzev jí list muže jejieho mocí bezprávně a kázal jej sobě zase [?] obnoviti Zdenkovi z Tichonic, a k tomu jej mocí přitiskl, aniž jesti jemu ten list prvnie svědčil, a to chce okázati coram dominis baronibus svědomím hodným juxta eorum inuencionem, quam primum judicio presidebunt. Visa defenditur per Artleb de Kostnik commissarium orphanorum olim Wikerii de Chmelneho ex eo, quia defendens non docuit et domini judicio presiderunt in crastino Jeronimi a. d. MCCCCLV fer. V post Simonis et Jude [30 Oct.].

Tab. cur. reg. XXI, 3.

9. Juxta causam, vbi Johannes de Rabij citat Wilhelmum de Jankow. Ibi Wilhelmus de Jankow non adstitit ad querelas; actori datum est pro jure obtento. Ibi dominus imperator per Alssonem de Ssternberg supremum camerarium mandauit, vt non detur camerarius super jura obtenta in Wilhelmum de Jankow, nec super eum jus ducatur vsque diffinitionem dominorum baronum.

Talmberg. 78. Všehrd, 33.

10. Johannes de Sekyrzicz conqueritur super Ottam de Trosk et Purgardum de Kniezicz, super Ottam, quia fecit ei dampnum suo posse sine jure in eius hereditate in Sekyrzicz, tu kdež jemu na jeho dědiny a lidi v Veselici i jinde, což k tomu příslušie, sahá mocí bez práva; pro eo recepit dampnum in diuersis impensis et in promptis pecuniis pro DCCC mar. arg.; post hoc dampnum actor solus; super Purgardum, quia fecit ei dampnum ɔc vt supra, tu kdež jemu jeho spravedlivých úrokóv neplatí; pro eo recepit dampnum ɔc vt supra.

Imposicio fer. II ante Elisabeth [18 Nov. 1437]; Ottam pro dampnis DCCC et Purgardum D.

Camerariuss Beness, terminus fer. VI quatuor temporum Aduentus [20 Dec.]. Ibi citatum infirmum Johannes de Trosk posuit. Terminus jurare pro infirmitate in crastino Fabiani [21 Jan.]. Sed cum Purgardo terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime. Ibi citatus secundo infirmus, Jarossius notarius citati posuit. Terminus jurare pro infirmitate fer. V

quatuor temporum Quadragesime [6 Mart. 1438]. Ibi citatus tercio infirmus, Jaross qui supra posuit. Terminus jurare pro infirmitate fer. IV post Conductum Pasce [23 Apr.]. Ibi cum Purgardo terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes [6 Jun.]. Ibi citatus ad jurandum pro infirmitate in capella non astitit, actori datum est pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Ibi cum Purgardo terminus ad idem judicium in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi videlicet a. d. MCCCCXXXIX fer. IIII post Purificacionem s. Marie [4 Febr.] Hron de Vdynie beneficiarius regine cum camerario Benessio ex parte tocius beneficii induxerunt actorem super hereditates citati in Chlumecz, municionem, oppido, tabernas, curias rusticales cum censu, in Starem Chlumczi et super alias villas ad hoc pertinentes, curias rusticales cum censu, curias araturarum cum agris, pratis, siluis, riuis, flumine, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, ac super totum, quidquid ibi habet, in DCCC sex. gr. et beneficiariis tantumdem obtentis et inductis pleno jure. Relacio eorundem beneficiarii et camerarii.

Item a. d. MCCCCXXXIX fer. IIII post Valentini [18 Febr.] actor cum camerario Borssone dominatus est in hereditatibus citati in induccione contentis obtentis, inductis et dominatis, vt premittitur, pleno jure; sed nichil receptum. Relacio Cztiborii camerarii.

Item a. d. MCCCCXXXIX fer. IIII ante Elisabeth [18 Nov.] ɔc Johannes actor p. e. c. b. Pragensibus, quod de omni jure suo predicto obtento, inducto et dominato, ita prout solus habet et tabule ei testantur, condescendit post mortem suam et non prius Cunssoni, Janconi, Zawissio et Diuissio filiis suis et eorum heredibus, omnibus insolidum plene et in toto, et de predicto jure condescendit eis pro porcione eorum paterna et hereditaria, sic quod possint illud jus ducere et deducere, vendere, alienare, obligare, dimittere et facere de eo, tamquam de proprio, quidquid eis placebit, sicut ipsemet facere posset. Et decedente aliquo ex eis, pars eius in superstites deuolui debet. Si vero omnes cum pueris mori contigerit, extunc predictum jus totum ad ipsum Johannem actorem debet deuolui sine omni impedimento et contradiccione. Hynko de Krniewicz fideiussit pro Cunssone et Johanne fratribus de Sekyrzicz, quia jus recte ducunt.

Item a. d. MCCCCLIIII fer. V in Ad vincula Petri [1 Aug.] Cunsso, Zawissius et Johannes fratres de Wodierad cum camerario Benessio dominati sunt in hereditatibus Otte citati in induccione contentis, pleno jure. Zájem fideiussit Wilhelmus de Chlumu. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. vt supra fer. III post Bartholomei [27 Aug.] Sobieslaus Mrzak de Miletinka per Nicolaum de Nowewsy defendit contra dominacionem factam in hereditatibus Otte de Trosk citati in Chlumpczi, et in aliis bonis in induccione contentis dicens, quia in eisdem hereditatibus habet LX sex. gr. census annui nudi et perpetui priusquam citatum citacio apprehendit, et quia citatus sibi ibi nichil perdere potuit; docere wlt coram dominis baronibus juxta eorum invencionem, quam primum judicio presidebunt, et petit, ne jus vlterius ducatur vsque dominorum baronum decisionem.

Item a. d. MCCCCLIIII fer. II post Laurencii [12 Aug.] Johannes de Bergow defendit contra impigneracionem factam per Cunssonem, Zawissium et Johannem fratres de Wodierad dicens, quia impignerare non debuerunt ex eo, quia citacio et jus facta per olim Johannem de Wodierad proti ustanovení domini imperatoris i všie země; docere wlt coram dominis baronibus in crastino Jeronimi juxta ipsorum invencionem.

Ibi terminus ad idem docere fer. VI quatuor temporum Aduentus [20 Dec.]. Ibi terminus ad idem docere fer. VI quatuor temporum Quadragesime [28 Febr. 1455]. Ibi terminus ad idem docere fer. VI quatuor temporum Penthecostes [30 Maji]. Ibi terminus ad idem in crastino Jeronimi [1 Oct.]. Ibi Cunsso de Sekyrzicz, Zawissius de Sekyrzicz, Johannes de Sekyrzicz

filius Diuissii et Cunsso de Bieleczka filius Johannis de Sekyrzicz condescenderunt Procopio de Trnowe super lucrum et dampnum.

Ibi a. d. MCCCCLV fer. VI ante Natiuitatem Christi [19 Dec.] Cunsso de Sekyrzicz et Cunsso de Sekerzicz et de Bieleczka suo et fratrum suorum juniorum nomine, Zawissius de Sekyrzicz et de Bierunicz et Johannes Wazacz suo et fratris sui junioris nomine p. s. c. b. Pragensibus, quod omne jus eorum obtentum, inductum et dominatum, quodcunque habent ad hereditates Johannis de Bergow in Chlumpczi, municionem, oppidum, tabernas, curias rusticales cum censu, in Starem Chlumpczi et ad alias villas ad hoc pertinentes cum censu, curias araturarum cum araturis, agris, pratis, siluis, riuis, flumine, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, totum jus eorum obtentum, inductum et dominatum, quod ad prefatas hereditates habent, ita et in eo jure pleno, prout ipsis tabule a Johanne de Sekyrzicz plenius testantur, nichil juris ipsis ibidem reseruantes, vendiderunt Johanni de Bergow et de Trosk, possessori dictarum hereditatum, et suis heredibus pro D sex. gr., et fassi sunt, se easdem pecunias ab eo plene percepisse et ei de dicto jure in eo jure, sicut soli habuerunt, condescenderunt. Disbrigare debent ipsimet vendentes tantum, videlicet Cunsso et alter Cunsso cum suis fratribus ad summam CCL sex. gr. cum tercia parte plus, et Zawissius cum Johanne Wazacz et eius fratre eciam ad summam CCL sex. gr. cum tercia parte plus ab omni homine jure terre et specialiter a dotibus et orphanis, vt juris est terre. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii debent inducere ipsum ementem super hereditates disbrigatorum, vbi habent aut habebunt, cum tercia parte plus pecunie antedicte nomine pene et impensarum omni absque citacione, tamquam in jure obtento; et debent tantum disbrigare, quantum soli aut olim Johannes de Sekyrzicz actor intricarent et non vltra.

Tab. cur. reg. XXI, 91.

11. In causa vbi Ludmilla de Tiechlowicz citat Jesskonem de Struzincze.[1] Ibi feria V post Galli [17 Oct.] domini barones in pleno judicio audita querela actricis et citati litera concordie cum pendentibus sigillis, quam ostendit ipsa domina Ludmila coram dominis baronibus, inuenerunt pro jure et Georgius de Podiebrad et Jaroslaus Plichta de Zierotin dominorum potaz exportauerunt, že poněvadž list smluvní mezi nimi učiněný s pečetmi na svědomí [jest], a ona Lidmila ten list přijala, majíc leta a brala úroky, že ona Lidmila při té smlúvě vedle toho listu má ostati, a on Ješek má jí toho potvrditi dskami zemskými, jakož ten list smluvní svědčí od dnešního dne v témdni pořád zběhlém, a úroky zadržalé od té chvíle, jakož jest CMst král Český do země České přijel. Actum coram dominis baronibus anno MCCCCXXXVII°.

Talmberg. 78. Brun. 225, 242. — [1]) Talmberg: Sruznicze.

12. MCCCCXXXVII. Nicolaus de Kadano et de Wylemow conqueritur super Johannem de Wylemow.

Imposicio fer. V ante Viti [13 Jun.]; pro hereditate trina citacio. Camerarius Maress....

Tab. cur. reg. XXI, 179.

13. Juxta causam, vbi Petrus de Pieczyny citat Czastolora.[1] Ibi domini barones audita querela actoris et tabulis ipsius dotalicii et addicionis et responsione citati et ipsius tabulis invenerunt pro jure et Petrus de Zwierzeticz et Hinko de Czerwene hory dominorum consilium exportauerunt: quod prefatus Petrus actor est iustus[2] ad hereditates in Pieczinie et alias hereditates in querela nominatas virtute dotalicii sui, quod habet post vxorem suam, et citatus Czastolor respiciat suos disbrigatores et eorum hereditates pro nezprávu, ut est juris, et pro eo dederunt actori pro iure obtento; dedit memoriale. Ibi videlicet feria V post Oculi

Czastolor predictus suscepit Petro actori pro inducto, dominato et taxato pro hereditatibus dotalibus obligatis in querela contentis, tamquam cum camerario fuisset inductus ɔc, et ei de dictis hereditatibus dotalibus condescendit juxta invencionem factam per dominos barones. Actum a. d. MCCCCXXXVII sabbato quatuor temporum Quadragesime [23 Febr.].

Raigrad. 29; Mus. boh. 178. Talmberg. 77. Všehrd, 181, 189. Palacký, Arch. č. II, 390. — [1]) Všehrd: Častolova. — [2]) Mus. boh.: iniustus.

14. MCCCCXXXVII. Petrus de Teressow conqueritur super Nicolaum Corandam de Plzna et de Sedlcze. Ibi camerarius Gira citauit fer. III post Reminiscere [26 Febr.]; terminus fer. IIII post Conductum Pasche [10 Apr.]. Ibi citatus infirmus, Paulus Ebrzwin de Nekmirz posuit. Terminus jurare pro infirmitate fer. V quatuor temporum Penthecostes [23 Maji]. Ibi Nicolaus Coranda citatus odpieral pravě, že jest měštěnín ciuitatis Plznensis, et de bonis, de quibus citatur, et[iam] patitur cum eorum ciuitate bonum et malum. Et beneficiarii Pragenses remiserunt partes ad consules et juratos ciuitatis Plznensis, ut facerent iusticiam actori contra citatum in eorum ciuitate, et citato mandauerunt, vt portaret litteram a consulibus, quia fatentur, eum esse ciuem eorum, et quia patitur cum ciuitate eorum bonum et malum, et hoc in crastino Margarethe. Ibi citatus nullam litteram portauit a consulibus, nec aliquis a consulibus venit ad beneficiarios, aby vyznali, že s nimi Koranda patitur de bonis in Sedlczy bonum et malum, sed actor portauit litteram in hec verba: My purkmistr a přísežní konšelé města Nového Plzně službu svú vzkazujem a vyznáváme tiemto listem všady, kdežby potřebí bylo, a zvláště pánóm u zemských desk úředníkóm, že urozený Petr Terešovec z Terešova poslal k nám do našie plné rady urozeného Dobeše řečeného Wrš z Modřejovic, přietele svého, s plnú mocí, chtě na nás přestati, což má s Mikulášem Korandú súsedem našim činiti. A my sme sě v to mezi nimi nechtěli uvázati. Toho na svědomie pečet svú městskú jsme k tomuto listu přitiskli. Jenž jest dán leta b. narozenie MCCCCXXXVII ten pátek po sv. Prokopě [5 Jul.]. Et beneficiarii audita et perlecta littera ciuium actori dederunt pro jure obtento; dedit memoriales. Relacio omninum beneficiariorum. Camerarius Wenceslaus Niemecz fuit aput Nicolaum citatum in monicione.

Item a. d. MCCCCXXXVII fer. IIII post Katherine [27 Nov.] Johannes Oducz de castro Pragensi vicejudex regni Boemie cum camerario Jancone ex parte tocius beneficii induxerunt actorem super hereditates Nicolai citati in Sedlczi, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente, ac super totum, quidquid ibi habet, in centum mar. arg., et beneficiariis tantum obtentis, ut premittitur, pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii.

Item a. d. MCCCCXXXVIII sabbatho ante Epiphaniam domini [4 Jan.] dominus Nicolaus, custos monasterii sancte Marie in Noua Plzna fratrum minorum ordinis sancti Francisci, suo, dicti monasterii et conuentus nomine defendit contra hoc jus obtentum et hereditates in Sedlczi in induccione contentas dicens, quod sunt hereditates dicti monasterii et conuentus, et sunt pro pecuniis eorum empte, et quod Nicolaus nichil eis ibi perdere potuit, volunt docere coram baronibus bono testimonio, vel sicut eis inuenient fer. VI quatuor temporum Quadragesime proxime venture [7 Mart.], vel quam primum domini barones judicio presidebunt, et petit, quod ius non ducatur super dictas hereditates usque invencionem dominorum baronum.

Ibi a. d. MCCCCLIIII fer. VI in die Lancee [3 Maji] visum per Petrum actorem ex eo, quia presentem defensam non docuit, et domini barones judicio presiderunt in quatuor temporibus Quadragesime proxime preteritorum [sic].

Tab. cur. reg. XX, 101.

15. *In memoriis in albo citacionum.* Domini barones infrascripti et alii, qui cum eis tunc presentes fuerunt, mandauerunt beneficiariis, vt nullam obligacionem seu aliam intabulacionem faciant seu admittant tabulis ex parte ciuium ad aliquam personam quamcunque super hereditatibus eorum liberis aut super censibus, quos habent in hereditatibus liberis, vsque aduentum domini regis. Domini barones Czenko de Wartimberg et de Wesele supremus purgrauius Pragensis, Alsso Sskopek de Dube et de Drazicz, supremus camerarius, Albertus de Coldicz et de Bieliny judex tabularum curie regalis, Nicolaus de Lobkowicz prothonotarius tabularum, Johannes de Michalowicz, Wilhelmus Zagiecz de Hazmburg, Johannes de Wartmberg et de Ralska, Petrus de Sternberg, Henricus de Elssternberg, Nicolaus Zagiecz de Costi, Wilhelmus de Ssumburg, Sigismundus de Wartmberg, Johannes de Sswihow et de Rabie, Bohuslaus de Sswamberg, Hermannus de Borotin, Hinco Hlawacz de Lippeho, Otta Bergow de Trosk, Johannes et Zdenko de Rozmital et alii plures barones. Actum anno domini MCCCCXIX feria sexta post festum sancti Martini [17 Nov.].

Raigrad. 30. Palacký, Arch. č. III, 309.

FLAVEUS CITATIONUM. *)

(C. 1438—1462.)

1. Leta MCCCCLIIII°,[1] kdež Anna z Milevska pohání Macha z Hor. Tu páni na plném soudě slyševše žalobu puovoda a odpovědi pohnaného a jich z obú stran dsky a pře líčení nalezli za právo a Jindřich z Michalovic a Vilém z Ryzmberka a z Rabí panský potaz vynesli: poněvadž jsú trhové šli za krále Václava, a proti těm trhuom ižádných odporuov se nestalo, a k tomu také jakož jsú páni nález učinili, kdož by koli za krále Václava pokojně které dědiny držel tři leta a vosmnácte nedělí bez nárokuov vedle řádu a práva zemského, aby při tom zuostal, z té příčiny dali jsú Machkovi pohnanému za právo. Dal památné.

Talmberg. 131. Brun. 221. — [1]) Brun. false: 1404 o suchých dnech Letničních.

2. Anno ꝯc LIII, vbi Agnezka de Kowarzowa citat Johannem Czalta. Ibi domini barones in pleno judicio audita querela actoris et sui commissarii et citati responsione et eorum ex utraque parte narraccione invenerunt pro jure et Jaroslaus Plichta de Zirotin et Wilhelmus junior de Ryzmberg et de Rabij dominorum consilium exportauerunt, tak jakož jesti Jan Czalta citatus odpieral actori a pravě, že je nemohlo na těch dědinách více věna kladeno býti než decem sex. gr. bez povolenie královy milosti, a táhna sě na panský nález, kterýž sě je za ciesaře Sigmunda, krále Českého slavné paměti, stal, kterýžto nález páni jsú ohledali, kdežto na týchž dědinách jest věno přisúzeno Katruši relicte olim Johannis Smetena, a podle toho Agnežka actrix má také při svém věně ostati a jeho požívati v manském právě bez pohoršenie práva manského, a ten list, kterýž jest všel ad tabulas terre, domini mandauerunt, aby byl převeden do dvorských desk, a potom aby se nižádný toho nedopúštěl, aby nekladli v zemské dsky, což slušie k dvorským dskám. A také toho věna aby Johannes Czalta citatus

*) *Modré póhonné.*

sibi Agnezcze actrici condescenderet infra hinc et duas septimanas continue decurrentes, a když by jie dal ducentas sex. gr., tehdy má jemu to věno propustiti. Actum a. d. MCCCCLV fer. VI post Vndecim millia virginum [24 Oct.].

Raigrad. 49. Trebon. 424. Mus. boh. 211. Talmberg. 131. Všehrd, 156. Brun. 220, 228. Nálezové, 156, 289. Palacký, Arch. č. IV, 542.

3. Anna de Holeyssowa citat Machnam Lapaczkowu de Rzimowicz anno oc M⁰CCCC⁰LV⁰ fer. V in die s. Galli [16 Oct.]. Ibi domini barones in pleno judicio inuenerunt, et Jaroslaus Plichta de Žerotin et Teodricus de Janowicz et de Chlumcze dominorum consilium exportauerunt: ex quo actrix tabulis docuit, quia ius hereditarium habet ad hereditates, de quibus citat Machnam, et eadem Machna etiam tabulis et literis ostendit ius dotale, quod habet in dictis hereditatibus, i zuostavili páni actricem při jejím dědictví et citatam při jejím věně, a budeli actrix chtíti, bude moci věno také citate splatiti; et prout dali Anně actrici vinu, že by bez přátelské vuole ušla, ex quo nullus amicorum eius jí v tom nevinil, pánuom toho před se vzíti nebylo potřebí.

Talmberg. 98. Všehrd, 213. Brun. 232, 242, 244. Nál. 287. Palacký, Arch. č. IV, 551.

4. Anna de Horzepnika citat Johannem Malowecz de Paczowa anno quo supra [1455]. Ibi domini barones in pleno judicio auditis querela actricis et tabulis eius et citati literis inuenerunt, et Wilhelmus junior de Rysmberg et de Rabi et Bohuslaus de Zieberg et de Plane dominorum consilium exportauerunt: ex quo actrix osiřela byla a let neměla toho času, když jest jí listem zboží prodáno Petrovi Malovcovi, ani poručníkuov žádných neměla, a ona pro leta nedošlá tomu odpírati nemohla, a v tom než let došla spravedlivých práva zemská nešla, a vedle toho páni a vedle desk actricis dali sibi actrici pro jure, aby jí postúpil.

Talmberg. 99. Brun. 239. Palacký, Arch. č. IV, 552.

5. Anna de Kuniowicz[1] citat Hulricum de Kramolina. Ibi domini barones in pleno judicio inuenerunt, et Georgius de Kunstat et de Podiebrad, gubernator et magister curie regni Bohemiæ, královým slovem a na královč místě dominorum consilium exportauit: ex quo pater ipsius Annæ actricis obligauit litera tabulis inserta hereditates, pro quibus citauit Hulricum, že jest tudy pohnala na zmatek, et propter hoc aby tudy trpěla pokutu iuxta dominorum baronum inuentionem. Actum anno domini M⁰CCCC⁰LVI⁰ fer. VI post Urbani [28 Maji].

Talmberg. 99. Všehrd, 423. Brun. 235. Nálezové, 281. Palacký, Arch. č. IV, 557. — [1]) Talmberg. Luniowicz.

6. Agnezka de Alberowicz citat Machnam de Bohdancze. Ibi a. d. MCCCCLXI⁰ fer. VI quatuor temporum Aduentus [19 Dec.] domini barones in pleno judicio tento puohon zdvihli ex eo, quia ipsa Machna citata dixit, quia non est potens commissaria hereditatum, de quibus citatur, et orphanorum, qui eadem bona tenent.

Talmberg. 141.

7. Agnezka de Alberowicz conqueritur super Johannem Hadinburg de Wrbicze,[1] quia se intromisit posse suo sine jure et tenet hereditatem eius hereditariam [in] Seboborzi, quatuor curias rusticales cum censu et curiam arature, et in Laczenboku municionem et septem laneos silue, [cum] agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, ad quam hereditatem habet melius jus, quam dictus Johannes. Refert se ad tabulas, prout in eisdem plenius continetur.

Impositum fer. II post Johannis Baptiste [30 Jun.]; pro hereditate trina citacio. Camerarius Johannes Obrzitewsky; terminus fer. V in crastino Margarethe. Secundus camerarius Benessius; terminus fer. V [sic] in crastino Laurencii. Tercius camerarius; sabbatho in crastino Jeronimi. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Aduentus. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Quadragesime. Ibi terminus ad idem judicium fer. VI quatuor temporum Penthecostes. Ibi citatus ad querelas iterum ter vocatus non astitit. Actori datum est pro jure obtento, dedit memoriales. Relacio omnium beneficiariorum. Actum a. d. MCCCCLXI fer. VI ante Viti [13 Jun.]. Camerarius Rzeha sabbato post Viti [21 Jun.] fuit apud Johannem citatum in monicione.

A. d. MCCCCLXI fer. V post Diuisionem apostolorum [17 Jul.] Johannes Dupowecz de Dupow vicecamerarius regni Bohemie cum camerario Johanne Cikule induxerunt Agnezkam actricem super hereditates Johannis de Hadburg citati in Seboborzi, quatuor curiis rusticalibus et curia arature deserta cum censu; in Laczenboku municione, sex laneis silue, agris, pratis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, ad verum jus hereditarium pleno jure. Relacio eiusdem beneficiarii.

Anno quo supra fer. VI in vigilia Jacobi [24 Jul.] Henricus de Rziczan et de Ledcze per Johannem Czerni, seruitorem suum, defendit contra hanc inducionem et signanter hereditatum in Laczenboku dicens, quia ipsa Agnezka dictam inducionem facere non potuit, quia ibi Johannes Hadburg nihil habet, quia sunt hereditates dicti Henrici, quia eas emit et persoluit, et quia sunt hereditates omagiales. Docere vult coram dominis baronibus, quando sibi necesse fuerit.

Anno quo supra fer. III ante Sixti [5 Aug.] Agnezka actrix cum camerario Johanne Cikule dominata est in hereditatibus in induccione contentis pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

A. d. MCCCCLXV fer. VI post Johannis Baptiste [28 Jun.] serenissimus princeps et dominus, dominus Georgius, Bohemie rex oc cum dominis baronibus vzhledše v to a uptavše se na ty dědiny v žalobě jmenované, že když jest právo vedeno na ty dědiny pro nezprávu, byly ještě v svobodě a svobodné, a potom jsú v manství poddány, protož KMst se pány jí Agnežce z Alberovic propúštějí, aby mohla právo vésti na ty dědiny, na kteréž jest prvé úřadem zvedena. Nuntius ad tabulas fuit Zdenko Kostka de Postupicz et de Morawske Trzebowee.

Tab. cur. reg. XXI, 150. Talmberg. 134. Brun. 250. — [1]) In marg.: citatus non astitit.

8. Arnestus de Hersstein citat Johannem de Kolowrat. Ibi serenissimus princeps ac dominus, dominus Georgius, Bohemie rex oc cum dominis baronibus in pleno judicio audita querela actoris et tabulis et responsione citati et literis eius, jakožto actor vinil Johannem citatum, kterak by se v jeho dědiny v Češtíně uvázal proti jeho právu stanému, zvedenému a odhádanému, a k tomu přes panský nález, kterýž se stal prvé mezi týmž Arnoštem actorem et Johannem citatum o touž ves, on Jan citatus také odpíral, že by se uvázal v to právem manským úřadu Tachovského, a také listy ukázal, že by ta ves Češtieno byla manství k Tachovu, tu páni znamenavše dsky actoris, že právem zemským saženo jest na ty dědiny za slavné paměti krále Ladislava, krále Českého, a při tom nálezu položeno, byloli by to provedeno, že by ty dědiny měly k manství býti, aby to toliko králi JMsti a koruně bez škody bylo; ale dosavad od krále JMsti ani od koruny nejsou naříkány ty dědiny Arnoštovy, by jměly k manství býti, invenerunt pro jure, et Wilhelmus de Ryzmberg et Rabij et Bohuslaus de Ziberga et de Plane dominorum consilium exportauerunt: poněvadž Arnestus ty dědiny vždy za svobodné drží, i nebyl jest povinen nižádnému k manskému právu odpovídati, a podle toho regia maiestas

cum dominis baronibus dederunt sibi Arnesto actori pro jure; však mělyli by ty dědiny k manství býti, toho aby KMsti Arnestus actor nebyl odporen, a těch dědin aby on Jan citatus postúpil. Actum anno ꝛc MCCCCLXII fer. V post Francisci [7 Oct.].

Talmberg. 134. Brun. 226, 250.

Stelliferorum presentibus et futuris huiusmodi subnotate libertatis priuilegio ex affluentia regia gaudere volumus jugiter, et ejusdem muneris plenitudine eosdem fratres a nobis nostrisque successoribus in perpetuum possidere, de regali largicione ipsis primo liberaliter concedentes sub obtentu nostre gratie precipientes firmiter et districte, vt nulli nostrorum officialium camerarii, officiales, ministeriales, barones, nobiles, judices prouinciales uel simplices seu cuiuscunque potestatis nostre extiterint rectores, in dicti hospitalis curiis, villis, ciuitatibus et alodiis ac in omnibus eorum bonis aliis habitis et habendis aliquod forum judicii pro quacunque causa, quantumcunque magni criminis fuerit, videlicet homicidii, furti, stupri, incendii, spolii uel alterius cuiuslibet flagicii sibi contra statutum regium aliqualiter attrahant uel vsurpent. Volumus enim, vt fratres predicti in omnibus eorum bonis et possessionibus de omni causa facultatem habeant manu videlicet libera judicandi, ipsis ex nostre plenitudinis gracia concedentes, vt si quid vnquam homicidii uel alterius nephandi criminis in hereditate eorum subortum fuerit, de hoc prime coram eorum prefectis et judicibus per actores tantummodo justicia requiratur, qui si ad definicionem uel decisionem cause negligentes uel insufficientes extiterint, extunc talis casus discussio summo magistro et fratribus prefati hospitalis ab actoribus deferatur, vt sine debito mediante tamen justicia ciuitatum nostrarum et non alia decidatur. Quod si magister et fratres antedicti hospitalis ad hoc determinandum eciam inexpertes uel tardi seu maliciosi, quod absit, extiterint, et hoc per testimonium fide dignum probatum fuerit, huius litis contestatio et cause predicte detruncacio ad examen tantum regalis presencie pertinebit, ita tamen, vt quicquid coram nobis uel nostro judice specialiter super hoc delegato satisfaccionis exinde uel emende profluxerit nobis, totum in vsus pauperum dicti hospitalis et debilium conuertetur. Addentes ceterum, vt si per defectum supradictum pauperes et homines predicte fundacionis coram nobis uel nostris judicibus hoc modo respondere contigerit, pro quocunque casu ad nullum alium locum quam ad castrum nostrum Pragense ipsos liceat citari per aliquem quemcunque nostrum nobilem uel actorem. Eisdem eciam fratribus et eorum hominibus ex habundantia fauoris regii liberaliter indulgemus, vt si ad forum alicuius judicii siue secularis siue spiritualis contra modum supradicti processus ducti fuerint uel coacti, licet etiam causa maxima mediante, ab eodem penitus sint exempti, et aduersam partem ipsius in expensis, quas fecerint, per presentia condemnamus, additis omnibus illis, qui Prage uel in aliis nostris ciuitatibus fratres uel homines antedicti hospitalis pro quacunque causa occupauerint uel grauauerint indecenter. Ad hec de nostra munificentia sepedictis fratribus conferimus gratiose, vt per omnem hereditatem hospitalis eorum, in quibuscunque locis ipsis expedire videbitur, ad ampliorem infirmorum refectionem et profectum, nullis obstantibus casibus, tabernis eorum vtantur pacifice, libere et quiete. Preterea si forsan propter terre necessitatem prenominatos fratres et eorum successores de hominibus hospitalis exactionem, que vocatur steura seu berna regis, vnquam dare continget, ipsam tantum fidelitati eorum per omnes possessiones suas committimus colligendam, quam cum prosequuti ex integro fuerint, mediam eius partem nostre camere, reliquam uero ad vsus infirmorum predicti hospitalis fideliter assignabunt, nullis nostris officialibus et collectoribus ipsis resistentibus in hac parte. Insuper magistrum prefatum cum suis posteris hospitalis nostri hoc muneris dono potiri volumus, vt cum sex equis infra terram et cum octo extra terre terminos nostre expensis nostre familie sit adscriptus, inhibentes districtius, ne quis suppanorum nostrorum in quocunque nostro uel eorum negotio in bonis supradicti hospitalis se recipiat ad pernoctandum in eorum preiudicium et grauamen. De libero ceterum nostro arbitrio concedimus, ut predicti fratres per omnes possessiones suas venandi liberam in euum habeant potestatem et omnis posteritas eorundem. Demum omnia bona nostris baronibus a nobis quocunque jure collata, que sepedicti fratres ordinis Stelliferorum ad hospitale donationis uel emptionis titulo contraxerint,

siue in ciuitatibus uel uillis, curiis, ecclesiis, siluis, piscacionibus, pratis, campis, siue in aliis quibuscunque prouentibus habeantur, cuncta eisdem personis presentibus et futuris predicta bona cum omnibus obuentionibus ac vtilitatibus eorundem ad vsus et refectionem debilium in perpetuum conferimus jure hereditario possidenda. Quam donationem ad omnes nostros posteros extendi volumus in his scriptis, adicientes nichilominus, quod predictum hospitale nostrum cum omnibus suis, tam rebus quam personis, omni et maxima libertatis frui debent gratia, que per nos seu predecessores nostros vnquam in terris nostris cuiquam esse facta dinoscitur, et perhenniter gaudere. Ad quam libertatis gratiam ipsum presentibus confirmamus. Cum autem affectionis et donationis nostre liberalitas iam dicto hospitali, tam in suis personis quam possessionibus, in palam facta sit ad laudem dei principaliter sueque genitricis Marie et omnium sanctorum pariter gloriam et honorem ac in remedium predecessorum nostrorum et nostram ac successorum nostrorum propriam ad salutem, ipsi summo deo suisque sanctis omnibus, nec non sanctissimo patri nostro summo sedis apostolice pontifici Gregorio, qui nostre voluntatis et donacionis in hac parte magnificentiam ad preces nostras personaliter confirmauit, promittimus regia fide, data pro nobis ac omnibus successoribus nostris, quod omnem excellentie nostre munificentiam his literis editam et impensam circa dictum hospitale et in bonis suis ratam et inuiolabilem ac inconuulsam perpetuo volumus obseruare de libero nos ad hoc obligantes arbitrio cum omnibus nostris successoribus, vt si vnquam cogente quacunque necessitate per nos uel sequentes nostros bona prenominati hospitalis nunc habita uel habenda, ab eo alienata uel in vsum alie nostre fundacionis, quantumlibet care, uel etiam ad vtilitatem sororis nostre Agnetis siue sancti Francisci stipendia translata fuerint, per donum seu per rapinam uel calumniam aliquam et redacta, et ceterum si de malicia quacunque, quod absit, predicte libertatis nostre collacio circa bona sepedicta suis effectibus priuata fuerint uel minuta, extunc ad eiusdem restitucionem et reformationem integram indignationem omnipotentis dei et bannum beatorum apostolorum Petri et Pauli ac offensam et proscriptionem omnium regum nos et totam successiuam nostram posteritatem profitemur et decernimus incurrisse. In cuius rei perpetue firmitatis vigorem presentis scripture seriem conscribi et sigillo nostre sublimitatis jussimus insigniri. Testes autem sunt hii: Johannes uenerabilis Pragensis ecclesie episcopus, Epo Pragensis prepositus et totus eiusdem ecclesie conuentus, Bohuta prepositus Boleslauiensis, Arnoldus prepositus Wyssegradensis, laici Roznata noster camerarius, Mezdidruh castellanus Pragensis, Zawisse subcamerarius, Potych castellanus Wyssegradensis, Budyslaus et Jaroslaus fratres vterini, Zulislaus et Cztimich, Bauarus de Lubochowicz, Zdeslaus de Synich et alii quam plures clientes et laici fide digni. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXV⁰, regni nostri anno XIIII⁰. Datum in ambitu Pragensis ecclesie pridie Idus Februarii indictione tercia [1235, 12 Febr.].

Tamen a. d. MCCCXLIII⁰ feria V post festum Purificationis beate Marie inclitus dominus Carolus marchio Morauie, capitaneus regni Boemie, vniuersa et singula in prescripto libertatis priuilegio contenta cupiens et omnino volens feruentissime inconuulsa ac intacta perpetuo permanere, ipsum prescriptum tenorem libertatis priuilegii per nuncium suum dominum Hinconem Berkam de Duba purgrauium Pragensem ad hoc a se specialiter deputatum de uerbo ad uerbum ad terre tabulas imponi mandauit.

Tab. ter. VI, B, 28.

. . . — *1343, 7 Jun.* — Věněk z Byšic př. se, že dědictví své v Byšicích, polovici vsi s dědinami, lukami, lesy, s podacím kostelním i se všemi příslušnostmi, i se vší zvolí, což k tomu přisluší, prodal Hnanně z Janovic a jeho dědicuom za padesáte zlatých, a přiznal se, že jest od něho ty peníze zouplna přijal, a dědicky postoupil; a též dědictví jemu mají

a slíbili sou spraviti on Věněk a Sokol z Byšic, oba spolu, před každým člověkem právem zemským; pakli by nespravili, tehdy Pražští úředníci jej Hnannu mají neb jeho dědice zvesti na dědiny jich správcuov, kdež koliv mají neb jmíti budou, beze všeho puohonu, jakožto v právě staněm třetinou vajše peněz nadepsaných. A paní Vychna manželka jeho Věňka, přijala jest za věno své na jiné polovici v též vsi, od nadepsaného věna svého list propouštějíc. Stalo se léta M°CCC°XLIII, v sobotu o suchých dnech letničních.

Tab. ter. VI. H, 24.

K, 16. — *1345, 17 Dec.* — Cum inter Ditricum de Manczicz actorem ex vna et Genissium et Bietam nulliunde citatos parte ex altera super hereditate in Manczicz, curia arature et vno subside, questio in forma judicii vertebatur ad probandam intencionem ipsius Ditrici tabule terre fuerunt lecte in hac verba: Diuissius de Manczicz etc. [vide pag. 5]; ex parte vero domini regis fuit in contrarium oppositum, quod eadem donacio vigorem habere non poterat, propter condicionem eandem appositam in jure, videlicet si absque legitimis heredibus decederet etc. [sic]. Barones vero infrascripti super premisso articulo deliberacione prehabita diligenti invenerunt pro jure, quod propter huiusmodi non juridicam ad terre tabulas imposicionem eadem hereditas in Manczicz, pro qua lis inter predictas partes, ut predicitur, mouebatur, ad ipsum dominum regem jure deuolucionis ipso facto extitit deuoluta, et ex parte ipsius domini regis dederunt memoriales. Actum a. d. MCCCXLV sabbato quatuor temporum in Aduentu domini coram domino Carolo marchione Morauie, rectore tunc generali regni Bohemie, Petro de Rozimberg summo camerario, Andrea de Duba judice, Henrico preposito Pragensi, notario terre, ceterisque Pragensibus beneficiariis et baronibus Wilhelmo de Lantstein, Wilhelmo de Strakonicz, Johanne de Michalowicz, Wilhelmo de Skaly, Johanne de Weselee, Alberto de Krir, Hincone de Wlassimie, Dobessio de Kamenicze, Hincone de Waldenstein, Gencone de Grumberg judice curie regalis et coram aliis baronibus terre.

Raigrad. 13. Talmberg. 36 bohemice. Brun. 219, 220. Palacký, Arch. čes. II, 337; III, 308. Jireček. Cod. jur. Boh. II, 2 p. 22.

K, 17. — *1345, 23 Dec.* — Dominus Henricus plebanus de Sstiepanow p. c. c. domino Karolo marchione Morawie, tunc rectore generali regni Bohemie, et c. b. P., quod hereditatem suam in Wrapicz, quidquid ibi habuit et in Stehelczewsy, similiter quidquid ibi habuit, cum juribus patronatus in Hospozinie et in Praga s. Johannis Baptiste ecclesiarum et cum agris, pratis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit ecclesie collegiate Omnium sanctorum in castro Pragensi et toti collegio canonicorum ibidem et hereditarie condescendit. Nuntius super hoc fuit ex parte ipsius domini marchionis ad tabulas dominus Henricus de Lichtmburg. Actum a. d. MCCC°XLV° fer. VI post festum beati Thome apostoli.

Tab. cur. reg. XXI, 221.

TERTIUS ZDISLAI.

(1346—1356.)

A, 2. — 1346, 11 Mart. — Hynko dictus Berka de Duba purgrauius Pragensis p. e. c. b. P., quod hereditates suas in Longa Dubrawa, quindecim laneos, in Dietele sex laneos et quatuor virgas agrorum, de quibus laneis viginti due sexagene gr. den. Prag. annue censuantur, et duos laneos de silua ibidem in Dietele pro aratura extirpandos, et in Kadlyn de blado censuali, quod osep dicitur, centum et decem strichones siliginis et centum strichones tritici, in molendino quoque sub piscina in Biela quinquaginta duos strichones siliginis annuatim, et cum agris, pratis, pascuis, omnibusque suis pertinentiis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit pure propter deum pro sue et suorum predecessorum remedio animarum claustro beati Venceslai in Biela et toti conuentui fratrum heremitarum ordinis s. Augustini ibidem degencium de nouo per eum fundato, et eis de predictis hereditatibus et censu ac blado censuali predicto hereditarie et perpetuo condescendit. Actum a. d. millesimo trecentesimo quadragesimo sexto sabbato quatuor temporum Quadragesime coram dominis Hynkone dicto Hlawacz de Duba, Zbynkone de Hazmburk, Alssone de Lubiessicz et coram aliis pluribus fide dignis.

Tab. ter. III, H, 22.

B, 17. — 1348, 13 Mart. — A. d. MCCCXLVIII feria [II] proxima post quatuor tempora Quadragesime residentibus judicio dominis Josstone de Rozimberg supremo camerario, Andrea de Duba judice, Henrico preposito Pragensi, notario terre, ceterisque beneficiariis Pragensibus et baronibus Wilhelmo de Lantsstein, Hincone Berca de Duba purgrauio Pragensi, Johanne de Weselee, Johanne de Michalowicz, Wankone de Wartmberg, Czenkone de Lipnicze, Wilhelmo de Strakonicz, Benessio de Dieczin, Wilhelmo de Skaly, Hincone de Walsstayn, Zbinkone de Libiessicz, Tassone de Skuhrowa, Alberto de Krir, Zbinkone de Hazimburg et aliis baronibus terre excellentissimus dominus Karolus Romanorum [et] Bohemie rex per nunccium suum Reymundum de Kostomlath tunc judicis curie regis vices habentem super hesitacione seu dubio contra, videlicet, an is, qui filium cuiuspiam iudiuisum a patre suo nec eciam matrimonialiter coniugatum ad ius terre euocauerit, eo non respondente uel nollente contumaciter comparere huiusmodi actor memoriales super suum ius dare debeat contra reum eundem uel non, per prefatos barones determinari et pro iure inveniri mandauit. Qui barones super eodem dubio tractatu diligenti inter se prehabito pro iure invenerunt et perpetue duraturo statuerunt, quod huiusmodi filius non coniugatus nec diuisus ab ipso patre suo ad instanciam cuiusvis pro quacumque re seu causa ad iudicium terre fuerit euocatus vel citatus, donec diuisus ab ipso patre suo uel coniugatus legitime [non] fuerit, non debeat cuipiam in iudicio respondere, nec eciam aliquis respondebit eidem, et per consequens memoriales predicti super eundem non debeant nec per eundem contra alios debeant exhiberi.

Ceterum ibidem per prefatos barones pro jure fuit inventum et inconwlse perpetuo statutum, vt nullum juris preiudicium seu nocumentum ex hoc oriatur uel oriri debeat, si quis in hereditatibus suis per donacionem, empcionem, divisionem, vnionem cum aliis uel alio, seu testacionem uel quouis modo seu titulo alio acquisitis, exceptis dumtaxat hereditatibus in

foro iudicialiter obtentis, cum camerario [a] beneficiariis Pragensibus dato infra tres annos continuos et sex septimanas a die assecucionis hereditatum earundem non fuerit dominatus, quorundam prawa adinvencione seu conswetudine dominacionis predicte, que pocius corruptela dicenda est, que in talibus seruabatur, non obstante; quam quidem adinvencionem prauam predictorum seu dominacionem pretactam sepe fati barones cassauerunt irreuocabiliter et eciam annullauerunt, censentes eandem dominacionem nullius esse ammodo efficacie uel momenti.

Páni nalezli za právo a neroztržené na věčnost ustanovili, aby žádného práva pohoršení nebolito škody z toho žádnému nebylo, ani býti má, jestli žeby kdo na dědictví svém, kteréž by skrze obdarování, kúpení, zapsání neb spolčenie s jinými neb s jiným neb kterakým koli obyčejem držal ve třech letech pořád zběhlých a šesti nedělích ote dne dobytí neb držení toho dědictví, že má toho držení užiti proti jakémužkoli právu vedení.

Raigrad. 14 Vindob. 3483, 1; Talmberg. 36. Vindob. N. 5106, 7. et Konop. A, 12 bohemice. Všehrd, 98. Brun. 232, 239. Palacký, Arch. č. II, 338 (N. 29, 30, 31): III, 308, V, 510. Jura et const. reg. Boh. V, 16. Jireček, C. j. Boh. II, 2 p 22.

B, 28. — *1348.* — Wchyna z Hodkova Držkovi z Nesper l. 1348.

Tab. ter. II, F, 21.

C, 18. — *1348.* — Henricus de Sobieticz věnuje na Korytech, na Viceniciech Kateřině z Kuína 300 k. gr. leta 1348.

Tab. ter. CCL, C, 28.

C, 22. — *1348, 14 Jun.* — Kunek z Cetně prodal v Proševicích dvuor poplužní, šest dvoruov kmetcích a což tu měl Peškovi z Chotětova za 110 k. gr. leta 1348 v sobotu o Letnicích.

Tab. ter. CCL, B, 9.

D, 2. — *C. 1348—1350.* — Diwissius de Thalmbergk....

Tab. ter. CCL. E, 21.

D, 11. — *C. 1348—1350.* — Mezi Ondřejem z Dubé súdcí zemským... Úrok z 10 kop jedna kopa gr. aby šla, stará věc jest v Čechách.

Brun. 245.

... — *1350, 8 Nov.* — Jindřich z Byšic p., že dědictví své v Byšicích, dvuor kmetcí, na kterémž Jakub sedlák sedí, k kterémuž puol lánu dědiny přísluší, a jestli žeby se pak co na tom dědictví nedostávalo, to jmá on Jindřich z svého vlastního dědictví vyplniti, kterýžto Jakub sedlák platí ročně 36 gr. pr. peněz, s dědinami, i se vší zvuolí, což k tomu přísluší, prodal knězi Václavovi faráři sv. Jiljí v Praze kupujícímu k témuž kostelu k opatrování kněze Václava za pět kop gr., a přiznal se, že jest ty peníze od něho zouplna přijal, a dědicky postoupil. A též dědiny jemu mají a slíbili sou spraviti on sám Jindřich, Vladislav, Pavlík z Byšic, všickni spolu, před každým člověkem; a také od paní Anky, manželky jeho Jindřicha, jestli žeby živa manžela svého přebyla, i přede vším věnem jejím po smrti jeho za tři leta a 6 nedělí právem zemským; pakliby nespravili, tehdy Pražští úředníci jej kněze Václava, nebo budúcí jeho, faráře nadepsaného kostela, zvesti mají na dědiny správcí, kdež mají neb jmíti budou, beze všeho puohonu, jakožto v právě staném. Stalo se l. p. M°CCC°L°, v pondělí před S. Martinem.

Tab. ter. VI, II, 25.

E, 24. — 1351, 17 Mart. — Karolus dei gracia Romanorum rex, semper Augustus et Boemie rex. Ad vniuersorum tam presencium quam eciam futurorum noticiam tenore presencium volumus deuenire, quod nobilis Wilhelmus de Straconicz fidelis noster dilectus in nostra ac illustris Joannis marchionis Morauie, principis et fratris nostri charissimi, nec non Jostonis summi camerarii, Hinconis dicti Berce de Duba purgrauii Pragensis, Andree de Duba judicis, Stephani canonici Pragensis, terre notarii, ceterorumque beneficiariorum Pragensium et baronum, acpote Wilhelmi de Lantsstein, Wanconis de Warthenberch, Joannis de Wessele dicti de Wartenberch, Czenkonis de Lipa, Joannis de Michelsperch, Bussonis [sic] de Laiticz [sic] Hinconis de Sleben, Henrici de Noua domo, Joannis de Slenicz, Jaroslai de Ssternberch et Wilhelmi de Scala presentia personaliter constitutus, p. e. et publice recognouit, se omne jus suum hereditarium, quod ipse habuit uel heredes sui, si quos habuerit, habere poterunt, quomodolibet in futurum in hereditatibus immediate subscriptis, videlicet in castro Baworow, in opidis Baworow et Strinkowicz et in villis Hracholusky, Wietieyowicze, Zyrnowniczie, Nebahow, Swoyniczie, Syechow, Lhota noua, Leskowecz, Blaniczie, Swynieticzie, Budynie, Nettuniczie Radieiowicze, Kwaskowiczie, Skale, Zaluzie, Miekinczie, Craynisko, Sczethyn, due Lhote, na Vtisschowie, na Hayku cum aliis villis et curiis araturarum et rusticalibus ad Baworow pertinentibus, et hec omnia cum agris cultis et incultis, montibus, vallibus, planis, pratis, pascuis, siluis, rubetis, venacionibus, campo equacie, fluminibus, riuis, piscinis, piscacionibus, aucupacionibus, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, jure patronatus ecclesiarum, dominio, juribus, vtilitatibus vniuersis et singulis, que nunc ibi sunt uel fieri poterunt quomodolibet temporibus successiuis, et cum qualibet libertate pertinente ad ea nobilibus Petro, Jostoni, Vlrico et Joanni fratribus de Rosenberch et eorundem heredibus pro mille sexagenis gr. denar. Prag. sibi jam integraliter persolutis rite et racionabiliter vendidisse, propter quod idem Wilhelmus de eodem jure suo in omnibus predictis hereditatibus eo jure, sicut ad ipsum pertinebant, prefatis fratribus de Rosenberch et eorum heredibus hereditarie et perpetue condescendit. Inter alia etiam est expressum, quod illustris Joannes quondam rex Boemie, genitor noster clare, memorie pro jure, quod sibi in dictis hereditatibus competebat, a nobili Petro olim de Rosenberch octingentas sexagenas grossorum predictorum recepit et in solucione suorum debitorum integre defalcauit; nobilis etiam Margaretha Bawari quondam de Straconicz relicta, soror ipsius Petri de Rosenberch, de uero suo et legittimo dotalicio octingentas octuaginta marcas graues, sexaginta quatuor gr. pro marca qualibet computando, pretacto Petro de Rosenberch et suis heredibus dedit et dare potuit ac de prefata pecunie summa in sepedictis hereditatibus hereditarie et perpetuo condescendit. Que vniuersa et singula et quodlibet premissorum per nobiles Andream de Duba judicem terre Wilhelmum de Lantsstein et Joannem de Michelsperch ad terre tabulas per nos missos ipsis tabulis terre imponi mandauimus, prout enarrata sunt superius et expressa. Quare nostro culmini pro utraque parte Wilhelmi videlicet de Strakonicz nec non Petri, Jostonis, Vlrici et Joannis fratrum de Rosenberch humiliter extitit suplicatum, quatenus emptionem et vendicionem predictas et inter eos hinc inde factas nec non vniuersa et singula premissa et quodlibet premissorum, prout in ipsis terre tabulis sunt annotata, approbare, ratificare et confirmare auctoritate nostra regia et benignitate solita dignaremur, ut ad hoc nostro accedente consensu dicte empcionis et vendicionis contractus et omnia premissa robur perpetue obtineant firmitatis. Nos attendentes multa grata seruicia et accepta, que Wilhelmus et fratres de Rosenberch predicti nostre celsitudini exhibuerunt hactenus et exhibituros speramus indubie fructuosius in futurum, considerantesque, quod empcio et vendicio predicte dictarum hereditatum per nos ipsos tanquam arbitrum et amicabilem compositorem inter dictas partes ordinata et facta existit, justis eorum supplicacionibus inclinati empcionem et vendicionem sepedictas et omnia et singula premissa et quodlibet premis-

sorum rata et grata habentes, eisque nostrum benignum prebentes assensum, ipsos et ea, prout in terre tabulis annotata noscuntur, approbamus, ratificamus et de certa nostra sciencia presentis scripti patrociuio confirmamus, renunciantes simpliciter et expresse omni juri, quod nobis in predictis hereditatibus competebat hactenus uel posset competere quomodolibet in futurum, omne jus huiusmodi in sepedictos Petrum, Jostonem, Vlricum et Joannem fratres de Rosenberch et heredes eorum de dono nostre singularis gracie transferentes hereditarie in eum. In quorum omnium testimonium et memoriam sempiternam presentes scribi et sigilli maiestatis nostre munimine jussimus appensione muniri. Datum et actum a. d. millessimo trecentesimo quinquagesimo primo XVI Kalendas Aprilis regnorum nostrorum anno quinto.

Tab. ter. VI. D, 26.

F, 17. — 1351, 24 Jul. — Bernarth de Mrdicz p. e. c. serenissimo domino Karolo Romanorum et Bohemie rege et c. b. P., quod hereditates suas Mrdicz castrum et curiam arature cum duabus araturis ibidem, Knieniczich villam, Klessiczich quidquid ibi habuit, Moczidlczich septem laneos, Herzmanstat medium oppidum cum medietate juris patronatus ecclesie, et in Kostel mediam alteram curiam rusticalem cum medietate juris patronatus ecclesie et cum agris, pratis, siluis, piscinis, riuis, molendinis, omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit Jarossio de Mrdicz fratri suo carnali (et Jarossio de Laczembok; et hoc nomen est in tabulis deletum,) et eorum heredibus et eis de ipsis hereditatibus hereditarie condescendit. Nuntius ex parte ipsius domini regis fuit super hoc ad tabulas dominus Henricus de Lichtemburg. Actum a. d. MCCCLI in vigilia beati Jacobi apostoli.

Tandem a. d. MCCCLVI fer. VI quatuor temporum Quadragesime Jaross de Laczembok partem suam totam predictarum hereditatum dimisit libere eidem Jarossio de Mrdicz et suis heredibus.

Tab. cur. reg. XXI, 127.

G, 18.[1] — *1350, 3 Sept.* — Karolus dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Boemie rex. Notum facimus vniuersis, quod quia pridem clare memorie illustris Joannes quondam Boemie rex, genitor noster charissimus, consideratis multiplicibus operosis obsequiis et constantis fidei puritate nobilis quondam Petri de Rosenbergk, quibus eidem nostro genitori debite fidelitatis solercia dinoscitur placuisse, sibi et suis heredibus bona in Bawarow cum villis, prediis, agris, possessionibus et omnibus pertinentiis suis eo jure, libertate et dominio, prout ad regnum Boemie spectare poterant, rite donauit et eciam in parte pro pecuniis vendidit, sicut in literis ipsius desuper editis euidencius est expressum, nos prefati Petri, nec non heredum suorum diligenter inspectis obsequiis animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed de certa nostra sciencia et maturo nostrorum procerum consilio precedente nobilibus Petro, Jodoco, Vlrico et Joanni natis prefati Petri de Rosenbergk predicta bona in Bawarow cum villis, agris, prediis, juribus, libertatibus et pertinentiis suis, quibuscunque possunt specialibus vocabulis designari, sicut in litteris paternis et in tabulis regni nostri Boemie continetur expressum, damus, conferimus et donamus, nec non donacionem et vendicionem dicti genitoris nostri in omnibus suis tenoribus, clausulis, punctis, sentenciis et articulis de uerbo ad uerbum, ac si prefate genitoris nostri littere et scripture tabularum huiusmodi presentibus ad plenum inserte consisterent, approbamus, ratificamus ac per omnia de benignitate regia confirmamus, supplentes omnem defectum, si quis in litteris dicti genitoris nostri, tabulis regni aut in presentibus obscuritate, dubietate aut ambigua interpretacione verborum seu quauis alia de causa fortasse fuerit, de regie plenitudine potestatis, presencium

sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Brunne a. d. millesimo trecentesimo quinquagesimo jubileo III die mensis Septembris, regnorum nostrorum anno quinto.

Tab. ter. VI, D. 26. — [1]) Ms. Secundus Zdislai, G, 18.

. . . — *1351, 27 Jun.* — Drslav z Byšic p., že čtyry kopy gr. praž. platu ročního na dědictví svém v Byšicích, na dvoru poplužním, na tom na všem, což tu jmá, s dědinami, lukami, lesy, řekú, a lovením ryb, i se vším příslušenstvím, i se vší zvuolí, prodal Johlínovi řečený Rokycan z Prahy, a jeho dědicuom, za 38 kop gr. česk. ouplně zaplacených, a jemu toho platu dědicky postoupil. A paní Svachna, manželka jeho Drslava, k tomuto trhu dala své povolení, i se vším věnem a právem svým, což jest jměla na témž dědictví, a oznamujíc též dědictví s týmž platem ročním. Spraviti jim mají a slíbili sou on sám Drslav, a synové jeho Ješek a Šebestian z Byšic, všickni spolu, před každým člověkem, a jmenovitě před ní paní Svachnou, a přede vším věnem jejím, tak, jest-li žeby živností přebyla jeho Drslava, manžela jejího, po smrti za tři léta a šest nedělí, právem zemským; pakli by nespravili, tehdy Pražští úředníci jej Johlína neb j. d. mají zvesti na dědiny jich správcuov ꝛc. Však na ten spuosob: jestli žeby ve čtyřech letech pořád zběhlých ote dne tohoto nynějšího vkladu platu jiného čtyř kop gr. podobného a v témž zdálí od Prahy jim Johlínovi a j. d. koupili, tehdy též dědictví v Byšicích hned od toho platu bude svobodné. Stalo se l. b. M°CCC°LI°, v pondělí po s. Janu Křtiteli buožím.

Tab. ter. VI, H, 24.

H, 27. — *1353.* — Dominus Menhardus filius Vlrici de Noua domo electus episcopus Trideniczensis p. e. c. serenissimo rege Carolo, že se odříká všeho svého dílu. A. d. MCCCLIII°.

Talmberg. 37.

. . . — *1354, 20 Dec.* — Jessko, Hassko, Albertus de Brasskow p. s. c. dominis baronibus, quod hereditatibus suis in Brasskow, Vgezdie, v Lukově et na Kopanině, quidquid ibi habuerunt, cum agris ꝛc [univerunt se ꝛc] prout hoc in tabulis terre plenius continetur. Actum a. d. M°CCC°LIIII°, sabbatho quatuor temporum Adventus.

Tab. cur. reg. XIV, 293.

L, 27. — *1355, 15 Apr.* — Kuneš z Cetně v Čejeticích 2 k. gr. prodal Ctiborovi z Cetně l. 1355 v středu po próvodní neděli.

Tab. ter. CCL, B, 9.

. . . — *1356, 13 Maji.* — Vilém řečený Krabice z Weitmile p. s. p. ú. P., že na dědictví svém na Weitmili, na tvrzi, na dvoru poplužním s popluží, na vsi Chomuticích a na dvořích kmetcích s platem, na tom na všem, což tu má, paní Přibě z Martinic manželce své 200 k. gr. věnoval a ukázal, a jí postoupil. Stalo se leta MIII°LVI v pátek po svatém Stanislavu.

Tab. ter. I, B, 29.

. . . — *1356, 30 Maji.* — Item a. d. MCCCLVI fer. secunda proxima ante festum Ascensionis domini dominus Karolus rex Boemie per nuncios suos dominos Johannem de Wessele summum camerarium, Andream de Duba judicem terre, Czenkonem de Lipa et Henricum de Lauchtenberch ad dominos Petrum et Jesconem fratres de Rozemberch, tutores et commissarios orphani Johannis quondam de Michalowicz, dixit, quia nollet eidem orphano et bonis suis aliqua dampna vel incomoda aliquatenus inferre nec inferri per quempiam siniri quo-

quomodo, si eciam sibi et regno suo de eisdem bonis nulla dampna inferrentur, qui fratres de Rozemberch et tutores eidem domino regi per eosdem nuncios et dominos responderunt, quia omnia et singula, prospera et aduersa cum eodem orphano volunt et ipse orphanus cum eis debet sustinere.

Tab. cur. reg. I, 103.

. . . — *1356, 1 Oct.* — Kunegundis relicta Wilhelmi dicti Lepus quondam de Krussowicz p. e. c. b. P., quod patrem suum Conradum dictum Kemnater de Haczek ad se in veram vnionem seu na pravý spolek suscepit super dotem suam quadringentarum sexagenarum gr. den. prag., quas habet in hereditate in Krussowicz villa hereditarie cum agris, pratis, siluis et qualibet libertate ad ea pertinente, ita quod facti sunt cum eadem dote et ipsa hereditate veri hromadníci. Actum a. d. MCCCLVI sequenti die post Jeronimi coram dominis, domino Czenkone de Lypa summo cammerario, Andrea de Duba judice, Stephano canonico Pragensi, notario terre, ceterisque beneficiariis, et coram baronibus, dominis Jescone de Wessele purchrawio Pragensi, Wilhelmo preposito Wissegradensi, Petro de Rozemberch, Benessio de Dyeczin, Wilhelmo de Straconicz, Wilhelmo de Scali, Jaroslao de Sternberch, Wancone de Duba, Sdencone de Sternberch judice curie regalis, Herbordo de Janowicz, et coram aliis baronibus terre.

Tab. cur. reg. I, 84.

. . . — *1356.* — Pistor ꝛc Cztiboris de Chorzowa . . . .

Tab. ter. CCLII, B, 8.

C. 1356—1360.

Chotyebor de Zbrassyna recognouit coram beneficiariis Pragensibus, quod Bohunconem dictum Hanas de Bossyna et Jaroslaum de Tuchowycz debet et tenetur infra hinc et festum Penthecosten eximere et liberare a Judeo Baruchone, magistro Judeorum de Praga, in 13 sexagenis den. prag. pecunie capitalis ac eciam vsuris super accrescentibus sub poena 50 sexagenarum grossorum predictorum. Quod si non fecerit, extunc dictus Chotyebor ad eosdem Bohunconem et Jaroslaum predictas 50 sex. gr. predictorum amittet tanquam in jure obtento, inducto et dominato, ita quod iidem Bohunco et Jaroslaus dictum Chotyeborium poterunt impignorare pro dicta pecunia, videlicet 50 sex. in suis hereditatibus habitis vel habendis absque omni citacione, monicione, induccione et dominacione cum solo camerario tantum vsque ad satisfaccionem pecunie predicte. Actum ꝛc.

Tab. cur. reg. I, 1.

Sdenko de Konopiscze et de Sternberch p. e. c. b. P., quod omnes et singulos pueros suos cum omnibus bonis et hereditatibus, vbicunque habet uel habebit, committit in tutelam matri sue, domine Anne de Sternberch, ita quod ipsa sit et esse debeat dictorum puerorum nec non bonorum et hereditatum mater commissaria, eam veram tutricem faciendo. Actum anno et die coram eisdem beneficiariis et baronibus, quibus supra.

Sdenko de Konopiscze et de Sternberch p. e. ꝛc, quod omnes et singulos pueros suos cum omnibus bonis et hereditatibus, vbicunque habet vel habebit, committit in tutelam domino Jaroslao de Sternberch, fratri suo, ita quod ipse sit et esse debeat dictorum puerorum nec non bonorum et hereditatum pater commissarius, eum verum tutorem faciendo. Actum anno et die quibus supra.

Tab. cur. reg. I, 81.

Brunus et Jesco fratres de Byelczicz p. s. c. b. P., quod 11 sex. gr. den. prag. census annui in hereditate sua in Hwozdan, toto quidquid ibi habent, cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente dederunt et dare potuerunt pro ipsarum porcione sororibus suis Wratcze et Margarethe, videlicet Wratcze 6 et Margarethe 5 sexagenas census annui, et eis de predicto censu annuo in hereditate ad tempora vite earundem condescenderunt, hoc specialiter expresso, quod ipsis sororibus eorum decedentibus ipse census cum hereditate mox ad... sine omni difficultate deuoluatur. Actum anno et die coram eisdem beneficiariis, quibus supra.

Tab. cur. reg. I, 81.

Domini Zawissius canonicus et Plichta scolasticus ecclesie Pragensis p. s. c. b. P., quod hereditatem suam in Raczinyewsy 8 curias rusticales censuantes annue 10 sex. gr. den. prag. cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente vendiderunt ecclesie sancti Viti in castro Pragensi, ita quod idem census annuus perpetue debeat pertinere ad prebendam in eadem ecclesia Pragensi, per dominum Karolum, Romanorum imperatorem et Boemie regem de nouo erectam annexamque ad prepposituram Boleslaviensem, pro 100 sex. gr. praedictorum, et fassi sunt, se eandem pecuniam totam plenarie percepisse, et eidem ecclesie de eadem hereditate hereditarie condescenderunt. Eandemque hereditatem eidem ecclesie debent et fideiusserunt disbrigare ipsimet domini Zawissius et Plichta, Wanco de Wynarzecz, Jesko de Smylowicz et Jesco Jesconis de Raczinyewess, omnes in solidum, a quolibet homine jure terre; quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsum prepositum Boleslawiensem inducere debent super hereditates ipsorum fideiussorum, vbicunque habent et habebunt, absque omni citacione tamquam in jure obtento, in tercia parte plus pecunie supradicte. Actum ut supra.

Tab. cur. reg. I, 82.

Dominus Prziedbor abbas et totus conuentus monasterii in Hradysczi et Hasco de Lemberca dictus de Zwyerzietycz p. s. c. b. P., quod hereditates suas adinvicem permutarunt, videlicet ipse abbas et conventus hereditates suas in Bozkow, Roztoky villas, in Gesseny quidquid habuerunt, in Kostrzy 5 curias rusticales, et duas piscinas sub villa Byczina sitas, cum agris, pratis, siluis, riuis et qualibet libertate ad ea pertinente permutacionis nomine dederunt eidem Haskoni et suis heredibus pro eius hereditatibus in Rokyta et in Krupa, quidquid ibi habuit, eciam cum agris, pratis, siluis, riuis, et qualibet libertate ad ea pertinente; et sic sibi invicem de dictis hereditatibus permutatis hereditarie condescenderunt, easdemque hereditates sibi invicem disbrigare debent a quolibet homine jure terre. Et huius disbrigacionis sunt fideiussores, videlicet hereditatum, quas ipsi abbas et conuentus eidem Hasconi dederunt, ad ipsum Hasconem Pesco Kabat de Krzidy, Pesco dictus Oczass de Zassady et Jesco de Koczyneiowicz, sed hereditatum, quas ipse Hasco dedit eisdem abbati et conuentui, sunt ad ipsos abbatem et conuentum fideiussores et disbrigatores ipsemet Hasco, Boczko de Podyebrad et Jarek de Zeleznyczie, omnes in solidum. Quod si non disbrigarent tunc Pragenses beneficiarii eum, cui predicta disbrigacio facta non fuerit, inducere debent super hereditates predictorum suorum fideiussorum, vbicunque habent uel habebunt, absque omni citacione tamquam in jure obtento, in tercia parte plus illarum hereditatum, que non fuerint, ut premittitur, disbrigate. Et dominus Karolus Romanorum imperator et Boemie rex ad hanc permutacionem suum beniuolum et graciosum prebuit consensum; super quo nuncius ex parte ipsius domini imperatoris fuit ad tabulas dominus Jesco de Wessele, purgrauius Pragensis. Actum anno ꝛc.

Tab. cur. reg. I, 83.

Bohunco de Dolan p. e. c. b. P., quod fratrem suum Marquardum de Bartossowa ad se suscepit in veram vnionem super hereditatem suam in Udrzenycz, curiam cum duabus araturis, municione et 6 marcis argenti census annui cum agris, pratis, siluis, vineis, riuis et qualibet libertate ad ea pertinente, et super alias hereditates habitas et habendas vbicunque, ita quod facti sunt veri hromadníci. Idem Bohunco vxorem suam, dominam Ankam, cum omni eius dote videlicet 150 sex. gr. den. pr. de hereditate Zytinycz, quidquid ibi habuit, transducit super aliam hereditatem suam predictam in Udrzienycz, quidquid ibi habet, et ei de eadem hereditate in jam dicta dotali pecunia ad veram obligacionem dotalem condescendit, et ipse Marquart ad hoc suum plenum et beniuolum prebuit consensum. Actum ɔc.

Tab. cur. reg. I, 84.

Przissnak de Wirssowicz et Albertus de Otycz p. s. coram serenissimo domino Karolo, Romanorum imperatore et Boemie rege, et coram beneficiariis Pragensibus, quod hereditatibus suis in Wyrssowicz, quidquid ibi habent, in Jaworzie 6 curiis rusticalibus, in Lesczinye 5 curiis rusticalibus, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendiuis ac rebus mobilibus et immobilibus omnibus et hereditatibus habitis vel habendis vbicunque cum omnibus suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente vniuerunt se ad veram vnionem seu na pravý spolek, ita quod facti sunt veri hromadníci. Nuncius ex parte ipsius domini imperatoris fuit super hoc ad tabulas dominus Russo de Lutycz, subcamerarius regni Boemie. Actum anno ɔc.

Tab. cur. reg. I, 85.

Przybak et Slawibor fratres de Vmonina p. s. c. b. P., quod hereditatibus suis in Wyssinye, Vmonynye et in Krzieczi, quidquid ibi habent, cum agris, pratis, fluminibus, siluis, molendinis, rebus mobilibus et immobilibus et qualibet libertate ad ea pertinente, vniuerunt se ad veram vnionem seu na pravý spolek, ita quod facti sunt veri hromadníci. Actum coram baronibus ɔc.

Tab. cur. reg. I, 85.

Johannes de Podhorzan p. e. c. b. P., quod hereditates suas in Semitiessy, in Brziezina et in Skalka, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, siluis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit fratri suo Tyrczino de Podhorzan et orphanis, filiastris suis, Petro et Zwyestoni ibidem, et eis de ipsis hereditatibus hereditarie condescendit, hoc expresso, quod ipsi orphani ante omnia habere debent 60 sex. gr. den. pr. in predicta hereditate Semytiessy et ipsarum hereditatum omnium ipse Tyrczin veram medietatem et ipsi orphani aliam medietatem habere debent. Actum anno et die coram eisdem beneficiariis et baronibus quibus supra.

Tab. cur. reg. I, 87.

Anka de Bychor p. e. c. b. P., quod 60 sex. gr. den. prag. dotis sue, quas habuit in hereditatibus suis dotalibus obligatis in Bychor, et in Byelussicz, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, siluis, riuis, omnibusque suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit filiis suis Jesconi, Hermano, et Alberto de Bychor et eis de ipsis hereditatibus in iam dicta dotali pecunia eo jure per omnia, sicut ad ea pertinebat, condescendit. Actum ɔc.

Tab. cur. reg. I, 88.

Jutka de Zaluzan p. e. c. b. P., quod a filiis Benessio et Diuissio de Zaluzan quadringentas sex. gr. den. pr. dotis sue, quas habuit in hereditate sua dotali obligata in Zaluzan, recepit, 50 sex. ipsorum grossorum dotis eiusdem reputavit soluendas per ipsios filios domicelle Jutcze, filie Mladote de Nechanicz, et ipsi filii ei easdem 50 sexagenas soluere subintrarunt. Predictaque domina Jutka adhuc retinuit in eadem hereditate sua et aput ipsos filios suos pro se 50 sexagenas dotis sue predicte disponendas, prout ei videbitur expedire, et nichil amplius habet apud ipsos filios preter predictas 50 sexagenas. Actum ꝛc.

Tab. cur. reg. I, 89.

Arnust de Porzyeczie pater commissarius orphanorum quondam Mstissonis de Porzyeczie p. e. c. b. P., quod hereditatem ipsorum orphanorum in Czirnczienyech $4\frac{1}{2}$ laneum et $\frac{1}{2}$ jug. hereditatis cum curiis ad hoc pertinentibus, cum agris, omnibusque suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente vendidit Andree de Duba, judici terre et suis heredibus pro 108 sex. gr. den. pr. et 12 gr., et fassus est, se eandem pecuniam totam ab eo plenarie percepisse, et ei de hereditate eadem hereditarie condescendit. Eandemque hereditatem ei debent et fideiubent disbrigare ipsemet Arnust, Czstibor de Gezara, Czenko de Sobyehyrd et Bohunco de Klokoczna, omnes in solidum, a quolibet homine, et nominatim ab ipsis orphanis vsque ad annos ipsorum orphaniles. Et postquam ad annos ipsorum legitimos peruenerint, post hoc per tres annos et 6 septimanas jure terre. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsum Andream seu heredes ipsius inducere debent super hereditates ipsorum fideiussorum, vbicunque habent vel habebunt, absque omni citacione tamquam in jure obtento, in tercia parte plus pecunie supradicte. Actum ꝛc.

Tab. cur. reg. I, 90.

Henricus de Bezdiekowa ex vna et Pesco de Wrtka parte ex altera recognouerunt coram beneficiariis Pragensibus, quod pro jure obtento per ipsum Henricum et patrem eius Albertum quondam de Bezdiekowa super hereditatibus in Lubenczi admiserunt se potenti arbitrio Bohuslay de Krassikowa, et quidquid ipse inter eos mandabit, quandocunque et quomodocunque ad tabulas imponet, hoc imponi debet in presentia vel absencia ipsarum parcium, et firmiter debet observari. Actum anno ꝛc.

Tab. cur. reg I, 104.

Dominus Johannes dictus Pauli, Pragensis et Boleslawiensis ecclesiarum canonicus, recognouit c. b. P., quod hereditatem in Kogeticz curiam arature nudam cum municione et cum agris, pratis, pascuis tantum, sed sine seminibus et sine animalibus, ad sex annos continuos locauit et condescendit Hermanno dicto Czelko de Horziessowicz et suis heredibus, ita quod idem Hermannus vel sui heredes de ipsa hereditate ipsi domino Johanni censuare debebit septem sex. gr. den. prag., medietatem ipsius census infra octauam sancti Georii proximi et aliam medietatem infra octauam sancti Galli, et sic deinceps singulis dictis sex annis. Quod si in aliquo predictorum terminorum non solueret, et post ipsum terminum octo diebus, ex tunc 8 grossi nomine pene super eos accrescent, et si infra alios octo dies et terminos non solueret, tantumdem crescet, si autem infra quartos 8 dies non solueret continuos censum eundem cum penis omnibus, extunc ab omni jure, quod sibi competebat, in ipsa hereditate totaliter cadent et amittent. Actum anno ꝛc.

Tab. cur. reg. I, 104.

Dominus Karolus imperator Romanorum et Boemie rex per nuncium suum dominum Jesconem de Wessele ad tabulas terre imponi mandauit, vt omnia jura obtenta, inducta, taxata et dominata ac omnes et singule citaciones contra Henricum de Noua Domo stent et non procedant a dic presenti per spacium duorum annorum, et interim eciam nulle prescripciones annorum eidem in preiudicium currere debent vel transire. Actum ꝯc.

Tab. cur. reg. I, 105.

Albertus de Lybotinye p. e. c. b. P., quod hereditates suas in Budcowie, Moykowie, Tresczeni, v Dworczie, quidquid ibi in eisdem hereditatibus omnibus habuit, cum agris, pratis siluis, omnibusque suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente dedit et dare potuit pro porcione filiis suis, videlicet Cunssoni, Bohunconi, Henrico, Hyrdonio. Vlrico, Poczino de Lybotynie et eis pro ipsorum porcionibus de predictis hereditatibus hereditarie condescendit. Actum anno et die coram eisdem rege, beneficiariis, et baronibus, quibus supra.

Ibidem Otaslaw de Budkowa defendit, quod ipsa hereditas in Budkow est sua, et ipse Albertus eandem dare ipsis filiis non potuit.

Tab. cur. reg. I, 106.

Karolus Quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper Augustus et Boemie rex. Ob reuerenciam dei omnipotentis et ad laudem sancti Laurencii monasterii in Opatowycz, ordinis sancti Benedicti, Pragensis dyocesis per nuncios suos venerabilem dominum Johannem episcopum Olomucensem, nobilem Johannem dictum de Wartemberch purchrauium Pragensem ad tabulas terre imponi mandauit, inhibens districte sub obtentu gracie sue et mandans per totam terram ac volens, quod omnes homines censuales seu rusticos ac eciam feodales, vel seruiles, cuiuscumque status uel condicionis existant, tractos aut citatos per quemcunque seu ad instanciam quarumcunque personarum cuiuscunque beneficii vel districtus, quod senteciis ipsorum minime valeant predictos homines claustrales innodare, aut in ipsos sentencias exsecutorias seu diffinitiuas fulminare, immo pocius ipsos ab omni onere judicii terreni uel terre seu a judicio per totum regnum Boemie liberos volumus habere et exemptos. Sed qui habeat contra ipsos claustrales homines accusacionis quid proponere, hoc idem coram abbate Opatowicensi ipsius monasterii uel gerenti suas vices repetat, quia justiciam statim eidem impetenti ipsi abbas uel suas vices gerens aut cui commissum fuerit, debent facere expeditam, jure quo homines ipsius monasterii sunt locati uel situati, prout indignacionem nostre maiestatis grauissimam cupitis euitare. Actum anno ꝯc.

Tab. cur. reg. I, 110.

QUATERNUS PRZISNAKONIS.*)

(1357—1360.)

A, 13. — *1357.* — Ješek z Talmberka . . .

Tab. ter. CCL, E, 21.

B, 2. — *1357, 14 Jul.* — Vilím z Talmberka . . . Stalo se leta M°CCC°LVII° v pátek po ochtabu sv. Prokopa.

Tab. ter. CCL, E, 21.

B, 16. — *1357.* — Henzlinus de Praga dictus Benessacz vendidit doctoribus et magistris legentibus in artibus hereditates suas in Poczernicz et in Trczaus Arnesto archiepiscopo Pragensi pro octingentis sexagenis grossorum.

Riegger, Mater. VI, 203.

C, 14.[1] — *1357, 1 Jul.* — Epyk de Hradku p. e. c. b. P., quod hereditates suas in Broczuye curias arature cum curiis rusticalibus, in Chudolaziech quidquid ibi habuit, in Zalezlech quidquid habuit, in Borowalhota villam, in Wesselelhota villam, cum agris pratis, siluis, riuis, piscinis, omnibusque suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente, vendidit domino Arnesto Pragensis ecclesie archiepiscopo et suis successoribus, cancellario vniuersitatis Pragensis studii privilegiati, ementi dicta bona ad vsum studii Pragensis predicti, videlicet pro solario doctorum, magistrorum et aliorum legencium in studio predicto, pro septingentis sex. gr. den. prag., quas dominus Carolus imperator Romanorum et Boemie rex ac collegiati conuentus Pragensis diocesis pro solariendis doctoribus et magistris studii predicti contribuerunt, et fassus est, se eandem pecuniam totam ab eo plenarie percepisse, et ei de hereditate eadem hereditarie condescendit. Eandemque hereditatem ei debent et fideiubent disbrigare ipsemet Epyk, Henslinus de Duba, Benessius de Duba, Hynco de Duba et Hroch de Przyluczie, omnes in solidum, a quolibet homine jure terre. Quod si non disbrigarent, tunc Pragenses beneficiarii ipsum dominum Arnestum seu successores suos inducere debent super hereditates ipsorum fideiussorum, vbicunque habent vel habebunt, absque omni citacione tanquam in jure obtento, in tercia parte plus peccunie supradicte. Actum a. d. M°CCC°LVII° sabbato post diem apostolorum Petri et Pauli.

Tab. cur reg. I, 91. Talmberg. 324. Riegger, Mater. VI, 253. — [1]) Riegger O, 13.

C, 16. — *1357.* — Vilém z Talmberka . . .

Tab. ter. CCL, E, 21.

C, 20. — *1357, 30 Jun.* — Leta 1357 v pátek po sv. Janu. Kuneš z Cetně v Cetni Ctiborovi z Cetnie . . .

Tab. ter. CCL, B, 9.

*) Interdum registrum Prziznakonis nominatus.

D, 14. — *1357.* — Heress de Rozdialowicz dedit monasterio in Sacro campo ...

Talmberg. 335.

... — *1357, 28 Oct.* — Jindřich z Byšic p., že šedesáte čtyři gr. platu ročního na dědictví svém v Byšicích, dva dvory poplužní, dvory kmetcí, na tom na všem, což tu jmá, s dědinami, lukami, lesy, rybníky, potoky, i se vším příslušenstvím a se vší zvolí, což k tomu přislušÍ, prodal Henzlinovi z Prahy, řečený Benešaver, a jeho dědicuom za 10 k. a 40 gr. peněz praž. zouplna zaplacených a že mu toho platu roč. postoupil. A tejž plat roční jemu mají a slíbili sou spraviti, on sám Jindřich, Ješek z Byšic a Bohuněk z Byšic, všickni spolu, před každým člověkem, a jmenovitě od paní Anky manželky jeho, i přede vším věnem jejím ꝯc; pakliby nespravili ꝯc (*jakož forma*). Stalo se léta M°CCC°LVII°, v sobotu den sv. Šimoniše a Judy.

Tab. ter. VI, H, 25.

E, 6. — *A. 1357 exeun. v. 1358 ineun.* — Remuth de Lobosicz [1] vendidit monasterio in Postoloprd ...

Talmberg. 320. — [1]) Ms. Lobicz.

E, 17. — *1358, 24 Febr.* — Marquart, Przibik et Jessek fratres de Porzessin p. s. c. b. P., quod hereditatibus suis, videlicet castro Porzessin et Porzessin villa et aliud iterum Porzessin, in Kaplicz oppido, in Diedkow et Netrziebiczie villis, in Hrziebeny 2 laneis, in Zubczicz, na Plawy, Trzietez villis, in Puchtikow 1 laneo, in Zahradka 1 laneo, in Roznow, Omlenicze, Blazkow villis, in Malikow curia arature et vno laneo hereditatis, in Horssow 2 laneis, in Stradow et Skoronicz villis, in alio Stradow 1 laneo, in Podole 1 laneo, in Brussi 2 laneis et in Wyhni 3 laneis hereditatis cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendinis, fluminibus, montibus, vallibus et curiis ad hoc pertinentibus omnibusque suis pertinenciis, et qualibet libertate ad ea pertinente, vniuerunt se ad veram vnionem seu na pravý spolek, ita quod facti sunt inter se veri hromáždníci, ita tamen, quod predictus Jessko ad tempora vite sue de hac vnione non debet nec potest se trahere sine aliorum fratrum voluntate; si autem alii fratres vellent dividere se, tunc ipse Jessek cum parte porcionis sue potest et debet ad quem vult se trahere et in eo alii fratres non debent ipsum inquietare. Actum a. d. MCCCLVIII sabbato quatuor temporum Quadragesime coram baronibus et beneficiariis, quibus supra.

Tab. cur. reg. XXI, 24.

F, 15. — *1358.* — Boczko de Podiebrad vendidit monasterio Aule regie ...

Talmberg. 316.

... — *1359, 12 Maji.* — Dominus Karolus, serenissimus imperator Romanorum et Boemie rex, cum baronibus infrascriptis invenerunt, quod homines hereditarii, id est dědinníci ville Stadicz debent amodo in perpetuum ab omni solucione census seu alia exaccione quacunque liberi esse et absoluti, prout a fundacione et principio dicte ville exstiterunt, exceptis duntaxat berna generali et defensione terre, ad quam prout alii terrigene obligantur ꝯ ...

. . . — *1374, 22 Dec.* — Super villas Wyssokuwess et Mukarzow prope Uscz dictum Michalczonis data est litera proclamacionis in Lithomirzicz. Post Jeronimi a. 1391 Jessek de Tyeclowicz et Jessco de Konogied et Petrus filius Jessconis de Konogied docuerunt tabulis terre hereditates suas, Wissokuwess villam integram cum agris, pratis, siluis, riuis et Mukarzow villam integram cum agris, pratis, jure patronatus ecclesie, silua dicta Czastalow, et omni libertate ad ea pertinente, nichil ipsis ibidem reseruantes, eo jure, prout soli tenuerunt, quas [hereditates] emerunt a Wenceslao, Nicolao et Benessio fratribus de Wartmberg dictis de Dieczin pro 233 sex. gr. prag. integraliter persolutorum. Actum a. d. MCCCLXXIIII fer. VI quatuor temporum Aduentus, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 184.

. . . — *1374, 22 Dec.* — Dietleb et Jesco dictus Nepassek de Seslawek fratres p. s. c. b. P., quod super hereditatibus ipsorum ibidem in Seslawkach, duabus curiis rusticalibus, 4 subsides [sic], agris, pratis, flumine, molendino, jure patronatus ecclesie, pomeriis, et in Synczan curiam arature, cum agris, pratis, in Rossiczich 3 curiis rusticalibus, agris, pratis, jure patronatus ecclesie, pomeriis, flumine, in Holetin 3 curiis arature cum agris, pratis, siluis, riuis, et in Seslawecz curia arature et vno subside, agris et omni libertate ad ea pertinente et toto, quidquid habent aut habebunt, vnierunt se insimul, ita quod facti sunt veri vnitores omnium, ut est premissum. Actum in tabulis terre a. d. M^{0}CCC^{0}LXXIIII^{0}, VI fer. quatuor temporum Adventus.

Tab. cur. reg. XIII, 14.

. . . — *1375, 22 Jan.* — In villa Chwoykowie Vgiezdczi Wenceslaus dictus Chwogie decessit. Anka prefati Wenceslai dicti Chwogie conthoralis cum Wenceslao marito suo per terre tabulas docuit, quod curiam arature et duas curias rusticales cum agris, pratis, siluis, et omni libertate ad ea pertinente emit a Sdena de Chwoykowa Vgiezda pro 50 sexagenis gr. anno LXXV fer. II post Fabiani.

Tab. cur. reg. XIII, 123.

. . . — *1375, 29 Mart.* — Margaretha de Wtelna relicta olim Vzikonis c. b. P. p. e., quod hereditatem suam dotalem obligatam ibidem in Wtelne, curiam arature et septem curias rusticales cum agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente, in qua hereditate habet centum quinquaginta sex. gr. prag. vendidit Johanni filio suo de Wtelna et Laurencio de Sedlczan et Budisslao de Tuchomie et eorum heredibus pro centum quinquaginta sexag.; sed Budisslaus de Tuchomie antedictus habet de dotalicio post filiam antedicte domine Margarethe 20 sexag. gr. et recipit census de eisdem in antedictis hereditatibus in obligacione. Et hoc ipsa Margaretha et Laurencius recognouerunt a. d. MCCC°LXXV° fer. quinta in capite jeiunii.

Tab. cur. reg. XIII, 48.

. . . — *1375, 4 Maji.* — Sabbato quatuor temporum Quadragesime [9 Mart.] a. d. 1392 dom. Eywan de Chuderowa docuit terre tabulis Boztiessiczie villam integram, in qua sunt sex sexagene census annui minus tres grossi, cum curiis rusticalibus, agris, pratis ꝛc, quam emit a Jacubkone de Oslouicz et Henrico Hunger pro 135 sexag. gr. a. d. MCCCLXXV in die Lancee.

Tab. cur. reg. XIII, 183.

R, 3. — *1375, 4 Maji.* — Gessko de Slawcze et Bohuslaus frater suus germanus ibidem p. s. c. b. P., quod hereditatem suam, in Slawczi curiam rusticalem soluentem 26 grossos census annui et Kluk montem et duos laneos silue, in Hradcziich tres laneos silue et duas piscinas cum omni libertate ad ea pertinente vendiderunt Benessio et Przibikoni fratribus de Krzemze, et eorum heredibus pro 60 sexagenis gr. prag., et fassi sunt, se easdem pecunias ab eis plene percepisse, et eis de dicta hereditate hereditarie condescenderunt. Ipsamque hereditatem eis debent et fideiusserunt disbrigare, et cum eis Onsso de Wehlaw, Henricus de Prosstienicz et Jessek de Wescze, omnes in solidum, ab omni homine, jure terre et specialiter a dote Margarethe, vxore vendentis Jesskonis, tribus annis et sex septimanis post mortem mariti. Quod si non ꝛc, ut in forma. Actum a. d. MCCCLXXV fer. VI in die Lancee.

Tab. cur. reg. XX, 179.

R, 20. — *1375.* — Venceslaus Nogl de Praga vendidit preposito collegii.

Talmberg. 323.

SECUNDUS ULRICI.

(1375—1380.)

. . . — *1375, 16 Jun.* — In villa Kobilnik Mikssik decessit. In crastino Dedicacionis pragensis a. d. 1382 Sdena de Kobilnik docuit empcionem per tabulas terre, quam emit Mikssik predictus sibi et Sdene filie sue antedicte apud Newlassonem de Kobilnik, curiam arature cum hereditate, municione, pratis, piscinis, ryuulis, 9 curias rusticales cum hereditate, taberna et qualibet libertate ad ea pertinente pro 260 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXV° sabbato quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 233.

A, 2. — *1375.* — Henik de Tuniechod vendidit monasterio in Sezemicz . . .

Talmberg. 328.

A, 7. — *1375.* — Witko presbiter de Czierniczicz vendidit domicellabus in Sezemicz.

Talmberg. 328.

A, 15. — *1375.* — Rynhart de suburbio Pragensi vendidit domicellabus et conuentui s. Anne.

Talmberg. 331.

A, 23. — *1375.* — Mathias de Turri condescendit prebendam s. Georgii [ecclesiæ Pragensi].

Talmberg. 311.

. . . — *1375, 31 Oct.* — Kaczena de Praga relicta olim Henrici decessit, post cuius mortem 16 sexag. gr. census annuus ad dominum regem deuolutus est, quem censum habuit in villis Sylibyczich et in Zizeliczich. In crastino s. Hieronimi a. d. 1390 dominus Hermannus prior, totumque collegium suo nec non capelle in Jerusalem nomine docuit per tabulas terre, quod Kacziena predicta vendidit capelle in Jerusalem in Silibiczich 5 sexagenas census annui in curiis rusticalibus, in Trziebowynye et in Horzieslany duas marcas census annui a. d. M°CCC°LXXV° in vigilia Omnium sanctorum. Domini Caroli olim Romanorum imperatoris et Bohemie regis ad premissa consensus graciosus accessit, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 183.

. . . — *1375, 12 Nov.* — Fricz de Liblicz ex vna et Jessko junior ibidem filiaster suus parte ex altera p. s. c. b. P., quia pro omnibus hereditatibus eorum et bonis, quas et que habuerunt insimul, diuiserunt se per omnia in hunc modum:

Primum quia Jesco antedictus debet habere in Liblicz municionem cum curia, cum medietate agrorum ad dictam curiam spectancium, et medietatem pratorum, que sunt in litore aque a parte Czeczelicz, que prata in Kuth et Pobrziezie nuncupantur, cum parte luci inter

Cunssonis lucum et pratum Fryczonis Otmyena dictum, et eiusdem prati Otmyena medietatem, ut in metis et limitibus est distinctum. — Item medietatem prati Habrzinska dicti, a parte illa, vbi transitur a Mielnik, cum media piscina in prato eodem, et medium molendinum spectans ad Liblicz. — Item habere debet sex curias rusticales in Liblicz, cum tribus laneis agrorum et vno quartali; ortum Lisczonis, ortum Jandonis et ortum, quem Czipa tenuit sub censu. — Item sub villa Liblicz ortos tres, prope Otmyenam pratum predictum. — Item in alio loco sub villa predicta quatuor ortos et vnum ortum cum pratis, qui ortus quondam emptus fuit aput Jesconem dictum Plch de Czeczelicz; in quo quidem loco fatus Jesco junior vel sui heredes, nec aliquis eorum nomine, debet aliud molendinum erigere in dampnum molendini ibidem ab antiquo situati, nec aque ibidem defluenti aliquod impedimentum facere. — Item debet habere aream curie arature ibidem in Liblicz, quam quondam Tluxa tenuit, cum aratura. — Item mediam curiam cum medio pomerio adiacente eidem curie circa Herssonem, hominem censualem Cunssonis in Liblicz, in parte ville a Melník iacente, cum omni libertate ad ea pertinente. — Item debet habere in villa Ebrharticz curiam arature cum aratura, cum omnibus curiis rusticalibus, quas ipse Fricz tenuit ante diuisionem; et in Hostyna tres curias rusticales, in quibus resident Czwik cum medio laneo, Marziczco cum vno quartali, Anka cum quartali; et medietatem vinee, et medietatem nemoris juxta vineam in Hostyna; sub Hostyna prope viam sub Liblicz equitando partem silue, videlicet Ochozi Dolnicze nuncupando, et medietatem silue in Jezwina nominate. — In Byssicz villa habere debet medietatem agrorum arature et homines censuales infrascriptos: Marssonem Sidlo, Marssonem cum orto penes ipsum, Marssalconem, orphanos Statkonis, Blahutonem, Marssiconem, Simonem, Adam, Weliconem, Krzichonem, Wlachonem, Pawlonem ortulanum, Jesskonem dictum de Mikow, cum ortulo paruo Zilkonis, cum pratis a parte alia, de Byssicz equitando in Czeczelicz a Liblicz jacentibus, et partem vinee in Nedomicz, cum agris, pratis, cum jure patronatus ecclesie et omni libertate ad ea pertinente.

Fatus vero Fryczo debet habere pro sua porcione medietatem agrorum arature in Liblicz, ad curiam cum municione prædicta spectantem, et septem curias rusticales, in quibus resident homines censuales, Cornol cum medio laneo, Oness cum medio laneo, orphani cum medio laneo, Jesco Mucha dictus cum tribus quartalibus agrorum, Pessko, Mezco cum medio laneo, Laster cum medio laneo, Nykel cum medio laneo. — Item ortum Marziconis prope pomerium magnum, cum eodem pomerio et campis circumiacentibus, omnes ortos cum gazis, a muro curie Jesconis predicti et sub curia dicti Jesconis usque ad finem ville predicte. — Item octo ortos sub villa Liblicz cum fossatis, salicibus; item ortum prope pratum Otmyena dictum, medium molendinum prope Liblicz predictum, medietatem pratorum in litore aque iacencium versus Czeczelicz, Kuth, Pobrzezie nominatorum, cum luco integro inter pratum Kuth et lucum Cunssonis de Liblicz sito; medietatem prati Otmyena dicti cum medio prato Habrzinska dicto, cum media piscina ibidem, cum ortis, salicibus, fossatis, gazis, pomeriis ibidem ad dictam porcionem spectantibus, cum media curia et medio pomerio adiacente Herssoni, homini censuali ipsius Cunssonis de Liblicz, et jure patronatus ecclesie ibidem in Liblicz. — Item habere debet in villa Hostyna curiam arature cum agris ad eandem spectantibus, cum omnibus curiis rusticalibus, media vinea, gazis, areis et omni alia libertate ad ea pertinente, siluis omnibus Otmyena dictis et media silua in Jezwin ac omnibus aliis siluis et rubetis. — Item in Byssicz curiam arature cum molendino ibidem prope curiam cum omnibus gazis ac fossatis, ortis circum curiam et sub curia. — Item molendinum supra villam Bissicz prope villam Morzizab cum luco, pratis omnibus et ortis ex superiore parte vie eundo de Bissicz in Czeczelicz ex vtraque parte aque, cum aquarum decursibus; homines censuales ibidem in Bissicz Zagieczonem, molendinum nouum prope curiam ipsius, Hostam viduam, viduam iterum, Bartonem,

Petrakonem cum area penes ipsum, Swatossonem, Zalabecz, Marzikonem, Tupczonem, Weprzkonem, Pessam, sutorem, fabrum et mediam partem vinee prope Nedomicz, cum agris, ortis, pratis et omni libertate ad ea pertinente.

Et sic cum hereditatibus omnibus premissis sunt iuste et veraciter diuisi, saluo tamen censu 17 sexag. census annui, quem soluere debent et tenentur de bonis in Byssicz Johanni de Ach ciui Pragensi, quarum medietatem ipse Jesco de parte sua et ipse Fricz aliam medietatem similiter de parte sua. Si autem propter non solucionem predicti census aliquis eorum dampnum in porcione sua et hereditate perceperit, extunc idem aliam partem debet impignerare in hereditatibus suis ubicumque habet aut habebit cum solo camerario Pragensi usque ad percepcionem census huiusmodi non soluti cum dampnis et impensis omnibus ob hoc fiendis. Actum a. d. M°CCC°LXXV° in crastino s. Martini.

Tab. cur. reg. XIV, 40.

B, 24. — 1375. — Fricz de Praga vendidit Johanni decano s. Apollinaris.

Talmberg. 320.

B, 30. — 1375. — Hassko de Turzicze vendidit Slawate, decano Boleslawiensi . . .

Talmberg. 312.

. . . — *1375, 19—22 Dec.* — In villa Knyeze Kladie Anna olim filia Stiborii de ibidem decessit, cuius curia arature cum curiis rusticalibus, agris, pratis, siluis et omni libertate ac toto quidquid ibi habuit et possedit, in dominum regem dicitur esse deuoluta. Sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. 1394 [13 Jun.] Przibiko de Zymutycz docuit tabulis terre taliter, quod Petrus de Rzeczicz, Przibiko et Drzkray frater ipsius de Rzeczicz, cui Drzkragony imperator Karolus diue memorie annos etatis sue suppleuit siue addidit, vniuerunt se hereditatibus habitis vel habendis, et specialiter in Knyezekladye 2 ½ sexagenis census annui, a. d. millesimo CCC°LXXV° quatuor temporum Adventus.

Ibidem eciam Styborius Przibiconem super hereditates in Knyezekladie super duas agriculturas cum curiis rusticalibus in veram suscepit vnionem, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 145.

C, 1. — 1375, 21 Dec. — Bohunko de Cztitar dictus Puklicze p. e. c. b. P., quod hereditatem suam ibidem in Sstitar, quatuor laneos araturarum, inclusis pratis et flumine, et vnum laneum silue propinquiorem ville, et curiam arature cum municione, orto et omni libertate ad ea pertinente, excepto riuo in communitate, vendidit Jacobo de Welenicz judici et suis heredibus pro ducentis quinquaginta sexagenis gr. prag., et fassus est, se eandem pecuniam ab eis plene percepisse, et eis de dicta hereditate hereditarie condescendit. Ipsamque hereditatem eis debet et fideiussit disbrigare ipsemet vendens et cum eo Jessko de Cztitar frater vendentis, Bernhardus de Hawranie, Nicolaus de Lipolticz, Gessko de Czepie, omnes in solidum, ab omni homine jure terre et specialiter a dote domine Johancze vxoris ipsius vendentis tribus annis et sex septimanis post mortem mariti. Quod si non ꝯc, inducere ipsum ementem ꝯc. Actum a. d. M°CCC°LXXV° fer. VI quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XX, 78.

C, 7. — 1376, 8 Jan. — Jan z Wartmberka purkrabie Pražský a Václav bratr jeho př. se př. ú. P., že dědictví jich Slavětín městečko s tvrzí i s dvorem poplužním, s trhem, s ro-

lemi, s lukami, s lesy, s vinicemi, s zahradami, s chmelnicemi, s sady, s rybníky, s horami, s údoly, i s všeckú svobodú k tomu slušějící, jakož jsú prvé kúpili byli od bratruov z Slavětína, všecko, cožkoli tam suo měli, nic sobě tudíž nepozuostavujíc, prodal [sic] Vilémovi z Hazmburka Zajíci a Mikulášovi tudíž synovci svému za dva tisíce kop gr. pr., a seznali sú se ty peníze od něho úplně vzíti, a jim z toho dědictví dědičně sstúpili sú. A to dědictví spraviti mají oni prodávající a s nimi... [sic], všickni vespolek, od každého člověka právem zemským a zvláště od všelijakého věna, jsúli která na těch dědictvích, ve třech letech a v šesti nedělích po smrti mužuov; a tím obyčejem mají jim spraviti, jakož prvé, jimž oni z Slavětína s jinými správcemi slíbili spraviti; pakliby ꝛc. Stalo se l. b. M°CCC°LXXVI° v úterý po Buožím křtění.

Tab. ter. CCL, M, 1.

C, 22. — 1376. — Johannes abbas Opattowiczensis ꝛc permutauerunt . . .

Talmberg. 324.

C, 24. — 1376. — Joannes episcopus Misnensis ꝛc dederunt hospitali sub Wyssegrado.

Talmberg. 335.

C, 25. — 1376. — Margareta relicta Johlini Rothleb vendidit capelle regie . . .

Talmberg. 311.

E, 21. — 1376. — Aleš z Duban prodal Marketě z Duban do živnosti její puol čtvrta lánu dědiny.

Tab. ter. CCL, M, 16.

. . . — *1376, 25 Oct.* — Mladota de Postrzizin et Waniek de ibidem p. s. c. b. P., quod hereditatem ipsorum in Postrzizin, curiam arature cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente vendiderunt Jesskoni de Postrzizina et Marssoni de ibidem fratri suo pro 50 sexag. gr., et fassi sunt, se easdem pecunias ab eis plene percepisse, et eis de dicta hereditate hereditarie condescenderunt. Disbrigare debent ipsimet vendentes et cum eis Waltierz de Wssestud, omnes in solidum, ab omni homine jure terre et specialiter a dotibus et orfanis, ut juris est terre. Quod si non disbrigarent ꝛc. Actum a. d. M°CCC°LXXVI° sabbato post Luce Euangeliste.

Tab. cur. reg. XIV, 301.

F, 11. — 1376. — Henricus de Libiessicz et magistri permutauerunt . . .

Talmberg. 324.

G, 3. — 1377. — Joannes archiepiscopus Prag. ꝛc vendidit hospitali s. Antonii in Hradczano.

Talmberg. 335.

G, 18. — 1377. — Johannes decanus ecclesie s. Apollinaris ꝛc vendiderunt . . .

Talmberg. 320.

G, 24. — 1377. — Englhardus de Sobieticz věnoval na dílu svém v Kosmačově Marketě l. 1377.

Tab. ter. CCL, C, 28.

G, 30. — *1377.* — Strzizek de Kolodieg vendidit monasterio in Sezemicz.

Talmberg. 328.

. . . — *1377, 22 Maji.* — In villa Dubnyczy Habardus decessit, cuius bona ɔc. Fer. II post Trinitatis a. d. 1389 [14 Jun.] Wraczka de Dubniczie docuit per tabulas terre 30 mar. argenti dotales, quas habuit in hereditatibus Hoholow, cum quibus ipsam Habardus maritus suus de Dubniczie ad hereditates suas ibidem transduxit, videlicet super mediam curiam arature integram, municionem, mediam curiam rusticalem, mediam vineam, medietatem pratorum, medietatem siluarum, medietatem agrorum et omni libertate ad ea pertinente a. LXXVII fer. VI quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 121.

. . . — *1377, 23 Maji.* — Przibislaw de Wranicz p. e. ɔc, quod hereditates suas, in Wranicz, vnam curiam rusticalem soluentem 80 gross. census annui, cum agris, pratis et omni ɔc vendidit Ahnikoni de Czestina Costela et domino Sbinkoni presbytero fratri suo ibidem germano pro 13 sexagenis gr. et 20 grossis persolutis [et eis de ea] condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Mykess de Petrowicz et Sbinko de Krziessicz, omnes ɔc. Actum a. d. M°CCC°LXXVII° sabbato quatuor temporum Pentecosten.

Tab. cur. reg. XIV, 255.

H, 23. — *1377.* — Jarek de Walssteyna vendidit monasterio s. Procopii.

Talmberg. 330.

H, 24. — *1377.* — Elizabeth abbatissa monasterii s. Georgii et Albertus de Malikowecz permutauerunt . . .

Talmberg. 311.

J, 4. — *1377.* — Vlricus de Brzistie vendidit Hermanno abbati in Aula Regia . . .

Talmberg. 316.

J, 5. — *1377.* — Janko de Sendražicz vendidit Hermanno abbati in Aula Regia.

Talmberg. 316.

. . . — *1377, 21 Dec.* — Przybyslaus archidiaconus Horsowiensis, Andreas Kotlyk canonicus Pragensis et Henslinus de Ossyeczan p. s. c. d. ɔc, quod super hereditates eorum in Rzerzihach super 8 laneos agrorum media vna quarta cum curiis rusticalibus soluentibus 11 ½ sexagenas census et 2 ½ grossos cum agris, pratis et omni ɔc. Nyepronem de Rupowa, Wenceslaum Wenceslai filium de Vgezdcze in veram suscepit vnionem, ita quod facti sunt cum eis veri vnitores et hromáždlníci ɔc. Anno M°CCC°LXXVII° fer. II ante Natiuitatem Christi.

Tab. cur. reg. XIV, 74.

L, . . — *1378.* — Machat sacrista ecclesie Pragensis et Michael permutauerunt . . .

Talmberg. 311.

L, 4. — *1377.* — Temlinus, Grawinbart de Montibus Gutnis ɔc dederunt hospitali ibidem.

Talmberg. 335.

L, 4. — 1337. — Elizabet abbatissa monasterii s. Georgii et Wanko de Niemczicz permutauerunt . . .

Talmberg. 311.

L, 21. — 1378. — Jesco de Sobieticz věnoval v Smrčanech Elšce manželce své L 1378.

Tab. ter. CCL, C. 28.

L, 24. — 1378. — Voldřich z Duban věnoval na Hostovlicích M°CCC°LXXVIII°.

Tab. ter. CCL, M, 16.

. . . — *1378, 13 Mart.* — In Radenyn Wyssatha decessit. Habuit in Jaworzie. A. d. 1391 fer. II [20 Febr.] post dominicam Reminiscere docuerunt Hermanus et Sigismundus fratres de Zalesye per tabulas terre veram vnionem hereditatum in Jaworzie ac aliarum omnium hereditatum habitarum vel habendarum vbicunque cum Wissata supradicto de anno domini M°CCC°LXXVIII sabbato quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIII, 140.

. . . — *1378, 30 Apr.* — In villa Podhradyczich Jacobus decessit, cuius bona ɔc. Feria II post quatuor tempora Aduentus a. d. 1390 [19 Dec.] Kaczka de Melnik docuit per tabulas terre 50 sexagenas minus 2 ½ sex. gr., cum quibus eam Jacobus maritus eius predictus de hereditatibus in Clobossicz transduxit ad hereditates suas in Podhradycz super toto, quidquid ibi habuit, cum curiis rusticalibus cum hereditate, pratis, et omni libertate ad ea pertinente. Actum a. d. M°CCC°LXXVIII° fer. VI in die Lancee, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 200.

. . . — *1378, 1 Maji.* — In villa Mylcziewssy Mixico decessit, cuius bona ibidem in Milcziewsi et alibi in d. regem deuoluta existunt. Sabbato quatuor temporum Aduentus a. 1393 [20 Dec.] Johannes de Weylburg protonotarius pretorii Maioris ciuitatis Pragensis docuit tabulis terre decem sexagenas census annui nudi duntaxat et perpetui, prout se docturum offerebat, quem censum emit Johannes pater dicti defendentis apud Leonem de Zacz, ciuem Pragensem in hereditate sua, videlicet in curia arature in Milcziewsi cum duabus agriculturis et in curiis rusticalibus nouem cum agris et omni libertate ad ea pertinente et in toto, quidquid ibi habuit, pro 100 sexag. gr. a. d. M°CCC°LXXVIII° sabbato post Lancee.

Tab. cur. reg. XIII, 187.

. . . — *1378, 14 Maji.* — In villa Lhotka Prziba decessit, cuius bona ɔc. Die dominico post quatuor tempora Pentecostes Jan et Dluhomyl fratres de Lethow docuerunt per tabulas terre, quod Prziba predicta de Lhoty Andree dicto Buchta marito suo dotauit 50 sex. gr. in duabus curiis censualibus et in vna curia libera et predicti Dluhomyl et Jan antedicta bona in Lhotye emerunt apud Andream predictum pro 50 sex. gr. den. prag. plene persolutorum a. d. M°CCC°LXXVIII° fer. VI post festum s. Stanislai.

Tab. cur. reg. XIII, 85.

. . . — *1378, 22 Maji.* — Benessius de Radossowicz p. e. c. b. P., quod in hereditate sua, in Radossowicz in curia arature cum rádlo role, in Toziczy in curia rusticali, in qua residet Marzan rusticus, cum agris, pratis et omni ɔc domine Gitcze vxori sue triginta tres sex. gr.

et vnum fertonem gr. prag. dotauit et nomine ꝫc, et ei de dicta hereditate ad veram dotalem obligacionem condescendit, hac condicione adiecta, quod quandocumque idem Benessius de hoc seculo migrauerit, extunc fratres ipsius Benessii domine Gitcze infra vnum annum debent dotem memoratam dare et ipsa abinde mox debet remoueri. Quod si non darent, extunc ipsa Gitca post elapsum vnius anni easdem hereditates habere debet hereditarie, contradiccione qualibet posttergata. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXVIII⁰ sabbato ante Ascensionem domini.

Tab. cur. reg. XV, 326.

N, 3. — 1378. — Elizabeth Romanorum imperatrix dedit altari s. Venceslai . . .

Talmberg. 311.

N, 5. — 1378. — Boczko de Podiebrad dedit monasterio in Saczka . . .

Talmberg. 317.

N, 6. — 1378, 14 Jul. — Elizabet Romanorum imperatrix et Boemie regina p. e. c. s^mo^ principe et domino Carolo, Romanorum imperatore et Boemie rege, et c. b. P., quod hereditatem suam in Wssechlap, vndecim sexagenas census annui et octo grossos, cum curiis rusticalibus, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, totumque, quicquid ibi habuit, nichil sibi ibidem reseruando, dedit et dare potuit pro salubri remedio anime sue priorisse totique conuentui monasterii s. Katharine in Noua ciuitate Caroli, et ipsi monasterio perpetue et in euum, eisque de dicta hereditate hereditarie condescendit. Nunccius super eo fuit ad tabulas ex parte prefati domini Caroli Jan dictus Gast de Wartmberk. Actum a. d. M⁰CCC⁰ septuagesimo octauo in crastino s. Margarethe virginis.

Tab. ter. VI, H, 10.

. . . — *1378, 25 Sept.* — Macharius sacrista ecclesie Pragensis ex vna et Michal de Prziestawlk parte ex altera p. s. c. b. P., quod hereditatibus ipsorum, ipse dominus Macharius curia rusticali in Dussnik cum agris, communitate qualibet ad ea pertinente, et ipse Michal taberna sua cum domo et hereditate Welykewsy ad eandem tabernam pertinente ꝫc permutarunt insimul, hinc inde ipsis de dictis hereditatibus condescendendo. Disbrigare ipsas fideiusserunt ꝫc, prout in tabulis plenius continetur. Actum a. d. [M⁰]CCC⁰LXXVIII sabbato post festum Mathei.

Tab. cur. reg. XIV, 218.

N, 20. — 1378, 26 Sept. — Prokop Bohuslavuov měštěnín Starého města Pražského a Pězlin z Ptice komorník císařské milosti přiznali se před úředníky Pražskými, že na dědictví jich, on Prokop na dědictví svém v Kondraticích, na dvoru poplužním s dvěma poplužími a na vsi celé s dědinami, lukami, lesy, potoky, rybníky, mlýny i se vší zvolí, což k tomu přisluší, puol třinácty kopy gr. pražských platu ročního holého toliko a věčného, a on Pězlin na dědictví svém v Ptici na dvoru poplužniem a na platu na všem, v Středoklucích na dvoru poplužniem s dvory kmetcími všemi, s dědinami, lukami, lesy, potoky i se vší zvolí, což k tomu přislušÍ, i na všem na tom, cožkoli na týchž vsech má, též 12½ k. platu ročního holého toliko a věčného, a jestli žeby se co na svrchupsaných dědinách nedostalo, to vyplniti má na jiných dědinách, kteréž mají aneb jmíti budú, prodal nábožným mužuom převorovi i všemu konventu kláštera sv. Tomáše bratřím poustevnického zákona sv. Augustina pod hradem Pražským a témuž klášteru věčně i na časy budúcí za dvě stě za sedmdesát za pět kop gr. pr., a seznali sú, že jsú ty peníze úplně přijali a jim toho platu dědicky po-

stúpili. A jim ten plat mají a slíbili sú spraviti oni prodávající a vedle nich Henzlin Herolt měštěnín Starého města Pražského, všickni spolu, před každým člověkem právem zemským, pakliby nespravili ɔc. Kterýžto plat jim platiti a úročiti mají a povinni sú polovici na sv. Havla najprv příštího a druhú polovici na sv. Jiří potom přišlého, a tak vždy po všecka leta a roky. Pakliby jim na který rok rokuov toho platu neplatili, tehdy oni s jedním komorníkem sami aneb skrze posly své budú moci bráti na dědinách prodávajících nahoře jmenovaných pro nezaplacení jmenovaného platu a třetinu výš jmenem pokuty a nákladuov i škod pro to vzatých všelikterakú odpornost opovrhúcě, tuto výminku přiměnujíce, když by koli oni kupující od sv. Jakuba nyní minulého v jednom roce cělém kúpili jiný plat jistý, dobrý a svobodný 25 k., jakož se prvé píše, podle možnosti jich vzdálí čtyř míl od Prahy na třech místech, kteréž by pan Štěpán království Českého najvyšší písař slovně pravil býti jisty a svobodny, anebo když by on umřel, Jan ze Všener řečený Kluk též by pravil býti jisty, aneb po něm Vilém z Hazmburka řečený Zajiec, aneb po smrti jich všech, tehdy kteréž by úředníci Pražští seznali býti jisty a svobodny, tehdy on převor a konvent svrchudotčený mají přijíti a jim plat na svrchu dotčeném dědictví mají zase propustiti. A tyto všecky věci všelikteraké dály sú se s povolením pana Karla Římského císaře a krále Českého a z jeho rozkázání zvláštního. Stalo se v neděli před sv. Václavem MCCCLXXVIII.

A. d. MCCCC tercio die decima mensis Nouembris [sic], hoc est in die Galli ante meridiem tempore officii prioratus fratris Martini de Insula presente fratre Matheo et fratre Johanne facta est dominacio in Strzedokluk per fratrem Matheum predictum nomine conuentus monasterii s. Thome cum camerario Wenceslao in hereditatibus Strzedokluk et Ptycze, ob non solucionem censuum s. Georgii preteriti pleno iure, eiusdem camerarii in zájem, et fideiussores sunt nominati in tabulis terre.

A. d. MCCCCXVII sabbato ante Nicolai [4 Dec.] prior monasterii s. Thome in Minori ciuitate Pragensi ex parte tocius conuentus cum camerario Johanne dominati sunt in hereditatibus in Strzedokluczyech in foro contentis in censu s. Galli proxime preteriti pleno jure, registro eiusdem camerarii zájem, et fideiussor Heress de Lydycz Prdla.

A. d. MCCCCXVIII die XV mensis Februarii tempore officii prioratus fratris Johannis de Dobrowycz presente fratre Gallo lectore et fratre Zygissmundo pro tunc procuratore registratus est census sancti Galli nunc proxime preteriti de anno domini MCCCCXVII in registrum tabularum terre per dominum Andream notarium tabularum terre, quod conuentus non percepit censum de bonis Conratycz tempore domini et domini Wenceslai regis Bohemie, qui occupauit bona predicta in Conratycz.

Máš bráti od kněze Lamperta jinak Martina převora kláštera sv. Tomáše na Malé straně i ode všeho konventu téhož kláštera na dědinách ve Ptici na dvoru pop. a na platu na všem, což jest tu někdy Peclin měl s dědinú, lukami, lesy, potoky i se vší zvolí, což k tomu přisluší, pro 1 k. gr. a 22 ½ gr. č. úroka svatojiřského, nyní minulého, a k tomu v nákladiech plným právem. Byl na braní komorník Jan Hřebecký a učinil zájem v pondělí před sv. Havlem [13 Oct.] leta 1539; zajal 6 koní. Vyručil zájem Voldřich Žďárský ze Žďáru; útraty 31 gr. 2 d.

Codex Thomæus, 33, 90. Tab. ter. sign. r. XXIV, G, 30.

N, 24. — *1378.* — Jaroslaus de Lithna vendidit monasterio s. Thomæ.

Talmberg. 333.

. . . — *1378, 5 Oct.* — Hněvek z Hodějova přiznal se před pány JMstmi na plném soudu a před úředníky Pražskými, že na dědictví svém v Hodějově, dvuor poplužní a dvory kmetcí s platem, v Uhřicích na ves celú s dědinami, lukami, lesy, nábytky všemi i se vší zvolí, což k tomu přisluší, Rynarda z Češtic, krom dětí, podle pravého přijal spolčení, tak že učiněn jest s ním pravý společník a hromáždník všech věcí nadepsaných. Stalo se v přítomnosti pánuov JMstí Bohuslava z Krasikova najvyššího komorníka král. Českého, Vondřeje z Dubé najvyššího sudího král. Českého, Štěpána najvyššího písaře téhož král. Českého, Jana z Vartmberka purkrabí Pražského, úředníkuov Pražských, a Jaroslava a Zdeňka bratří z Šternberka, Havla z Zvířetic, Petra, Jana a Voldřicha bratří z Rožmberka, Bavora z Strakonic, jiných mnohých na témž soudu sedících. Stalo se leta tisícího třistého sedmdesátýho vosmého v úterý po sv. Jeronymu.

Tab. ter. III, A, 1. Paprocký, O stavu panském, 396.

O, 9. — *1378, 1 Oct.* — Anno domini MCCCLXXVIII⁰ fer. VI post Jeronimi notabiles domini et barones regni Bohemie invenerunt pro jure, quod quicunque in curia protonotarii regni Bohemie, qui tunc est uel pro tempore fuerit, cultellum suum uel gladium euaginauerit seu extraxerit, quod illi debet manus dextra amputari, si autem aliquem usque ad effusionem sanguinis wlnerauerit, capite debet plecti seu truncari. Hii namque sunt barones, qui tunc temporis presiderunt in judicio, videlicet Andreas de Duba supremus iudex regni Bohemie, Bohuslaus de Sswamberg supremus camerarius regni Bohemie, Stephanus protonotarius regni, Jaroslaus et Sdenko fratres de Stermberg, Gallus de Zwierzeticz, Petrus Johannes et Vlricus de Rozmberg, Bawor de Strakonicz et alii barones plures in eodem judicio residentes.

Raigrad. 16. Talmberg. 31 et 37, tab. terræ, III, A, 1, et Vindob. N. 5106, 7. bohemice. Palacký, Arch. č. II, 340; Jura et const. r. B. Arch. č. V, 206. Jireček, C. j. Boh. II, 2 p. 28 et 29.

Ibidem. Serenissimus princeps et dominus, dominus Karolus Romanorum imperator et Bohemie rex ordinauit, disposuit et mandauit, quatenus barones regni Bohemie vniuersi et singuli judicio et judiciis regni Bohemie presideant, prout hoc ab antiqua consuetudine est tentum et obseruatum; si autem aliqui presidere iudicio seu iudiciis nollent seu non possent, tunc beneficiarii Pragenses cum baronibus, qui tunc judicio seu iudiciis interfuerint, justiciam faciant. In casu autem, ubi nullus baronum iudicio interesse vellet seu posset, tunc ipsi beneficiarii Pragenses per se nichilominus iusticiam facere debent et tenentur, id nullatenus obmisso. Nunccius fuit ad tabulas ex parte fati domini Karoli Petrus de Costi dictus de Wartmberg magister curie imperialis. Actum anno vt supra.

Raigrad. 16, Talmberg. 37. Konopišt. A, 1. bohemice. Palacký, Arch. č. II, 340 Jireček, C. j. Boh. II, 2 p. 29.

. . . — *1378, 21 Oct.* — In villa Hostowlicz Bohunco dictus Huhna decessit, cuius tres sexagene census annui ad d. regem dicuntur esse deuolute. Sabbato quatuor temporum Quadragesime a. d. 1392 [9 Mart.] dominus Drhan de Cholinicz ɔc nomine orphanorum Nicolai de Cholinicz docuit terre tabulis 100 sex. grossorum dotalicii, quod Elzka relicta Vlrici mater orphanorum et vxor Nicolai de Cholinicz dotauit ipsi Nicolao predicto post se in curia arature et 3 ½ curiis rusticalibus cum nábytek prefati Vlrici dicti Maliska de Hostowlicz a. d. LXXVIII⁰ fer. V post Galli.

Item Mstich de Chlumo defendit hereditates predictas et docuit fer. II post Reminiscere a. d. 1392 [11 Mart.] tabulis terre, prout se docturum offerebat, quas ab Vlrico dicto Maliska emit.

Tab. cur. reg. XIII, 161.

. . . — *1379.* — Anna relicta olim Benessii de Chotyelsko dimisit omnem dotem suam, videlicet 25 sexag. gr. dotis sue, quam habuit in hereditatibus Chotyelscze, Pessykoni de Chotyelsko, patruo puerorum predicti Benessii, quia pecunias suas recepit, de quibus ipse solus dedit 16 sexag. eidem domine, et orphanis residuam ɔc. A. d. M°CCC°LXXIX°, prout in tabulis plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIV, 129.

. . . — *1379, 6 Mart.* — In villa Pyeczina Maczek decessit, cuius bona ɔc. Feria II post quatuor tempora Quadragesime a. d. 1391 [20 Febr.] Jodocus de Hlohowa nomine Petri, Bohunkonis et Przibikonis fratrum de Chudlazye filiorum Maczkonis predicti docuit per tabulas terre, quod Hrd de Wlczkowicz alias de Pieczina hereditatem suam in Pieczina, curiam arature, duo radla hereditatis libere et 1 sexagenam census annui cum agris, pratis, siluis, riuis, curiis rusticalibus et omni libertate ad ea pertinente vendidit Maczkoni de Pieczina et suis heredibus pro 65 sexag. gr. prag. den. A. d. M°CCC°LXXIX° die dominico post quatuor tempora Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIII, 200.

. . . — *1379, 23 Apr.* — Johannes de Brazdim p. e., quod in hereditate sua in Brazdymy, curia arature et toto ɔc mediam alteram sexagenam gr. census annui, nudi et perpetui vendidit Jesskoni judici de Brandysa et suis heredibus ɔc pro 15 sex. grossorum plene persolutorum ɔc, condescendit ɔc. Ipsumque censum debet disbrigare ipsemet vendens et cum eo Woyslaw de Welenczye, Hlawnycze et Jakubek de Sluh, omnes ɔc. Actum a. d. millesimo trecentesimo LXXIX° sabbato post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIV, 51.

. . . — *1379, 23 Apr.* — In villa Lhota dicta Druzie Andreas decessit. Philippus alias Wilem, Jodocus et Nicolaus presbiter fratres de Zadrazan docuerunt a. d. 1390 in crastino Jeronymi per tabulas terre, quod Andreas predictus vendidit eis in Lhotie Nadruzy curiam arature, 4 curias rusticales cum hereditate pro 20 sex. gr. denariorum prag. plene persolutorum a. d. M°CCC°LXXIX° in crastino Lancee, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 10.

. . . — *1379, 24 Apr.* — Bohunco dictus Chotielecz de Lupenicze ɔc protestati sunt, quod hereditates eorum, in Swabynowie municionem et villam integram, in Sdesslawicz villam integram, in Przedborzicz cum curia arature, cum agris, pratis ɔc vendidit Vlrico de Welymye pro mille sexagenis gr. plene persolutis ɔc. Disbrigare debent ipsimet vendentes, et cum eis Mlach de Knyezicz, Stiborius de Sowinicz, Jesco de Bohdancze et Jesco de Hrabissina, omnes in solidum, jure terre. Quod si non disbrigarent, ɔc. Actum a. d. M°CCC°LXXIX° dominico post Ostensionem reliquiarum.

Item a. d. M°CCC°LXXXIII° sabbato ante Judica [7 Mart.] Wenceslaus vicenotarius tabularum terre cum camerario Hascone induxerunt Jenconem de Sendradicz [sic] commissarium puerorum Vlrici super hereditates Mlachonis de Knyezicz ibidem et super hereditates aliorum disbrigatorum supradictorum in tercia parte plus pecunie antedicte, tamquam in jure obtento, propter non disbrigacionem, ut premittitur, pleno jure. Ad relacionem omnium beneficiariorum ɔc.

Item a. d. M°CCC°LXXXVII° feria II post octauam s. Procopii [15 Jul.] Genko commissarius orphanorum dicti Vlrici cum camerario Jescone Hrziebek dominatus est in heredi-

tatibus omnium disbrigatorum predictorum obtentis et inductis, ut premittitur, pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

Item a. d. M⁰CCC⁰LXXXX⁰ fer. VI post dominicam Oculi [11 Mart.] Henricus de Cocowicz vicecamerarius et Weless camerarius taxauerunt hereditates principalis Bohunconis in Wynarzi curiam arature, agros fere duorum laneorum ab illa parte Bidzow oppidi cum curia deserta in 100 sexag. gr. cum lucis et piscinis duabus juxta hereditates curie ad verum jus hereditarium propter non disbrigacionem hereditatum predictarum in Swabinow et alias ut prefertur, et debet super principalem huiusmodi indisbrigationem ducere, quam diu et quam multum ipse potest habere, et cum in eo deficeret, tunc super alios disbrigatores. Et hoc factum est Michaeli orphano filio Vlrici antedicti.

Item a. d. M⁰CCC⁰LXXXXIII⁰ fer. IIII post Johannis Baptiste Michael, Pessiko, Jenko et Nicolaus de Weltrub cum camerario Zdisslao post taxacionem dominati sunt in hereditatibus Bohunconis principalis pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

Tab. cur. reg. XIV, 5.

O, 5. — *1379.* — Alsso de Duban vendidit plebano in Lidicz šest dvorův do živnosti své.

Talmberg. 326. Tab. ter. CCL, M, 16.

Q, 29. — *1379, 3 Jun.* — Mikuláš z Hazmburku přiznal se, že dědictví své v Hlíně ves, cožkoli tam má, v Babině ve vsi, v Miřovicích, Čihošticích, Piestniech ve vsech na tom na všem, cožkoli tam měl, hrad Hazmburg sto . . . [sic] vsi Lkaň, ves Sedlec, Libochovice městečko s tvrzí, Slavětín městečko s tvrzí, v Kystře všecko, což tam má, v Poplzech ves, ve vsi Lhotě, v Kostelci ve vsi, v Rúdničku ve vsi, ve vsi Vrbce, v Veselí, v Nížebozích, v Piestech ve vsi, Budyni město, Břežany ves s mlýny, Žabovřesky ves, ves Radovesice, všecek svůj díl, což kolivěk tam má, nic sobě tudíž nezachovávaje, s právy podávání kostelóv, s rolemi, s lukami, s lesy, s rybníky, s řekami, s potoky, s horami, s údoly, s dvory kmecími i s dvory poplužními i se vší zvolí, plným panstvím k tomu slušějícím i se všemi puožitky, kteréž tam nyní sú a potomně býti budú moci, prodal Vilémovi z Hazmburku strýci svému vlastnímu i jeho dědicuom za dvanácte tisíc kop gr. praž., a seznal se jest, že ty peníze od něho úplně vzal jest a jemu z svrchupsaných dědictví dědičně sstúpil. Spraviti má týž prodavač a s ním . . ., všickni vespolek, od každého člověka právem zemským, a zvláště od sirotkův a od věn, jakož právo zemské jest; pakliby nespravili ꝛc. Stalo se l. b. MCCCLXXIX v pátek suchých dnův po s. Duše.

Tab. ter. CCL, M, 4.

R, 3. — *1379.* — Stephanus Budonis vendidit virginibus s. Spiritus . . .

Talmberg. 330.

R, 30. — *1379.* — Aless z Duban věnoval na Dubanech l. MCCCLXXIX,

Tab. ter. CCL, M, 16.

. . . — *1379, 3 Jun.* — Agnezka de Wlastiborzicz vxor olim Jesconis de Dieczina p. e. c. b. P., quod hereditatem suam, in Wlastiborzy [sic] curiam arature et duas curias agriculture cum municione et viginti duas sexag. gr. census annui, cum agris, pratis, siluis, piscinis, pomeriis, stagnis, humuletis et omni libertate ad ea pertinente, et in Gywynye curiam arature et villa integra, cum agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente, montibus, vallibus et toto, quidquid ibi habuit, in Wlastiborzicz jure patronatus ecclesie, et in Trzsczy toto,

quidquid ibi habuit, vendidit Hanussio dicto Panczyerz de Smoyna et suis pueris pro quingentis sexag. gr. minus decem sexag. gr. pr., et fassus [sic] est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Ipsamque hereditatem debent et fideiusserunt disbrigare ipsamet vendens et cum ea Czenko de Wessele dictus de Wartnberg et Puotha Turgowecz de Bradlcze et Sdenko de Nadslawye, omnes in solidum, ab omni homine jure terre, et specialiter ab orphanis, pueris eiusdem domine Agnescze, tribus annis et sex septimanis, ut juris est terre. Quod si non disbrigarent ɔc. Actum a. d. millesimo trecentesimo LXXIX⁰ feria sexta quatuor temporum Penthecostes.

Tab. cur. reg. XIV, 68.

... — *1379, 15 Jul.* — Henricus de Zlunicz p. e. ɔc, quod omnes pueros suos cum omnibus hereditatibus suis habitis et habendis commisit et committit Litolto de Zlunicz filio Pesskonis ibidem et Benessio de Piecosicz indiuisim, ita quod fecit eos veros patres commissarios puerorum et hereditatum prius dictarum, faciendi cum eisdem pueris et hereditatibus, ac si solus superuiueret et vitam duceret in humanis. Actum anno M⁰CCCLXX nono fer. VI post Margarethe.

Item a. d. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ sabbato post Lucie [20 Dec.] Benessius de Nepiekossicz jus suum commissionis ipsum contingens in toto dimisit Jessconi de Zlunicz potenter, ita quod solus amplius nullum jus habet. Ad relacionem omnium premissorum [sic].

Tab. cur. reg. XV, 22.

... — *1379, 1 Oct.* — Zdich de Libonicz, Jesco, Jan, Margaretha soror ipsorum ibidem p. s. c. serenissimo principe rege Wenceslao ɔc, quod hereditatibus ipsorum in Libonicz, curia arature, 8 sex. census cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, et aliis omnibus hereditatibus eorum habitis vel habendis vniuerunt se insimul, ita quod facti [sunt] veri vnitores. Nunccius ad tabulas ex parte prefati regis fuit Purgardus de Janouicz. A. d. MCCCLXX nono in crastino Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIII, 16.

... — *1379, 4 Oct.* — Stephanus de Strzmelicz protestatus ɔc, quod hereditatem suam in Gerczanech, curiam arature, duos subsides cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente vendidit Symoni de Gerczan et suis heredibus, prout in tabulis terre plenius continetur, pro 112 sexag. gr. plene persolutorum. Disbrigare debet ipsemet vendens, et cum ipso Nicolaus de Myslyna, Sbynco de Babicz ab omni homine jure terre, et specialiter ab orphano Alberto fratre Stephani tribus annis et sex septimanis post annos orphaniles, prout in tabulis plenius continetur. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXIX⁰ feria tercia post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 127.

... — *1379, 5 Nov.* — Johannes de Brazdymcze p. e. c. b. P., quod in hereditate sua in Brazdymczy, curia arature cum municione, cum agris, pratis, fossatis et omni ɔc tres sexagenas gr. census nudi dumtaxat et perpetui vendidit Jessconi judici de Brandys pro 30 sexag. gr. pr., et fassus ɔc. Ipsumque censum disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Przybyk de Sluh et de Mratyna ɔc. Actum a. d. millesimo CCC⁰LXXIX⁰ sabbato post Omnium sanctorum.

Tab. cur. reg. XIV, 51.

. . . — ***1379, 14 Dec.*** — **Wolkerz de Tykowicz c. b. P. p. e., quod hereditatem suam in Tykowicz, mediam curiam cum agris, pratis et omni libertate vendidit Theodrico de Heroltica et suis pueris pro 20 sexag. gr., prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXIX° fer. IV quatuor temporum Aduentus.**

Tab. cur. reg. XIII, 103.

T, 16. — ***1379.*** — **Jaklinus altarista Pragensis dedit monasterio Spiritus sancti . . .**

Talmberg. 330.

. . . — ***1375—1379.*** — **Anna abbatissa monasterii s. Marie in Sezemicz ꝛc permutauerunt . . .**

Talmberg. 328.

. . . — ***1380, 9 Febr.*** — **In villa Mladietyczich Litko decessit, cuius bona ꝛc. A. d. CCCLXXXX in crastino Jeronimi [1 Oct.] Jesco de Mlynecz et Henricus de Kolessowa docuerunt per tabulas terre, quod Wseslaus dictus Chuod de Holeticz vendidit eis et Litkoni de Mladieticz hereditatem suam in Mladieticz, curiam arature cum agris, pratis, siluis et suis pertinenciis pro triginta sexag. gr. plene persolutorum a. d. M°CCC°LXXX° fer. quinta ante Scolastice.**

Tab. cur. reg. XIII, 57.

. . . — ***1380, 15—18 Febr.*** — Frenczlinus de Colonia p. e. c. b. P. et dominis baronibus, quod super hereditates suas in Dolanech, super curiam arature cum duabus agriculturis, cum agris, pratis ꝛc Frenczlinum de Gurim socerum suum in veram suscepit vnionem, ita quod facti sunt veri vnitores omnium premissorum. A. d. M°CCC°LXXX° quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 244.

. . . — ***1380, c. 16 Febr.*** — Franciscus de Colonia p. e. c. b. P. et dominis baronibus, quod super hereditates suas in Dolanech, super curiam arature cum duabus agriculturis, cum agris, pratis ꝛc Frenczlinum de Colonia socerum suum in veram suscepit vnionem, ita quod facti [sunt] veri vnitores omnium premissorum. A. d. M°CCC°LXXX° quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 197.

. . . — ***1380, 17 Febr.*** — Bunko de Pelhrzymow p. e. c. dominis baronibus pleno judicio presidentibus et c. b. P., quod super hereditates suas in Ostrowczy, villam integram cum omni libertate ad ea pertinente, et omnes hereditates habitas vel habendas Nicolaum filium suum in veram suscepit vnionem, prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXX° fer. VI quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 195.

. . . — ***1380, 19 Febr.*** — In villa Kokorziewie Otyk filius olim Hirdiborii decessit. Stach de Kokorziewa docuit per tabulas terre sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. M°CCC°LXXXII° [31 Maji] quartam partem curie arature in Kokorziewie, in Tatyney mediam curiam arature, curiam rusticalem cum hereditate, pratis, siluis et qualibet libertate, quas emit aput Otykonem predictum pro 40 sexag. gr. den. prag. a. d. MCCCLXXX die dominico Reminiscere.

Tab. cur. reg. XIII, 116.

... — *1380, 7 Apr.* — In villa Chlumczy Swach decessit, cuius bona ɔc. In crastino s. Jeronimi a. d. M⁰CCC⁰LXXXIX⁰ Swoyslav et Hermanus fratres de Chabrzecz docuerunt per tabulas terre quatuor curias rusticales soluentes tres sexag. minus 14 gr. cum duobus laneis silue, sex jugera cum agris, pratis et omnibus suis pertinenciis, quas emerunt a Swachone predicto et Andrea fratribus de Chlumpcze pro centum sexag. gr. prag. den. a. d. [M⁰CCC⁰]LXXX⁰ sabbato post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIII, 155.

... — *1380, 16 Maji.* — In villa Czeradiczich Johannes plebanus de Clobuk decessit, cuius bona ɔc. Marziczek de Czeradicz docuit a. d. M⁰CCC⁰LXXXIII⁰ fer. II post quatuor tempora Quadragesime [23 Febr.] empcionem suam per tabulas terre, quam emit apud Jessco de Len et Margaretham de Catusicz, curiam arature cum municione, duos subsides, cum agris, pratis et totum, quidquid ibidem habuerunt, pro 43 sexag. gr. den. prag. plene persol. A. d. M⁰CCC⁰LXXX⁰ fer. IIII quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 230.

... — *1380, 18 Maji.* — Nestezca de Sowinicz ex vna et Nicolaus filius suus de ibidem, ipsa dotali obligata hereditate et ipse Nicolaus hereditatibus suis habitis uel habendis vniuerunt se insimul, ita quod facti sunt veri vnitores ɔc. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXX⁰ fer. VI quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIV, 43.

... — *1380, 21 Maji.* — In villa Nezabyliczich Stephanus decessit, cuius bona ɔc. Fer. II post festum s. Trinitatis [14 Jun.] a. d. M⁰CCC⁰LXXXIX⁰ Dorothea de Nezabylicz docuit per tabulas terre 45 marcas argenti dotales, cum quibus eam Stephanus maritus ipsius predictus de hereditatibus in Druhonicz transduxit ad hereditates suas in Nezabilicz, super curiam arature cum hereditate, pratis, siluis et omnibus ad id spectantibus a. d. M⁰CCC⁰LXXX⁰ fer. secunda post Trinitatis, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 182.

Ante a. 1380, 23 Dec. — In villa Stranem Stibor cum pueris decessit, quorum bona ad d. regem sunt devoluta. Die dominico post quatuor tempora Aduentus a. d. M⁰CCC⁰LXXX⁰ [23 Dec.], Jessco de Prossenicz docuit sumpcionem tabulis terre, quia illa bona in Stranem cum aliis bonis ad hoc spectantibus emit apud Jarohnyewonem dictum Woyhak de Krzeczowicz pro C sexag. plene persolutis.

Tab. cur. reg. XIII, 92.

A. a. 1380, 24 Dec. — In villa Bukoli Jacobus decessit. In vigilia Natiuitatis domini a. M⁰CCC⁰LXXX⁰ Margaretha de Praga docuit per tabulas terre, quod Sdislaus pater eius in Zaluzi emit aput Jacobum de Bukole et ibidem in Bukoli, in Zatworzie vnam sexagenam census annui, in Przieliczi vnam sexagenam census annui.

Tab. cur. reg. XIII, 228.

QUATERNUS PROCOPII.*)

(1380—1383.)

A, 2. — *1380*. — Mezi králem Václavem a Purkhartem. Dva bratří a třetí toho rodu seděli v soudu zemském, i jiného rodu po dvou sedali.

Nálezové, 157.

. . . — *1380, 12 Aug*. — Bona de Bezemyn c. b. P. p. e., quod hereditatem suam dotalem obligatam ibidem in Bezemyn, curiam arature cum duobus subsidibus, cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, in qua hereditate habet 60 sexag. gr. dotis sue, nihil pro se reseruando, vendidit Lwiconi de Rochlow pro 60 sexag. et tribus sexag. a. d. M°CCC°LXXX° dominico post festum s. Laurencii.

Tab. cur. reg. XIV, 147.

. . . — *1380, 13 Aug*. — In villa Kopetczi Dalibor decessit. A. d. M°CCC°LXXXII° in crastino Dedicacionis Pragensis [2 Oct.] Andreas notarius domini abbatis de Insula docuit empcionem suam per tabulas, quam emit aput Vlricum de Kopetczie, curiam arature cum hereditate, pratis, cum duobus subsidibus et qualibet libertate ad ea pertinente pro 50 sexag. gr. den. prag. plene persol., pront in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXX° in die Invencionis sancti Stephani prothomartiris.

Tab. cur. reg. XIII, 26.

. . . — *1380, 27 Aug*. — Rzehnik de Racziniewess c. b. P. p. e., quod hereditatem suam ibidem, curiam arature et decem sexag. census cum agris et omni nábytek vendidit Rudoltoni de Racziniewssy pro trecentis sexag. gr. plene persolutis, prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXX° fer. II post Bartholomei.

Tab. cur. reg. XIV, 38.

. . . — *1380, 30 Aug*. — In villa Prziechouicz Johannes filius olim Zdoboronis decessit, cuius bona ɔc. Stoymir de Tupadl, Vilhelmus de Trubecz et de Prziechouicz et Chwalek de Oczina in crastino Dedicacionis Pragensis [2 Oct.] a. d. MCCCXCII docuerunt per tabulas terre municionem in Prziechouicz cum curia arature et duobus agriculturis et 20 curiis rusticalibus, molendinum, in Luczinie villam integram, exclusa vna curia rusticali, in Swrczowczi 4 curias rusticales, in Polenczie vnam curiam rusticalem, in Slawikouiczich 4 curias rusticales cum agris, pratis, siluis, piscinis et jure patronatus ecclesiarum, et omni libertate ad ea pertinente, quas hereditates Vilhelmus de Trubecz vendidit Stoymironi de Tupadl, Vilhelmo de Tupadl et Chwaloni de Oczina a. d. M°CCC°LXXX° in die Felicis et Aucti.

Tab. cur. reg. XIII, 124.

. . . — *1380, 2 Sept*. — In villa Vgezdczi et in Drzyssy dom. Nicolaus plebanus de Antiqua Pilzna decessit, cuius bona ɔc. Rudoltus de Raczynyewssi docuit fer. II post Reminiscere

*) Interdum liber Procopii v. registrum Procopii nominatus.

[28 Febr.] a. d. MCCCXC per tabulas terre curiam arature in Ugezdczy, in Drzissech totum, quidquid ibi habuit, in Gywanouiczich tres curias rusticales cum agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente, que ei vendidit Wenceslaus de Ugezdczye pro 300 sexag. gr. den. pr. plene persolutorum a. d. M°CCC°LXXX° in crastino sancti Egidii confessoris, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 38.

per dominos barones datum est ipsis pro jure obtento. Dederunt memoriales. Et solus dominus marchio dominorum consilium exportauit presentibus dominis baronibus, primo beneficiariis Pragensibus, Procopio juniori marchione Morauie, Vlrico de Noua domo, Wilhelmo de Hazmburg, Purgardo de Janowicz, Ratmiro de Swamberg, Zdenkone de Konopisst, Alberto de Stermberg, Johanne de Michalowicz, Zdeslao de Stermberg, Hyncone Berca de Lippa, Henrico et Henrico fratribus de Nowa domo, Hermanno ibidem, Hasskone de Zwierzeticz, Czenkone de Lippa, Marquardo, Petro de Costi et aliis quam pluribus in iudicio presidentibus. Actum a. d. MCCCLXXXIII.

Reigrad. 16. Treb. 397. Mus. boh. 193. Talmberg. 42. Palacký, Arch. č. II, 343. Jireček. Cod. jur. Boh. II, 2 p. 31.

... — *1383, 15 Febr.* — Fricz de Liblicz p. e. coram ser^mo^ principe domino Wenceslao, Romanorum et Boemie rege, et c. b. P., quod super hereditates suas in Liblicz, in Bissicz, in Nedomicz et Bukol, toto, quidquid ibi habet, et super omnes hereditates, que sibi in porcione cesserunt [sic] a Johanne filio Johannis filiastro suo, et quas emit ab Enoch cum agris, pratis, siluis, municionibus, curiis araturarum, riuis, piscinis, campis cabellarum, vineis et domibus, vna in Praga juxta domum dominorum de Wessel, et secunda sub castro Pragensi, et alias omnes hereditates suas habitas vel habendas cum rebus mobilibus, similiter habitis vel habendis, Johannem de Liblicz filium Cunssonis filiastrum suum, exclusis suis pueris, in veram suscepit vnionem. Nunccius ad tabulas Benessius Chusnik prothonotarius tabularum terre. Actum a. d. M^o^CCC^o^LXXXIII^o^ dominico quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 41.

... — *1383, 15 Febr.* — Petrus orphanus olim Wechonis de Peczkowicz coram ser^mo^ principe, rege Wenceslao Boemie, et c. b. P., cui idem rex annos legitime etatis de plenitudine sue potencie addidit et suppleuit, super omnibus hereditatibus suis habitis vel habendis Henrico et Ogerio de Peczkowicz veram dedit vnionem, ita quod facti sunt veri vnitores, ut est premissum. Nuntius ad tabulas ex parte prefati domini regis fuit Henricus de Duba supremus regni Boemie camerarius specialiter delegatus. A. M^o^CCC^o^LXXXIII^o^, dominica quatuor temporum Quadragesime.

Petrus orphanus olim Wyechonis de Pyeczkowicz p. e. c. rege Boemie et b. P., cui rex annos legitime etatis de plenitudine maiestatis sue addidit et suppleuit, quod super hereditatibus suis omnibus habitis et habendis, et specialiter in Przyeczkowicz [sic] Wilhelmum et Ogerium de Przyeczcowicz [sic] in veram suscepit vnionem. Nunccius Henricus Scopek.

Tab. cur. reg. XIV, 72.

S, 5. — *1383.* — Venceslaus rex indulsit ecclesie in Quilicz ...

Talmberg. 317.

S, 15. — *1383.* — Gerlacus abbas de Nepomuk defectus in Vgezd ...

Talmberg. 324.

S, 16. — *1383.* — Bohuslaus Hrubecz dedit religiosis in Piwonia ...

Talmberg. 329.

S, 18. — *1383.* — Benessius de Przedslawicz vendidit religiosis sancti Georgii ...

Talmberg. 311.

S, 19. — 1383, 15 Maji. — In quatuor temporibus Penthecosten a. d. M⁰CCC⁰LXXXIII⁰ fer. VI Johannes de Drazicz proclamatus est et institutus coram dominis baronibus in pleno judicio verus et legittimus prothonotarius regni Boemie tabularum, et prestitit juramentum de fide seruanda coram domino Andrea de Duba supremo judice et Henrico Skopek supremo camerario regni Boemie, Gallo de Zwierzeticz, Vlrico de Noua domo, Petro et Marquardo fratribus de Kosti, Wilhemo de Hazmburg, Sdenkone, Jaroslao, Marquardo, Alberto, Zdeslao de Stermberg, Gallo de Zwierzeticz juniori, Jesskone ibidem, Plichta nigro de Zirotin, Raczkone de Swamberg, Hinkone Berca de Lippe, Hincone de Vstie, Purgardo de Janowicz et aliis multis, qui in eodem judicio presiderunt.

Et iidem domini barones invenerunt et exportauerunt, ut dominus Johannes prothonotarius predictus cum aliis beneficiariis Pragensibus minoribus stánie et nestánie et alias intricaciones seu zmatky indifferenter omnes semper audire debeant, et possint finem hominibus imponere secundum antiquam consuetudinem jure regni Boemie.

Item invenerunt et exportaverunt, quod omnes illi nobiles et domini, qui descendunt et descenderunt a progenie baronum, et specialiter ipsi barones, qui judicio regni Boemie president, non debent citari ad judicia vel beneficia minorum beneficiariorum, excluso dumtaxat Pragensi.

Item invenerunt pro jure, quod vnio seu spolek non potest fieri alibi nisi coram domino rege de ipsius consensu, vel coram dominis baronibus in pleno iudicio; sed nullo foro potest esse aliqua vnio.

Et has invenciones omnes domini barones mandauerunt intabulare singulariter domino Johanni de Drazicz prothonotario prius dicto. Actum quo supra.

Raigrad. 8. Trebon. 394. Mus. boh. 189. Vindob. N. 3483, 2. Talmberg. 42. Konopišt. A, 2. Všehrd, 264. Jura et const. r. B. Palacký, Arch. č. V, 143, 240. Brun. 233, 240. Nálezové, 329. Palacký, Arch. č. II, 343. Jireček, C. jur. Boh. II, 2 p. 32.

S, 19 [?]. — 1383. — Nález obecní panský, aby žádných pamětí nepřijímali nad dsky než to, co dskami jest zapsáno.

Konopišt. A, 2.

S, 20. — 1383. — Písaře najvyššieho zemského páni usadili.[1]

Nálezové, 338. — [1]) Nál. usoudili.

T, 1. — 1383. — Franiek Robmhap de Suche vendidit Przibikoni . . .

Tab. ter. CCLII, A, 25; CCLI, B, 4.

T, 14. — 1383. — Baronum inuentio monialibus s. Annæ . . .

Talmberg. 331.

T, 25. — 1383. — Georgius de suburbio Pragensi dedit ecclesie Pragensi et altari . . .

Talmberg. 311.

T, 30. — 1383. — Albertus de Kornhauz dedit monasterio in Roczow . . .

Talmberg. 317.

. . . — *1383, 1 Oct.* — Czenko de Hranicze c. b. P. p. e., quod hereditatem suam ibidem, curiam arature cum agris, pratis ꝛc, cum quatuor sexagenis census, cum curiis, molendinis vendidit Henrico de Passow pro 40 sexagenis gr. plene persolutis, prout ꝛc. A. d. M⁰CCC⁰LXXXIII⁰ in crastino Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 244.

U, 12. — *1383, 1 Oct.* — Nicolaus de Solczek p. e. c. b. P., quod in hereditate sua ibidem, curia arature libera, curiis rusticalibus soluentibus 36 grossos census annui cum molendino libero, in Litkowicz 2 sexag. gr. census, et tota sua porcione, quantum habet aut habebit, cum agris, pratis et omni libertate ac nábytek ad ea pertinente Dorothee vxori sue 80 sexag. gr. dotauit et nomine dotis ad veram dotalem obligacionem condescendit. Actum a. d. M°CCC°LXXX° fer. V in crastino sancti Jeronimi.

Tab. cur. reg. XX, 168.

... — *1383, 2 Oct.* — In villa Mokrowus Jan et Margareta filiastri synovčata domini Marssikonis de Wrchlabie decesserunt, quorum curia arature ibidem cum agris, pratis, siluis, riuis ortis et molendino ac aliis libertatibus et pertinenciis, in Libonicz, quidquid ibi habuerunt, curiam arature, pratis, siluis, et suis pertinenciis, in Smrkowicz 8 sex. census, in Brenny 13 sex. census cum judicio ad d. regem sunt deuolute. A. MCCC°XCII° feria secunda post quatuor temporum Quadragesime [19 Mart.] docuit Hersso dictus Liska de Libonicz nomine Hersonis et Johannis filiorum Vintierzonis de Trziebowieticz tabulis terre curiam arature in Libonicz et sex sexagenas census cum curiis rusticalibus, agris, pratis, quam emit apud Saldam de Robuss, Mathiam de Bradi et Marsikonem de Cruozicz pro 200 sexag. gr. A. d. M°CCC°LXXXIII° fer. sexta post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIII, 16.

U, 13. — *1383, 2 Oct.* — Anno domini M°CCC°LXXXIII° fer. VI post Jeronimi coram dominis baronibus in pleno judicio curiensi tunc presidentibus per Benessium de Libiessicz dictum Sskopek curie regalis judice nomine et vice domini regis Wenceslai Boemie datum fuit super dominos barones, quando duo vel tres aut plures sunt in foro vno et tabulis, qui alio modo omni via sunt diuisi, illo foro et tabulis utrum possunt esse indiuisi seu spolčiti se et vnionem habere? Et domini barones mox invenerunt pro jure, et Johannes de Rozmberg consilium dominorum exportauit, quod ex quo alias sunt diuisi, videlicet quod non habent vnionem nec tabulis coram baronibus nec ex gracia domini regis, vel consanguineitate alias přibuzenstviem, quod foro illo indiuisi esse non possunt et illis tabulis, sed quod semper pars illius defuncti sine heredibus seu successoribus legitimis venire debet in ipsum dominum regem, ita quod statim proclamacione secundum cursum curie regalis facta diuisor a beneficiariis Pragensibus ad vicejudicem curie regalis dař debet et diuidere partem defuncti pro domino rege et residuum pro viuo vel viuis. Et huiusmodi suam invencionem mox domini barones mandauerunt ad terre tabulas imponi propter memoriam sempiternam presentibus dominis baronibus Andrea de Duba supremo judice, Henrico [1] de Libiessicz supremo pro tunc camerario, Joanne de Drazicz protonotario tabularum, Johanne de Rosis, Sdenkone, Alberto, Jaroslao de Stermberg, Benessio et Czenkone fratribus de Wesseli dictis de Wartemberg, Hincone de Vstie, Vlrico de Noua domo, Gallo de Zwierzeticz, Jesscone ibidem, Smilone, Vlrico de Holicz, Sezema de Vstie, Benessio et Henrico fratribus de Brzeznicze, Sdencone de Rozmital, Wilhelmo de Hazmburg et aliis multis baronibus, qui in eodem judicio presiderunt. Actum a. d. M°CCC°LXXXIII° fer. VI post festum Jeronimi.

Raigrad. 10. Tab. cur. reg. XXV, 284. Trebon. 396. Mus. boh. 192. Vindob. N. 3483, 2; Talmberg. 42; Vindob. N. 5106, 8 et Konop. A, 10 bohemice. Všehrd, 6, 160. Brun. 242. Nálezové, 284. Jura et const. r. B. Palacký, Arch. č. V, 105. Palacký, Arch. č. II, 344; V, 509. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 33. — [1]) Ms. Benessio.

U, 16. — *1383, 3 Oct.* — In causa, quam habuit dominus rex Wenceslaus Boemie et nomine ipsius domini regis Barwiko et Marssiko Cunad familiares ipsius super proclamacione

bonorum in villa Konicz relictorum post mortem quondam Jesskonis Rotl ciuis Pragensis, domini barones auditis proclamacione et induccione ac thabulis curie regalis super eisdem et auditis thabulis hereditatum regni Boemie, quas Johannes de Wida prothonotarius Maioris ciuitatis Pragensis pro se et pro patre suo produxit, inuenerunt inter easdem partes pro jure, et eas taliter jure diuiserunt, et Johannes de Rozmberg consilium dominorum exportauit: quod bona dicti Jesskonis Rotl, que post mortem suam reliquit, videlicet tres curias rusticales in eadem villa Konicz 21 gr. census soluentes ad dominum regem debent pertinere, quarum vnam habet rusticus Pecha et soluit 7 gr. census, et secundam tenet Dabin rusticus et soluit 7 gr. census, tertiam curiam tenet Clima rusticus et soluit 7 gr. census; prefato Johanni et suis heredibus ac successoribus predicti domini barones in predicta villa Konicz 14 sex. gr. census annui et perpetui sentecialiter et diffinitiue ac iuste adiudicauerunt ex eo, quia ipse Johannes eundem censum circa predictum Jesskonem Rotl quatuor annis ante mortem suam se emisse et persoluisse per tabulas regni Boemie in via probacionis rite ac racionabiliter demonstrauit, videlicet super tribus curiis rusticalibus in dicta villa Konicz medium alterum laneum agrorum habentibus cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente tres sexagenas grossorum census, et super hereditatibus Jande at Janonis fratris sui ibidem in Conicz curia arature, curiis rusticalibus omnibus, toto quidquid ibi habuerunt, cum agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente sex sex. gr. census annui, et super curia arature Nachwalonis ibidem similiter cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente quinque sex. gr., et toto dumtaxat censu annuo nudo et perpetuo; sic quod ipse Johannes, heredes et successores sui dictum censum 14 sexag. gr. ex prefata inuencione dominorum baronum debent percipere et leuare a prefatis hominibus censualibus et eorum successoribus, dictarum hereditatum possessoribus, illumque censum illi homines soluere debent prefato Johanni, heredibus et successoribus suis hic in Praga, vt puta medietatem ipsius in octauo sancti Galli nunc proximi et aliam medietatem in octaua sancti Georgii deinde sequenti, et deinceps annis et terminis deinde sequentibus singulis perpetue et in ewum, et per amplius eundem censum habere debent sine impedimento quolibet et hereditarie possidere. Et super eo ipse Johannes pro se et pro suis hereditatibus ac successoribus dedit memoriales, et datum est sibi pro jure obtento. Ad relacionem omnium beneficiariorum anno domini MCCCLXXXIII sabbato post Jeronimi coram dominis baronibus pleno judicio presidentibus.

Raigrad. 11. Treb. 398. Mus. boh. 195. Talmberg. 43. Konopišt. A, 10. Palacký, Arch. č. II, 345. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 34.

U, 19. — 1383. — Venceslaus de Trzebrze dedit ecclesie in Quilicz . . .

Talmberg. 317.

U, 22. — 1383. — Witko canonicus Wyssegradensis vendidit religiosis virginibus in castro Pragensi . . . [sic].

Talmberg. 312.

U, 26.[1] — *1384, 1—4 Jun.* — Domini barones omnes in pleno judicio in quatuor temporibus Penthecostes a. d. M°CCC°LXXXIIII° invenerunt pro iure et Sdenko de Ssternberg dominorum consilium exportauit: vbicunque dominus rex iure aliquas hereditates contingeret, quod semper emptori disbrigatores disbringare tenentur secundum continenciam tabularum regni Boemie absque omni difficultate. Actum coram dominis baronibus in pleno iudicio, primo Andrea iudice, Henrico Sskopek, Joanne prothonotario, Sdenkone de Stermberg, Pur-

gardo de Janowicz, Gallo de Zwierzeticz, Wilhelmo de Hazmburg et aliis multis, qui ibidem presiderunt. Ad relacionem omnium beneficiariorum.

Raigrad. 1. Trebon. 387. Vindob. N. 3483, 2. Mus. Boh. 181. Talmberg. 42 et Vindob. N. 5106, 8 partim bohemice. Všehrd, 7, 177. Brun. 230, 248. Nálezové, 325. Palacký, Arch. č. II, 346; V, 510. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 34. — [1]) Všehrd, 7 h. U, 31.

. . . — *1383, 6 Oct.* — Bohuslaus de Hoholowa c. b. P. p. e., quod hereditatem suam in Swynarz, curiam arature cum agris, pratis ꝛc, nihil reseruando, excluso quod Fiola tenet, vendidit Otykoni et Alberto pro 7 ½ sexagenis. A. d. M⁰CCCLXXXIII⁰ fer. III post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 70.

. . . — *1383, 14 Dec.* — In villa Toziczi Marquardus presbyter — habuit bona in Przibissiczich in districtu Wltawiensi — decessit, cuius bona ibidem, curia arature cum agris, pratis, siluis, et 7 sexagene census annui ac jus patronatus ibidem, in d. regem deuoluta sunt. Fer. II post Trinitatem [10 Jun.] a. d. M⁰CCC⁰LXXXXII⁰ Rudolphus de Benessowa nomine d. Alberti de Sternberg alias de Konopisczie docuit per tabulas terre duos laneos agrorum et 13 parve et magne jugera silue, que et quos emit a Conrado de Bernarticz pro 60 sexagenis a. d. M⁰CCC⁰LXXXIII fer. II quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XIII, 205.

. . . — *1383, 19 Dec.* — In villa Domoslawicz Pessco decessit. Fer. II post Reminiscere [28 Febr.] a. d. M⁰CCC⁰XC⁰ Dobess de Domoslawicz per tabulas terre docuit veram vnionem omnium hereditatum et bonorum, vbicunque habitorum vel habendorum cum Pesscone supradicto factam de a. d. M⁰CCC⁰LXXXIII⁰ sabbato quatuor temporum Aduentus domini.

Tab. cur. reg. XIII, 11.

. . . — *1383, 19 Dec.* — Bohunco de Podole ab vna, et Przibislaus de Milczicz et Petrus de Vgezda parte ex altera, coram rege Wenceslao Romanorum et Boemie p. s., quod hereditatibus ipsorum in Maczkow, toto, quidquid ibi habent, cum agris, pratis et omni libertate ꝛc et aliis omnibus [hereditatibus] habitis vel habendis vniuerunt se insimul, ita quod facti sunt veri vnitores omnium premissorum. Nunccius ad tabulas Brzenco de Skali. Actum anno d. M⁰CCC⁰LXXXIII⁰ sabbato quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XIV, 106.

. . . — *1383, 20 Dec.* — In villa Rassowiczich Perchta olim Otikonis Scopconis de ibidem decessit, cuius 14 sexagene gr. dotales, quam pecuniam habuit in curia rusticali et in tribus quartis hereditatum Scopconis ibidem in Rassowicz, in dominum regem deuolute existunt. Przibik Stagiczka et Albera de ibidem docuerunt tabulis terre curiam arature, tres curias rusticales et omne nábytek in Rassowicz, et vnam curiam rusticalem in Chlistow, quia emerunt a Suda de Prudicz, Otikone de Sudomyrz, Nicolao de Rassowicz pro 100 sexagenis gr. plene persolutis, prout in tabulis terre plenius continetur, a. d. M⁰CCC⁰LXXXIII⁰ dominico quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XIII, 145.

. . . — *1383, 21 Dec.* — Merclinus Stach ciuis Pragensis p. e. ꝛc, quod hereditatem suam in Chrzyenycz, curiam arature cum municione, villa integra, exclusa vna curia dumtaxat, quam Cristina vidua tenet, cum agris, pratis, salicibus, riuis, piscinis, vtilitatibus, robotis,

muneribus et omni libertate ad ea pertinente, et toto, quidquid ibi habuit, et sicut ipse tenuit, et Henslinus Stach ciuis Pragensis frater suus, excluso censu 20 marcarum, quem habet Bernassko Zeydl [ciuis] Pragensis in eadem hereditate, et 20 marcis grauibus census, quas Augustinus apotecarius et Clara vxor sua de Praga habent, nihil penitus ibidem tam in rebus mobilibus quam in hereditatibus reseruando, vendidit Augustino apotecario ciui Pragensi et suis heredibus ac successoribus pro 450 sexagenis gr. prag., et fassus est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Ipsamque hereditatem ei debent et promiserunt exbrigare ipsemet vendens et cum eo Vlricus Medek de Lessan, Johanco de Praga filiaster ipsius Merclini, omnes in solidum, jure terre, et specialiter ab omnibus dotibus, orphanis et juribus omnibus, ac in omnibus juribus, siue illas hereditates tangant literis aut zápis aut submissionibus aut alio quouis impedimento, ut juris est terre. Quod si non disbrigarent, tunc ɔc. Porro est expressum, si hereditates disbrigatorum prius in aliqua parte sui forent obligate, extunc submittunt se beniuole, quod dicto Augustino pro indisbrigacione predictarum hereditatum taxacio fiat pro residuo absque juris prolongacione. Actum a. d. M⁰CCCLXXXIII⁰ feria II post quatuor temporum Aduentus.

Item a. d. M⁰CCC⁰LXXXIIII⁰ fer. III ante Johannis Baptiste [21 Jun.] camerarius Henricus apud Vlricum Medek fuit in monicione, ad relacionem omnium, propter impedimenta, que fiunt in bonis Chrzyenycz per Johannem won Ach ciuem Pragensem, qui ducit in 30 sexag. census super Chrzyenycz, et Augustinus super Vlricum in 45 sexag. census ducere intendit.

Item a. d. millesimo CCC⁰LXXXV⁰ fer. IV post Reminiscere [1 Mart.] Vlricus de Lessan dictus Medek coram beneficiariis Pragensibus suscepit pro dominacione super omnes hereditates suas, [sicut] in induccione continetur, Augustino apotecario predicto pleno jure, sicut cum camerario fuisset dominatum.

It. anno dom. ut supra fer. VI ante Georgii [21 Apr.] Augustinus predictus cum camerario . . . Nicolao Przihoda dominatus est in hereditatibus predictis propter non solucionem census predicti prescriptis pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

It. a. d. M⁰CCC⁰LXXXV⁰ feria V ante Fabiani [19 Jan.] Nicolaus notarius tabularum regni Boemie cum camerario Stephano ex parte tocius beneficii induxerunt Augustinum predictum super hereditates Vlrici Medek, in Lessan municionem cum curiis arature, villa tota, Vogeticz [sic] villam integram cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, obtento seu prescripto, ut premittitur, pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

It. a. d. millesimo CCC⁰LXXXVI⁰ camerarius Jan fuit in monicione ex parte Augustini in hereditatibus in Gwele et Sotalicz [sic], tabernis et hereditate $1\frac{1}{2}$ sexag. gr. census [solvente] aput Niklasonem Lutomericzensem propter indisbrigacionem hereditatum in Chrzienicz.

Item a. d. M⁰ ut supra sabbato post Purificacionis s. Marie [3 Febr.] Vlricus Medek de Lessan vicecamerarius cum camerario Slepka induxerunt Augustinum super hereditatem in Gwele et Sotalicz, super toto, quidquid ibi habet, cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, prescriptam, ut premittitur, pleno jure, in tercia parte plus antedicte pecunie.

Item a. d. ut supra, feria II post Reminiscere [19 Mart.] camerarius Jan cum predicto Vlrico induxerunt Augustinum super hereditatem Merclini Stach in Trzebotow et Roblin, toto, quidquid ibi habet, cum agris, pratis, siluis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, in tercia parte plus pecunie antedicte.

It. anno eodem fer. V post Oculi [29 Mart.] cum camerario Zdislao alias Bohunkone dominatus est ɔc.

Item a. d. M⁰CCC⁰LXXXVI⁰ sabbato ante festum Martini [10 Nov.] Vlricus Medek submisit se beniuole et suscepit pro dominacione Augustino apotecario de Praga super omnes

hereditates suas, super quas est inductus, et que soluit sibi nomine census s. Galli 22 ½ sexag. gr. et de toto censu soluere debet 45 sexagenas gr. Relacio omnium beneficiariorum.

It. a. d. millesimo CCC°LXXXVI° sabbato post Conductum Pasce [5 Maji] camerarius Bohunko ex parte Augustini fuit in monicione in hereditatibus in Winorz omnibus, quas vendidit Hancze de Turri.

It. anno eodem Vlricus Medek de Lessan vicecamerarius regni Boemie cum camerario Zdislao Slepka induxerunt Augustinum de Praga super hereditates Johannis in Winorz, villam cum municione et omni libertate ɔc in tercia parte plus.

It. anno eodem sabbato post Assumpcionem s. Marie [18 Aug.] Augustinus apotecarius cum camerario Sezema dominati sunt in hereditatibus predictis inductis pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

Camerarius Jan fuit in monicione feria secunda ante Carnispriuium [5 Mart.] ex parte Augustini in hereditatibus Gbele et Sotalicz tabernis et hereditate in Gbele 1 ½ sexag. census propter indisbrigacionem hereditatum in Chryenycz.

It. a. d. M°CCC°LXXXVI° feria tertia post Purificacionis S. Marie [6 Febr.] Vlricus Medek de Lessan vicecamerarius cum camerario Slepka induxerunt Augustinum super hereditates in Sotalicz et Gbele, toto, quidquid habent ibidem Merclinus et Johanko, cum agris et omni ɔc. Memorata prescripcio est predicta, sicut hereditates se extendunt.

It. anno eodem fer. II post Reminiscere [19 Mart.] Vlricus predictus cum camerario Jan induxerunt super hereditates Merclini Stach in Trzebotow toto, quidquid ibi habuit, et Roblin villa tota, cum agris, pratis, siluis, vineis, molendino, jure patronatus ecclesie et omni libertate ad ea pertinente, prescriptis, ut premittitur, pleno jure. Relacio omnium beneficiariorum.

It. a. d. eodem feria tercia ante Palmas [10 Apr.], Augustinus cum camerario Bohunkone dominati sunt in hereditatibus omnibus in premissis. Relacio Wenceslai et aliorum.

A. d. M°CCC°LXXXVII° sabbato quatuor temporum Aduentus [21 Dec.] Augustinus et Clara predicti dimittunt omnia jura, quecumque habuerint in hereditatibus Vlrici Medek, obtenta, inducta et taxata propter 20 sexagenas grossorum census, pro quibus ipsum impingnerauit Johannes de Aquis ciuis Pragensis integre et ex toto.

Anno domini MCCCLXXXVII feria quinta [7 Mart.] post dominicam Reminiscere Gymramus de Rzyczano vicecamerarius regni Boemie cum camerario Stephano taxauerunt hereditates in Trziebotow et in Roblin, curiam arature cum municione et quatuor curias rusticales cum vna taberna, agris, pratis, siluis, tribus laneis, medio jure patronatus ecclesie, media vinea, summatim pro 80 sexag. gr., exclusis 12 sexagenis census, cuius 2 ad castrum Karlstein, et 10 sex. ad Jankonem Stuk pertinent, propter impedimenta precedencia secundum cursum tabularum Ulrico Medek de Lessan et suis heredibus ad verum jus hereditarium prescriptas et intabulatas, quemadmodum in terre tabulis continetur.

It. anno eodem fer. IIII post Purificacionem s. Marie [6 Febr.] Gymramus de Rzyczano cum camerario Vrso taxauerunt hereditates in Sotalicz, tabernam cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, ad verum jus hereditarium pro 40 sexagenis gr., quia soluit eadem taberna scilicet 4 sexagenas gr. census, jure terre.

Tab. cur. reg. XIV, 73.

X, 8. — *1383.* — Jeník z Hodkova Ondřejovi z Dubé l. 1386 [sic] . . .

Tab. ter. II, F, 21.

Ante a. 1381, 9 Mart. — In villa Nyemcziewicz Jessco dictus Wrbka decessit. A. d. MCCCLXXXI sabbato quatuor temporum Quadragesime Otyk de Chrastu docuit vadium 60 sexag. gr. per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 110.

A. a. 1381, 9 Mart. — In villa Swinomassy Sulico decessit. A. d. MCCCLXXXI sabbato quatuor temporum Quadragesime Zacharias vicepurgrauius Pragensis docuit forum per tabulas terre hereditatum in Swynomasiech, quas hereditates emit aput Sezemam et Johannem fratres de Hradku et non apud Suliconem.

Tab. cur. reg. XIII, 111.

A. a. 1381, 8 Jun. — In villa Rozthoky Margaretha relicta olim Ebhardi de Praga decessit. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ sabbato quatuor temporum Pentecostes Rynhardus ciuis Maioris ciuitatis Pragensis docuit empcionem per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 229.

A. a. 1381, 2 Oct. — In Missloticzich Pessik decessit, cuius bona ɔc. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ in crastino Dedic. Prag. docuit Prziedbor de Misleticz terre tabulis empcionem.

Tab. cur. reg. XIII, 72.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Lomney Mathias cum vxore decesserunt, quorum bona ɔc. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ in crastino Dedic. Prag. Jesco Pelhrzim et Miksso fratres de Vdymye docuerunt vnionem per tabulas terre, prout se docturos offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 72.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Strziezimyrzy Sbinko decessit, cuius bona ɔc. Przibik de Byssiewa in crastino Dedic. Prag. a. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ docuit empcionem per tabulas terre, curiam arature cum hereditate, 3 curias rusticales cum hereditate, pratis, siluis, piscinis, jure patronatus ecclesie et qualibet libertate ad ea pertinente apud Hinconem de Hnyewssina pro 26 sex. gr. den. prag.

Tab. cur. reg. XIII, 72.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Lhotka Andreas dictus Buchta decessit, cuius ɔc. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI in crastino Dedic. Prag. Dluhomyl et Jesco fratres de Turzycz docuerunt per tabulas terre 3 curias rusticales in Lhotye cum hereditate, pratis, siluis et qualibet libertate ad ea pertinente, quam emerunt apud Andream dictum Buchta de Lhoti pro 50 sexag. gr. den. prag., prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 82.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Zaborzie Vlricus decessit. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ in crastino Dedic. Prag. Cirnyn et Philippus fratres de Pohorzie docuerunt empcionem per tabulas terre, quod ipsi duo et Vlricus emerunt bona simul in Zaborzy et ex eis Vlricus decessit.

Tab. cur. reg. XIII, 82.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Stromczy Elzka decessit, cuius dotalicum ad d. reg. deuolutum est. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ in crastino Dedic. Prag. Theodricus de Herolticz et Hirdco de Lutye docuerunt per tabulas terre duas curias rusticales cum hereditate, pratis, siluis et

qualibet libertate ad ea pertinente, et dotalicium Elzcze predicte, quas emerunt apud Jesconem et Sdislaum filios Marssonis ibidem de Stromczy pro 28 sexag. gr. plene persolutorum.

Tab. cur. reg. XIII, 95.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Chleb Wenceslaus decessit. Habuit ½ lan. Anno domini M°CCC°LXXXI in crastino Dedic. Prag. Przisnak de Ledecz docuit empcionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 95.

A. a. 1381, 2 Oct. — In Przywieticz et in Vgezd Gyrzik decessit, cuius ɔc. Anno dom. M°CCC°LXXXI in crastino Dedic. Prag. Bohunca de Prziwieticz docuit per tabulas terre 24 marcas arg. dotales, quas ei dotauit Gyrzik de Prziwietycz maritus eius in Vgezdczi, in curia arature cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 111.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Kyrssowie Buzko decessit. Habuit in Zaduby pro 80 sexagenis. In crastino Dedic. Prag. a. d. M°CCC°LXXXI° Jaroslaw de Zadubie docuit empcionem per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 111.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Wlkanowie Nyepr presbyter decessit. A. d. M°CCC°LXXXI° in crastino Dedic. Prag. Boztiech de Wlkanowa docuit empcionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 111.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Crzisowie d. Nicolaus minister Pragensis ecclesie decessit, cuius ɔc. A. d. M°CCC°LXXXI° in crastino Dedic. Prag. Vlricus decanus Omnium sanctorum docuit vnionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 113.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Bukowie Sbynko decessit. A. d. M°CCC°LXXXI° in crastino Dedic. Prag. Bohuchwal de Kyrchleb docuit empcionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 114.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Myrzkowie Alsso decessit. A. d. M°CCC°LXXXI° in crastino Dedic. Prag. Henricus et Humprecht de Vdycz docuerunt vnionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 114.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Prziestawlk Jan decessit. A. d. M°CCC°LXXXI° in crastino Dedic. Prag. Petrus de Prziestawlk docuit empcionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 115.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Chwalcowiczich Pessek dictus Byelik decessit, cuius ɔc. In crastino Dedic. Prag. Nyeper de Woyslawicz docuit empcionem per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 150.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Tuchonicz Przièch decessit. In crastino Dedic. Pragensis a. d. M⁰CCCLXXXI⁰ Jaksso dictus Payar de Opoczna docuit per tabulas terre 150 marcas arg. dotales, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 166.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Pyseczney vinea olim Pessconis dicti Kamyk ad d. regem est deuoluta. A. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ in crastino Dedic. Prag. Henich de Pocraticz, Henricus dictus Harunsminger [?] de Pocraticz et Jan de Pocraticz docuerunt empcionem vinee predicte per tabulas terre, quam emerunt apud Miksonem dictum Czykule ciuem de Luthomericz pro 63 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum.

Tab. cur. reg. XIII, 168.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Zassmuk Wenceslaus natus Przibkonis ibidem decessit. A. d. MCCCLXXXI in crastino Dedic. Prag. [2 Oct.] Sdislaus et Wyenko fratres germani de Zassmuk docuerunt empcionem suam per tabulas terre, prout se docturos offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 191.

A. a. 1381, 2 Oct. — In villa Dobra Petrus dictus Lodherz procurator consistorii Pragensis decessit. In crastino Dedic. Prag. a. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ Henricus de Praga et Jacubinus de Braczicz docuerunt forum per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 229.

A. a. 1381, 5 Oct. — In villa Brziezy Johannes dictus Brziezka decessit, cuius ɔc. Przibik et Otyk fratres dicti Rakus de Kozolup sabbato post Dedicacionem Pragensem a. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ docuerunt empcionem per tabulas terre, curiam arature cum hereditate, duos subsides medium jus patronatus, quam empcionem emerunt apud Jessconem de Brziezie pro L sexag. gr. den. prag. plene persolutorum.

Tab. cur. reg. XIII, 111.

A. a. 1381, 22 Dec. — In villa Nezwiesticzich et in Nezbawieticzich Henricus cum Sobieslawa uxore sua decesserunt, quorum bona ɔc. Otyko de Slowicz nomine Hercze de Sczahlaw die dominico post quatuor tempora Aduentus a. d. M⁰CCC⁰LXXXI⁰ docuit per tabulas terre dotalicium Hercze supradicte, quod habuit in medio laneo silue et in medio laneo hereditatis in Nezbawieticz.

Tab. cur. reg. XIII, 115.

A. a. 1382, 3 Mart. — In villa Tyssowy Jessco filius olim Drahusskonis decessit. Fer. II post Dominicam Reminiscere a. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ Henricus de Tyssowe et Petrus de Wietrznye docuerunt vnionem per tabulas terre, prout se docturos offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 133.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Druhliczich Sdich decessit, cuius bona ɔc. Anno domini M⁰CCC⁰LXXXII⁰ sabbato quatuor temporum Pentecostes Barton et Blahut orphani Leonardi de Porostle docuerunt empcionem per tabulas terre, prout se docturos offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 96.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Epicz Msticho decessit. A. d. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ sabbato quatuor temporum Pentecostes Purchardus de Janowicz visis et auditis tabulis terre, quia Anna, Anka, Margaretha et Katherina filie Getrudis de Wepicz docuerunt vnionem eorum per tabulas terre, a jure suo dimisit.

Tab. cur. reg. XIII, 96.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Vgezdie Albertus de Ptenyna decessit, cuius bona ɔc. Vlricus dictus Zakawecz de Paczielicz et Vlricus de Ptenina docuerunt sabbato quatuor temporum Pentecostes empcionem per tabulas terre, quam emerunt apud Wissemyrum de Vgezda, curiam arature cum hereditate, pratis, siluis, riuulis, quatuor curias rusticales cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente pro 40 sexag. gr. plene persolutorum.

Tab. cur. reg. XIII, 116.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Trziebiewliczich Pessik decessit, cuius bona ɔc. A. d. M⁰CCCLXXXII sabbato quatuor temporum Pentecostes nobilis Wilhelmus de Hazenburk, Rudkerius de Skalky et Jarko Caplerz docuerunt empcionem tabulis terre, prout se docturos offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 168.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Miecholup Beness decessit, cuius bona ɔc. Anno domini M⁰CCC⁰LXXXII⁰ sabbato quatuor temporum Pentecostes Prziech de Holedczie coram dominis baronibus regni Boemie docuit vnionem per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 169.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Beczwarz Sulico decessit. Sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ Mladota de Beczwarz docuit per tabulas terre quinque quartalia agrorum in ambabus villis in Beczwarz Maiori et Minori, que emit apud Suliconem ibidem de Beczwarz pro 50 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 193.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Quiczy Minori Pessco decessit. Anna de Quiczie sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ docuit 20 marcas arg. dotales per tabulas terre et Dorothea filia eius 40 sexagenas argenti dotalicii, prout se docturas offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 231.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Taklowicz 14 sexag. census annui post mortem olim virginis Katherine monialis monasterii sancte Anne sub monte Petrini ad d. regem deuolutus. Sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ Petrus Czoterii ciuis Maioris ciuitatis Pragensis docuit jus suum per tabulas terre et jus ciuile, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 231.

A. a. 1382, 31 Maji. — In villa Hosspozin Prziben decessit. Sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. M⁰CCC⁰LXXXII⁰ Petrus de Hosspozina et Catherina ibidem ostenderunt empcionem eorum per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 232.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villis Rokytowczy et Petycozlech census olim Sdenconis, Vzikonis et Pesskonis fratrum ibidem ad d. regem deuolutus est. In crastino Dedic. Prag. anno dom. M°CCCLXXXII° Jessco de Zwierzieticz docuit empcionem per tabulas terre, quam emit aput Jessconem solum.

Tab. cur. reg. XIII, 27.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Oborzissczy Petrus decessit, cuius ɔc. Mikes de Brazne in crastino Dedic. Prag. docuit vnionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 96.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Czachorzich Mathias decessit. A. d. M°CCC°LXXXII° in crastino Dedic. Prag. Jessco de Krzenowicz docuit empcionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 96.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Vgezdczi Budywoy dictus Sliwa decessit, cuius bona ɔc. Milota de Vgezdczie suo et Jessconis ac Jessconis fratrum de Sulislawie nomine docuit empcionem per tabulas terre in crastino Dedic. Prag. a. d. M°CCC°LXXXII°.

Tab. cur. reg. XIII, 116.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Smrczney Inferiori et in Eberharcztdorf Henzlinus et Petrus fratres germani decesserunt. In crastino Dedicacionis Prag. Martinus magister monete coram domino Procopio marchione Morauie in Stuba circa sanctum Jacobum in Maiori ciuitate Pragensi cum dominis baronibus regni Bohemie judicio presidentibus docuit empcionem per tabulas terre Eberharcztdorf, villam integram cum municione, Bukowa villam integram, in Starehorzie tres curias rusticales cum hereditate, pratis, siluis, piscinis et qualibet libertate ad ea pertinente, qui ea bona emit aput Henrisskonem de Pilzna pro CCCC sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 151.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Quietkow Cztibor decessit, cuius bona ɔc. In crastino Dedic. Prag. domino Procopio marchione Morauie cum baronibus regni Bohemie judicio presidentibus Rynolt de Dobieticz, Katherina uxor eius et fratres sui indiuisi docuerunt empcionem et donacionem VIII^{C} sexagenarum debiti, quam habent in hereditatibus in Quietkowie et in bonis omnibus et singulis rebus, mobilibus et immobilibus, et in dotalicio domine Anne relicte olim Cztiborii de Quietkow, videlicet in CCC sexagenis gr. den. prag., prout in tabulis terre plenius continetur.

Item domini barones in eodem termino invenerunt et adiudicauerunt secundum tabulas terre, quod domina Agnezka debet habere CCC marcas argenti dotalicii sui vel dotaliciales in hereditatibus in Quitkowie, et eadem Agnezka debet esse in possessione bonorum tamdiu, donec CCC marce argenti Agnezcze antedicte date fuerint et assignate.

Tab. cur. reg. XIII, 167.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Libcowicz Sophia filia olim Jessconis decessit, cuius bona ɔc. A. d. MCCCLXXXII° in crastino Dedic. Prag. Petrus de Libcowicz docuit 200 sexag. gr. per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 168.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Sbrassnye Bech decessit, cuius bona ꝛc. A. d. MCCCLXXXII in crastino Dedic. Prag. Jan de Horzan docuit per tabulas terre 15 sexag. gr. dotales, quas emit apud Bonkam Bechonis vxorem de Sbrassyna pro 15 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, que Bonka dotalicium habuit in curia arature cum hereditate, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente.

Tab. cur. reg. XIII, 168.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Czirhynyczich Mikess decessit. Diuisius de Czirhynicz et Chotiborius ibidem alias dictus de Hlussecz in crastino Dedic. Prag. a. d. M°CCC°LXXXII° coram domino Procopio marchione Morauie et dominis baronibus regni Bohemie docuerunt empcionem per tabulas terre, prout se docturos offerebant, et dominus marchio vnacum dominis baronibus visis et auditis tabulis terre dederunt predictis Dyuissio et Chotyborio pro jure obtento.

Tab. cur. reg. XIII, 191.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Zalezliczich Gyetrzrich et orphanus olim Sdichonis ibidem de Zalezlicz decessit. In crastino Dedic. Prag. a. d. M°CCC°LXXXII° Henricus dictus Kokowecz docuit 200 sexag. gr. vadii in hereditatibus Sdichonis in Zalezlicz, quas hereditates in ipso vadio potest vendere, alienare et ad placitum suum conuertere.

Ibidem Kaczka de Trziebrzie docuit 150 mar. arg. dotales, prout se docturam offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 228.

A. a. 1382, 2 Oct. — In villa Sak Jessco dictus Slawoch decessit. In crastino Dedic. Prag. a. d. M°CCC°LXXXII° Gyrzik de Sak docuit empcionem per tabulas terre, prout se docturum offerebat, quam emit apud Jessconem dictum Sakowecz predictum, curiam arature cum hereditate, pratis, siluis, pomeriis et omni libertate ad ea pertinente pro 10 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 233.

A. a. 1382, 20 Dec. — In villa Telczich Zdynka decessit. Dotalicium eius ad dominum regem deuolutum. Henricus de Telecz defendit dotalicium predictum. Procopius marchio Morauie mandauit Cunado dicto Caplerz viceiudici curie, ut in causa presenti audiret tabulas terre, quarum tenor talis est, quod Henricus de Thelecz predictus vniuit se cum Zawissio filiastro suo cum bonis et hereditatibus in Thelczich et in Skalach, prout in tabulis terre plenius continetur. Actum a. d. M°CCC°LXXXII° sabbato quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XIII, 170.

A. a. 1382, 21 Dec. — In villa Bukowniczie Mikess dictus Lissek decessit, cuius bona ꝛc. Die dominico post quatuor tempora Aduentus a. d. M°CCC°LXXXII° Rynardus miles de Czechticz docuit empcionem per tabulas terre, in villa Prassywey curiam arature, mediam villam, in Kraynicz curiam rusticalem, in Malcz 4 curias rusticales, in Damycz curiam rusticalem cum hereditate, pratis, siluis, ryuulis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, quam emit aput Mikssonem dictum Lyssek pro 150 sexag. gr. den. prag.

Tab. cur. reg. XIII, 83.

A. a. 1382, 21 Dec. — In villa Drzienowie census et pratum in Kralowicz post mortem Wankonis et Otykonis de Lydicz ad dominum regem deuoluta existunt. Wanko de Lidicz et Marsso filius suus die dominico post quatuor tempora Aduentus a. d. M°CCC°LXXXII° docuerunt empcionem per tabulas terre, prout se docturos offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 233.

A. a. 1382, 21 Dec. — In villa Skalach dominus Sulco plebanus de Thelecz decessit. Die dominico post quatuor tempora Aduentus a. d. M°CCC°LXXXII° Raczko de Skal docuit vnionem suam per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 234.

... — *Ante a. 1383, 14 Febr.* — In villa Bukowniczie Mikess dictus Lussek decessit, cuius bona ꝯc. A. d. 1383 sabbato quatuor temporum Quadragesime Prziech de Bukownika docuit per tabulas terre 100 mar. argenti dotaliciales in curia arature in Bukowniezie, in duabus curiis rusticalibus, prout in tabulis terræ plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 83.

A. a. 1383, 14 Febr. — In villa Przedworzicz Jesko decessit. A. d. M°CCC°LXXXIII° sabbato quatuor temporum Quadragesime docuit Zdynka de Prziedborzicz per tabulas terre C marcas arg. dotalicii sui vel dotales, quas habet in duabus curiis araturarum, in vna curia rusticali, in vno subside cum hereditate et qualibet libertate.

Tab. cur. reg. XIII, 97.

A. a. 1383, 14 Febr. — In villis Brziezowey et in Korotyczich Jan filius olim Hassconis decessit. Sabbato quatuor temporum Quadragesime a. d. M°CCC°LXXXIII° Wilhelmus dictus Dubanek de Duban docuit vnionem per tabulas terre, quod se vniuit cum Janone predicto filio olim Hassconis ex donacione domini Wenczeslai Romanorum et Boëmie regis, cum villa Brziezowa integra cum municione, pratis, siluis, piscinis, [in] Corutyczich cum integra villa, in Matharzowie cum sex sexagenis census annui, in Podhorzanech cum toto, quidquid ibi habuit, et cum omni libertate ad premissa bona spectancia [sic] in veram vnionem congressi sunt, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 151.

A. a. 1383, 15 Febr. — In villa Trhlawiech dominus Johannes dictus Mudraczek plebanus ecclesie in Chodzow, Swatha mater ipsius et Wienko de Kystra decesserunt. Die dominico Reminiscere Swacho de Trhlaw docuit forum siue empcionem per tabulas terre, quod forum siue empcio dominum Johannem, Swatham et Wyenkonem predictos nil tangit, et ob hoc predicta bona in Trhlawiech ad d. regem deuoluta sunt.

Tab. cur. reg. XIII, 175.

A. a. 1383, 15 Maji. — In villa Tyemiczich Jessco decessit. A. d. M°CCCLXXXIII fer. VI quatuor temporum Pentecostes docuit Agnezka de Tyemicz relicta predicti Jessconis per tabulas terre 80 marcas arg. dotales vel dotalicii sui, quas ei dotauit Jessco de Tyemicz maritus suus.

Tab. cur. reg. XIII, 74.

A. a. 1383, 16 Maji. — In villa Chrzynye Mathias decessit. Sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. MCCCLXXXIII° viri religiosi et fratres ordinis sancti Johannis hospitalis Jerosolimitani monasterii sancte Marie in pede pontis Pragensis docuerunt empcionem per tabulas terre, curiam rusticalem in Chrzynye cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente, quam emerunt apud Thomassonem de Chirzina pro 26 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 234.

A. a. 1383, 18 Maji. — In villa Wolkerziewie Anka decessit. Fer. II post quatuor tempora Pentecostes Petrus plebanus de Krziessieticz et Bietka de Wolkerziewa docuerunt vnionem tabulis terre, quod prefata Anka ipsos in veram vnionem suscepit, videlicet in duas curias araturarum cum hereditate, in duas sexagenas census annui et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 171.

A. a. 1383, 18 Maji. — In villa Nezabyliczich Odolen decessit. In crastino s. Trinitatis Anna de Zahorzan docuit IIII^C marcas argenti dotaliciales vel dotalicii sui per tabulas terre, quas ei dotauit et donauit Odolenus maritus suus de Nezabilicz, videlicet in Zahorzanech in curia arature cum hereditate, in duobus subsidibus, in municione, in Vidoliczich in 3 ½ laneis, in Rohozczy in tribus laneis et quartali et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 171.

A. a. 1383, 18 Maji. — In villa Beczwar Gydytha decessit, dotalicium eius ad d. regem deuolutum est. Fer. II post quatuor temporum Pentecostes a. d. M°CCC°LXXXIII° Mladota de Maiori Beczwarz docuit jus hereditarium per tabulas terre, quia ipse Mladotha emit prefatas hereditates in Beczwarz aput Sulikonem maritum Gydyte predicte, ipso Sulicone et Gydita viuentibus.

Tab. cur. reg. XIII, 194.

A. a. 1383, 18 Maji. — In villa Beczwar Pessik dictus Spital decessit, cuius quinque sexagene census sunt ad d. regem deuolute. Fer. II post quatuor tempora Penthecostes a. d. MCCCLXXXIII° Jessco dictus Cropacz de Bohdanczie docuit 50 sexag. gr. den. prag. debiti prescripti per tabulas terre, quas ei prescripsit Pessik dictus Spital in hereditatibus in Beczwar.

Tab. cur. reg. XIII, 194.

A. a. 1383, 2 Oct. — In villa Vgezdczi Sobiehird decessit; habuit in Mrawnyuey Lhotye, in Wlkawye. Nicolaus dictus Odkolek de Vgezdczie cum fratribus suis defendunt empcionem per tabulas terre. Adla de Vgezdczie defendit 100 marc. arg. dotaliciales per tabulas terre. In crastino Dedicacionis a. d. M°CCC°LXXXIII° tabule terre fuerunt lecte et per beneficiarios curie audite, in quibus tabulis iacet forum hereditatum predictarum in Vgezdczi Sdislao tantum et non Nicolao predicto, qui defensionem inposuit.

Tab. cur. reg. XIII, 30.

A. a. 1383, 2 Oct. — In villa Litkowiczich Miksso decessit. A. d. M°CCC°LXXXIII° in crastino Dedic. Prag. Hersso de Waleczievva docuit per tabulas terre curiam arature in Litkowiczech cum hereditate et suis pertinenciis, quam emit apud Mikssonem predictum de

Litkowicz pro 40 sexagenis gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 30.

A. a. 1383, 2 Oct. — In villa Radyeczieweasi Wlk Jan decessit. Franciscus institor de Zacz in crastino Dedic. Prag. docuit per tabulas terre 2 ½ sexag. census annui in Radyeczie-wssy, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 171.

A. a. 1383, 2 Oct. — In villa Wrssiewiczich Zoff[c]a et Benigna decesserunt. Dotalicia earum ad d. regem. deuoluta sunt. In crastino Dedic. Prag. tabule terrestres per beneficiarios curie vise et audite fuerunt, quod Jan dictus Koryto de Wirssieuicz Zoffcze et Benigne ambabus 100 sexag. gr. in curia arature in Wirssiewicz dotauit.

Tab. cur. reg. XIII, 172.

A. a. 1383, 2 Oct. — In villa Lissowiczich Sdena et Bohuslawa sorores germane decesserunt. Offca de Trziebrzie et Kaczka de Rziepniczie sorores docuerunt in crastino Dedic. Prag. a. d. M°CCC°LXXXIII° per tabulas terre jus hereditarium, prout se docturas offerebant.

Tab. cur. reg. XIII, 235.

A. a. 1383, 19 Dec. — In villa Kozarowiczich Stanko decessit. Sabbato quatuor temporum Aduentus a. d. M°CCC°LXXXIII° Otyk de Dobre et Bussco de Sluh nomine Dorothee et Agnezcze de Praga docuerunt empcionem per tabulas terre, prout se docturos offerebant.

In eodem termino Woyslawa de Kozarouicz docuit 40 marcas argenti dotalicii sui per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 30.

A. a. 1383, 20 Dec. — In villa Hradissko Byetka relicta Pessikonis de Vlrzichowicz decessit. A. d. M°CCC°LXXXIIII° die dominico post quatuor tempora Aduentus Protywa miles de Cassiegiewicz docuit empcionem per tabulas terre hereditatum et non dotalicii in Hradissty, tres partes ville Hradysstye, curiam arature superiorem cum hereditate, mediam municionem cum hereditate, pratis, siluis, piscinis et qualibet libertate ad ea pertinente, quam emit aput Vlricum de Hradisstye pro 100 sexag. den. prag. plene persolutorum.

Tab. cur. reg. XIII, 118.

A. a. 1383, 20 Dec. — In villa Rozhowiczich Gyrzik dictus Lykacz decessit. Die dominico post quatuor tempora Aduentus a. d. M°CCC°LXXXIII° docuit per tabulas terre tres curias rusticales et decem sexagenas census, excepta curia arature, que in tabulis terre non habetur.

Tab. cur. reg. XIII, 214.

A. a. 1384, 2—5 Mart. — In villa Drziechowiczich Blahut dictus Cleczka decessit. Kaczka de Slana in quatuor temporibus Quadragesime a. d. M°CCC°LXXXIIII° secundum invencionem dominorum baronum regni Bohemie docuit 85 marcas argenti dotales vel dotalicii sui per tabulas terre, prout se docturam offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 228.

A. a. 1384, 5 Mart. — In villa Cuiliczich Benak decessit. Sabbato quatuor temporum Quadragesime a. d. M°CCC°LXXXIIII° Waczlaw de Cuilicz docuit vnionem suam per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 231.

A. a. 1384, 6 Mart. — In villa Wechrwaczich Rudolt decessit. Wsseslaus dictus Syndel de Nudwogieuicz nomine Otykonis de Lodyna et Mikssikonis de Penczina docuit die dominico Reminiscere a. d. M°CCCLXXXIIII° empcionem eorum per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 31.

A. a. 1384, 6 Mart. — In villa Pysselech et in Rzehnycz Przibico Anna et Byetka de Mlecowicz decesserunt. Sabbato quatuor temporum Aduentus a. d. M°CCC°LXXXIII° dixit Czenko de Pyssel, quod Przibiko et Anna sunt viui, sed Byetka est mortua, et omnes hereditates in Pisselech et in Rzehnyczich Czenkoni predicto de tabulis terre dimiserunt. Die dominico Reminiscere Czenko predictus docuit dimissionem per tabulas terre, quod Przibico et Anna predicti dimiserunt hereditates in Pysselecz et in Rzechniczich, sed Byetha non dimisit.

Tab. cur. reg. XIII, 195.

A. a. 1384, 6 Mart. — In villa Drahonyewie Wgezdie Jessco dictus Drahon decessit. Jessco dictus Basczin de Drahonyewa Ugezda die dominico Reminiscere docuit vnionem per tabulas terre, super quam vnionem Jesco predictus ipsum Alsonem suscepit in Drahowugezd, super curiam arature cum hereditate, super duos subsides, super quartam partem jurispatronatus in Gegicznyem, super curiam arature, curiam rusticalem cum hereditate, molendino, in Plysskowe super 8 curias rusticales cum hereditate, pratis, siluis, in Zczyekowye super tres curias rusticales cum hereditate, pratis, siluis, riuulis et qualibet libertate, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 119.

A. a. 1384, 6 Mart. — In villa Libiegewiczich Pessko dictus Malewecz decessit. A. d. M°CCC°LXXXIIII° die Dominico Reminiscere Diuissius de Malowicz docuit vnionem suam per tabulas terre.
N, 26. — *1386.* — Mikssik de Diedicz ɔc vendidit abbati et conuentui Milenensi.

Talmberg. 333.

N, 26. — *1386.* — Pelhrzim de Diedicz vendidit abbati et conuentui Milenensi . . .

Talmberg. 333.

. . . — *1386, 21 Dec.* — Jan de Sulicz c. b. P. p. e., quod hereditatem suam ibidem, curiam arature cum municione et curiis rusticalibus, agris, pratis ɔc et toto nábytek, nihil pro se reseruando, vendidit Laurencio Martini institoris de Praga, Jaklino de Gyloweho pro 100 sexag. gr. a. d. M°CCC°LXXXVI° fer. VI quatuor temporum Adventus.

Tab. cur. reg. XIV, 126.

O, 28. — *1387.* — Procopius ciuis Pragensis vendidit capelle s. Felicis in ecclesia s. Leonardi in Wssehrotin 7 sexag. gr. census.

Talmberg. 329.

P, 2. — *1387.* — Zdenko vendidit magistro Herzmano . . .

Riegger, Materialien, VI, 204.

. . . — *1387, 21 Apr.* — In villa Moczidlaniech Pawlico de Vgiezdczie decessit, cuius curia arature cum agris, pratis, piscinis in d. regem deuoluta est. Jacubek de Moczidlan alias dictus Benessowski docuit per tabulas terre curiam arature cum duabus agriculturis, pratis, siluis, montibus, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, quam emit apud Johannem de Dubnian a. d. M°CCC°LXXXVII° fer. II post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIII, 238.

P, 20. — *1387.* — Johlinus Sling et alii jurati Pragenses adiudicauerunt Venceslao Sstuk post mortem Jankonis ɔc [sic].

Liber vetustissimus priv. ɔc Vet. urbis Prag. 84.

. . . — *1387, 30 Maji.* — In villa Muticz Johannes dictus Gyecha decessit. Fer. II post Reminiscere [20 Febr.] a. d. M°CCC°XCI° Bohunco de Muticz nomine Zoffcze matris sue do-

cuit per tabulas terre, quod eadem Zoffca habuit veram vnionem cum omnibus et singulis hereditatibus et bonis ubicunque habitis vel habendis cum Johanne dicto Gyecha marito suo supradicto factam de a. dom. M°CCC°LXXXVII° feria quinta quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 77.

. . . — *1387, 31 Maji.* — Martyn de Budiehosticz p. e. c. dominis baronibus et b. P., quod super hereditatem suam ibidem in Budiehosticz, curiam arature liberam cum 30 strichonibus agrorum cum agris, pratis ꝛc Duchnam de Budiehosticz filiam suam in veram suscepit vnionem, ita ꝛc. Coram dominis baronibus Boczkone de Podyebrad camerario supremo, Andrea de Duba judice, Stephano protonotario et aliis quam pluribus baronibus, qui in tabulis terre plenius continentur. Actum a. d. M°CCCLXXXVII feria sexta quatuor temporum Penthecostes.

Tab. cur. reg. XIV, 45.

. . . — *1387, 1 Jun.* — Welik de Sobiehrd ex vna et Sdenca ibidem parte ex altera p. s. c. dominis baronibus in pleno judicio et coram b. P., quod hereditatibus ipsorum omnibus habitis uel habendis et omni nábytek vniuerunt se insimul, ita quod facti sunt veri vnitores seu hromáždníci omnium hereditatum, ut est premissum, a. d. M°CCC°LXXXVII° sabbato quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XV, 160.

. . . — *1387, 3 Jun.* — Anno d. M°CCC°XCI° fer. II post Trinitatem nomine Mike de Sowinicz venit Mika de Mczel et docuit per tabulas terre in villa Sowinicz curiam arature cum agris, pratis, siluis et omni libertate ad ea pertinente, quam emit apud Pessiconem dictum Kussy de Ugiezdczie pro 55 sexag. gr. anno ꝛc LXXX septimo fer. secunda post Trinitatis.

Tab. cur. reg. XIII, 40.

Q, 3. — *1387, 1 Oct.* — Franciscus de Trzebina p. e. c. b. P., quod in hereditate sua in Trzebinie, curia arature et toto censu, quantum ibidem habet, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente Margarete vxori sue quadraginta sex cum media sexagena gr. dotauit et nomine dotis assignauit, et ad veram dotalem obligacionem in dictis pecuniis condescendit. Actum a. d. M°CCC° octuagesimo VII° fer. III in crastino Jeronimi.

Tab. cur. reg. XX, 23.

Q, 5. — *1387.* — Jessko de Wssehrd vendidit monasterio in Plas . . .

Talmberg. 320.

Q,[1] *9.* — *1387.* — Vedle převodu věna, kdež Vaněk z Dubé ženě věno převodí, leta božieho M°CCCC°XXXII°[2] toto opravení na letu stalo se jest ten čtvrtek před sv. Havlem panským rozkázáním a nálezem z plného soudu, protože se stal omyl písařem, že maje napsati leta LXXXVII° i napsal byl leta LXXXVIII°. A to opravenie stalo se z rady pánuov mnohých i zeman k tomu soudu přivolaných v radu.

Vindob. N. 5106, 8; Talmberg. 44. Jura et const. reg. Boh. Palacký, Arch. č. V, 19. Ibidem II, 347 et V, 510. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 36 et 37. — [1]) Jura et const. J, 9. [2]) Fortasse MCCCLXXXII°.

... — *1387, 5 Oct.* — In villa Kozogied Woyka decessit. Feria secunda post Trinitatem [30 Maji] a. d. M°CCC°XC° Przibko de Kozogied docuit per tabulas terre curiam arature et municionem et subsidem in villa Kozogied, et in Bistrziczi 3 curias rusticales cum agris, pratis, rubetis et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. millesimo CCC°LXXXVII° sabbato post Hieronimi.

Tab. cur. reg. XIII, 12.

... — *1387, 8 Oct.* — Philippus de Slepoticz terre tabulis docuit, duas porciones omnium hereditatum supradictarum, [1] quas emit apud Annam vxorem Freibergeri de Alta Muta et Margaretam sororem ipsius germanam virginem pro sexingentis et 66 sexag. gr., prout in tabulis terre plenius continetur. Anno ꝯc LXXXVII° fer. III post festum Françisci.

Tab. cur. reg. XIII, 13. — [1]) Hereditates enumeratas cont. pag. 438 et 439.

Q, 22. — *1387.* — Albertus Kolowrath dedit monasterio in Roczow ...

Talmberg. 317.

Q, 28. — *1387.* — Pessko de Wssetat vendidit Agnezcze moniali s. Annæ ...

Talmberg. 331.

... — *1387, 4 Dec.* — Jesco de Tatyne p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Wydowle, 2 curias rusticales soluentes duas sexagenas gr. census cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente vendidit Otlino de Zaczie pellifici et Kaczcze vxori sue et heredibus pro 20 et media sexagena gr. prag. a. d. M°CCC°LXXXVII° fer. IIII die sancte Barbare virginis gloriose.

Tab. cur. reg. XIII, 181.

... — *1387, 18—21 Dec.* — Anna de Racziniewess c. b. P. p. e., quod hereditatem suam hereditariam ibidem, totum quidquid ibi habuit, i. e. curiam arature et curias rusticales, in Drziesech totum, quidquid habet, cum curiis rusticalibus, in Gwanowiczich totum, quidquid habet, cum curiis rusticalibus, agris, pratis ꝯc, totum, quidquid habet in premissis, nihil eximendo, vendidit Rudolto de Racziniewes pro 100 sexagenis gr., prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXXVII° quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XIV, 39.

... — *1388.* — Strzyeza relicta Cristani de Sluh docuit per tabulas terre 130 marcas arg. dotales, quas ei dotauit Christanus maritus ipsius in hereditatibus suis in Sluh, in curia arature inferiori cum hereditate et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII°.

Tab. cur. reg. XIII, 36.

... — *1388, 21 Jan.* — Kuna de Sussiczie et pueri et heredes domine Kriste de ibidem tabulis terre docuerunt municionem in Kralouicz cum $1\frac{1}{2}$ curia agriculture et 23 sexagenis gr. census cum curiis rusticalibus, agris, pratis, siluis, piscinis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, quas hereditates Jacobus emit sibi, Kristine et Kune sororibus suis, heredibus et successoribus ipsarum pro quingentis sexagenis gr. apud Pessiconem de Komarowa, prout in terre tabulis continetur. Anno ꝯc LXXXVIII° in crastino Sebastiani et Fabiani.

Tab. cur. reg. XIII, 46.

R, 16. — *1388.* — Jan de Sanbi de Okorze dedit monasterio in Roczow . . .
Talmberg. 317.

R, 17. — *1388.* — Venceslaus rex dedit privilegium cantori Rokyczanensi . . .
Talmberg. 325.

. . . — *1388, 19—22 Febr.* — Barones judicio presidentes a. d. M°CCC°LXXXVIII° quatuor temporum Quadragesime: Procopius marchio Morauie, Andreas de Dube [1] supremus judex, Henricus Sskopek de Dubee supremus camerarius, Cunradus Kaplerz de Sulewicz prothonotarius, Wilhelmus Zagiecz, Marquardus de Kosti, Jan Pikna de Pirknsstain, Henricus de Rozmberg, Hermanus, Vlricus, Jan de Noua domo, Sezema de Vstie, Jan de Zampachu, Plichta de Zirotin, Conradus de Lnarz, Henricus de Brzeznicze, Brzenko de Skala, Purghardus de Janowicz, Sdenco de Rozmital, Hinco Berka de Dubee, Rathmir de Sswamberg, Albertus de Ssternberg, Zdeslaus de Ssternberg, Czenko [2] de Wesele, ceterique domini barones.

Vindob. N. 3483, 71. Talmberg. 304. Palacký, Arch. č. II, 348. — [1]) Vind. et Talmberg h. Duba. [2]) Talmberg. h. Zdenko.

. . . — *1388, 19—22 Febr.* — A. d. MCCCLXXXVIII quatuor temporum Quadragesime barones judicio presidentes: Andreas de Dubee supremus judex, Henricus de Dubee supremus camerarius, Conradus Caplerz de Sulewicz prothonotarius, Otta Bergow de Bielina burgrauius Pragensis, Albertus Kolowrath de Kornhauz, Wilhelmus de Hazmburg, Jan Plichta de Zirotin et ceteri domini barones.

Vindob. N. 3483, 71. Talmberg. 304. Riegger, Mater. XI, 69. Palacký, Arch. č. II, 348.

. . . — *1388, 21 Febr.* — In Lhotka Parua Pessco dictus Zehur decessit. Feria secunda post Trinitatem Hinko dictus Drbal de Newieklowa docuit per tabulas terre curiam rusticalem in Homolowye Lhoty soluentem 74 gr. census annui cum agris et omni libertate ad ea pertinente, quam emit a Prziblone de Stagiez pro 14 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum a. d. M°CCC°LXXXVIII° fer. VI quatuor temporum Quadragesime, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 99.

S, 9. — *1388.* — Vlricus in Holowus vendidit preposito et conuentui in Rokyczano . . .
Talmberg. 325.

S, 9. [1] — *1388* [?]. — Jaross de Gedli vendidit abbati et monasterio in Milewska.
Talmberg. 321; — [1]) Ms. Venceslai, S, 9.

. . . — *1388, 3 Apr.* — Katherina relicta Nicolai de Roztok et Nicolaus presbyter filius ipsius p. s. c. b. P., quod hereditatem ipsorum in Hniewczewsi, duas curias rusticales soluentes 2 1/2 sexagenas gr. census annui cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente vendiderunt Dobralowi de Hniewczewsi et suis heredibus pro 30 sexagenis gr. et 25 grossis, et fassi sc. Disbrigare debent ipsimet vendentes et cum eis Vlricus de Kruhu et Johannes de Roztok, omnes sc. Quod si non sc. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII° feria sexta ante Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIV, 24.

... — *1388, 11 Apr.* — Girzik de Solopisk p. e. c. b. P., quod hereditatem suam ibidem, municionem et curiam arature cum subsidibus, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, jure patronatus ecclesie, quantum habuit, cum omni libertate ad ea pertinente, nihil penitus excludendo, vendidit Jesskoni de Solopisk et suis heredibus pro 100 sexagenis gr. prag., et fassus est, se easdem pecunias ab eo integre percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Jessko de Jezerzan, Sezema de Jezerzan et Stephanus de Brziesticz, omnes in solidum ɔc, excluso dotalicio vxoris Slawkonis, nominatim 30 sexagenis gr., quas disbrigare non tenentur. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII° sabbato post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIV, 266.

... — *1388, 3 Maji.* — Jessko de Libusse p. e. c. b. P., quod in hereditate sua ibidem, curia arature, octo curiis rusticalibus, tota parte sua, que ipsum in hereditate eadem pro porcione paternali tetigit et cessit, cum agris, pratis, siluis, omnibusque suis pertinenciis et qualibet libertate ad ea pertinente, dotauit et nomine dotis assignauit 100 sexagenas gr. denariorum prag. vxori sue domine Kaczeze, et ei de eadem hereditate ad veram dotalem obligacionem condescendit; et si aliquid in eadem hereditate vel porcione sua deficeret, hoc in hereditate Stiborii ibidem in Libusse, toto quidquid habet, suppleri debet. Actum a. d. MCCCLXXXVIII die dominica in die S. Crucis.[1]

Tab. cur. reg. XV, 45. — [1]) Ms. 1358 die dominica in die S. Crucis.

S, 17. — *1388.* — Děpolt z Hodkova Petrovi řečenému Trdlovi z Krašovic l. 1386 [sic]..

Tab. cur. reg. II, F, 21.

S, 27. — *1388, 22 Maji.* — Onsso de Wlhlaw p. e. coram serenissimo principe et domino, domino Wenceslao, Romanorum et Bohemiae rege semper Augusto, quod super hereditates suas, in Wlhlaw villam integram, in Niemczicz toto, quidquid ibi habet, in Vmbrechticzich toto, quidquid ibi habet, in Chrasstian toto, quidquid ibi habet, cum agris, pratis, siluis, riuis, jure patronatus ecclesiarum et collacione altaris in ecclesia Pragensi cum omnibus rebus mobilibus et alias habitis vel habendis Johannem de Dubicze cum suis heredibus, Przechonem de Czesticz sine ipsius vnitoribus et pueris in veram suscepit vnionem, ita quod facti sunt veri vnitores et hromáždníci omnium premissorum. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII° fer. VI quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XX, 168.

... — *1388, 22 Maji.* — Nicolaus de Mimonie et Hinco de Newdanow docuit per tabulas terre, quod Petrus de Dubniczie super hereditates suas in Horka, toto, quidquid ibi habet, Nicolaum plebanum et Hinconem in veram suscepit vnionem, ita quod facti sunt cum eo veri vnitores et hromadníci omnium premissorum a. d. M°CCC°LXXXVIII° feria sexta quatuor temporum Pentecosthes.

Tab. cur. reg. XIII, 44.

... — *1388, 22 Maji.* — Item Hrdonius de Wsetat alias de Gilgiewa docuit per tabulas terre, quod Petrus de Dubniczie p. e. c. d. baronibus in pleno judicio et c. b. P., quod super hereditates suas in Nimirzicz, toto, quidquid ibi habet, Hrdonium de Katussicz in veram suscepit vnionem, ita [quod] factus est cum eo verus vnitor omnium premissorum. Actum a. ɔc LXXXVIII° feria sexta quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 44.

... — *1388, 22 Maji.* — Petrus de Dubinczie p. e. c. d. baronibus in pleno judicio et c. b. P., quod super hereditatibus in Krasneywsi toto, quidquid ibi habet, Jeskonem dictum Krabiczie de Prorub in veram suscepit vnionem, ita quod factus est verus vnitor omnium premissorum a. d. millesimo CCC°LXXXVIII° fer. sexta quatnor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 43.

S, 28. — *1388.* — Przibik de Gedly vendidit conuentui in Mileno ...

Talmberg. 333.

T, 3. — *1388.* — Theodricus de Janowicz vendidit ecclesiæ ibidem ...

Talmberg. 317.

T, 5. — *1388.* — Venceslaus de Sydborze vendidit priori in Piwonia ...

Talmberg. 329.

T, 5. — *1388.* — Andreas de Slatina vendidit conuentui in Piwonia ...

Talmberg. 329.

T, 5. — *1388.* — Henricus, Habardus de Piwonia vendidit monasterio in Piwonia ...

Talmberg. 329.

T, 6. — *1388.* — Wolbramus de Sskworcze vendidit conuentui s. Katherine ...

Talmberg. 332.

T, 7. — *1388.* — O tom, že dva bratří v soudu seděli. — Jeden pán z Hradce byl nejvyšším purkrabím a druhý pán z Hradce písařem nejvyšším.

Nálezové, 158. — Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 37.

T, 8. — *1388.* — Zdenko de Sstiepanicz vendidit conuentui s. Karoli ...

Talmberg. 333.

T, 10. — *1388.* — Jessko de Przibramie dedit altari in Przibram ...

Talmberg. 326.

... — *1388, a. 10 Aug.* — In villa Toziczi Zdislaus decessit, cuius due sexagene census annui nudi ibidem ad d. regem deuolute sunt. In crastino Jeronimi Johannes dictus Budata de Libiechow et Zdislaus de Wranieho docuerunt duas sexagenas census nudi, quas Zdislaus de Lidicz et magister Martinus de Zimie emerunt apud Johannem de Toziczie pro 20 sexagenis gr. a. ɔc LXXXVIII° ante festum Laurentii.

Tab. cur. reg. XIII, 206.

T, 17. — *1388.* — Odolen de Piessel dedit monasterio Ostrowiensi ...

Talmberg. 332.

T, 19. — *1388, 14 Aug.* — Nicolaus Wawrzinczonis ciuis Pragensis p. e. c. b. P., quod hereditatem suam Brazdim municionem cum curia arature et 3 agriculturis et villam integram cum curiis rusticalibus et censu ad hoc spectanti cum agris, pratis, piscinis, montibus,

vallibus et omni libertate ad ea pertinente nichil penitus pro se ibidem juris reseruando vendidit Frantissko Camereri ciui Pragensi et suis heredibus ac successoribus pro 400 sex. gr. prag. et fassus est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Ipsamque hereditatem eidem fideiussit disbrigare ipsemet vendens et cum eo . . . [sic], omnes insolidum ꝛc, — hoc tantum est expressum, quod de decimis de illis bonis tantum soluere debet 24 strichones, videlicet siliginis, ordei, tritici et auene, — quod si non disbrigaret ꝛc. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII° fer. VI in vigilia Assumpcionis [Mariæ].

Tab. cur. reg. XXI, 136.

T, 29. — *1388.* — Pawlik de Muczkowa vendidit monasterio in Piwonia . . .

Talmberg. 329.

T, 29. — *1388.* — Nicolaus Wrbik de Tissmicz dedit ecclesiæ in Wrticz . . .

Talmberg. 326.

T, 30. — *1388.* — Nicolaus plebanus de Antiqua Pilzna dedit altari in Hostini . . .

Talmberg. 326.

U, 1. — *1388.* — Bornik de Hostinie vendidit ecclesie in Mutina . . .

Talmberg. 326.

U, 1. — *1388.* — Raczko de Hostinne vendidit ecclesie in Mutina . . .

Talmberg. 326.

U, 2. — *1388.* — Witko de Beztuchowa vendidit domino Johanni preposito Omnium sanctorum . . .

Talmberg. 313.

U, 3. — *1388.* — Jessko de Wylimie ꝛc vendidit domino Procopio et monasterio s. Karoli . . .

Talmberg. 333.

. . . — *1388, 31 Oct.* — Anno d. M°CCC°LXXXIX° Hirzko de Trziebossnyczie docuit per tabulas terre, quod ei vendidit Zofka relicta Bohunconis hereditatem suam dotalem obligatam in Trziebussnyczy et totum, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis pro 20 sexagenis gr. in vigilia Omnium sanctorum a. d. M°CCC°LXXXVIII°.

Tab. cur. reg. XIII, 38.

U, 10. — *1388.* — Buzko de Zielewicz vendidit hospitali in Slana . . .

Talmberg. 335.

U, 9. — *1388.* — Venceslaus de Malikowicz vendidit ecclesie ibidem . . .

Talmberg. 317?

U, 12. — *1388.* — Stephanus de Horzenicz vendidit monasterio in Swietecz . . .
Talmberg. 318.

U, 13. — *1388.* — Venceslaus rex indulget emere monasterio in Swietecz . . .
Talmberg. 318.

= *1388.* — Domini judicio præsidentes: Andreas de Dube supremus judex, Henricus de Dube supremus camerarius, Conradus Kaplirz de Sulewicz protonotarius, Joannes de Pirkstein, Otto Perkow de Bilina burgravius Pragensis, beneficiarii Pragenses; Albertus Kolowrat de Kornhaus, Wilhelmus de Hazmburg, Joannes de Lichtmburg, Przenko de Skala, Zdienko de Rozmital, Joannes de Zampach, Plichta de Zierotin, Conradus de Lnarz, Rathmir et Pussko de Sswamberg burgrauius Wissehradensis, Burghardus, Genczo [et] Theodricus de Janowicz, Hinaczek de Wysmburg, Boczko de Podiebrad, Petrus de Kosti, Ulricus et Joannes de Noua domo, Joannes et Sezema fratres de Usti, Henricus de Brzeznicze, Joannes de Basstie, ceterique barones.
Balbins Verzeichniss der Reichsbeamten, Riegger Materialien, 75.

. . . — *1388, 16 Dec.* — Adam de Malobratrzicz protestatus est, quod hereditatem suam in Malobratrzicz, curiam arature 1 curiam rusticalem cum agris, pratis ꝛc vendidit domino Vincencio plebano in Petrowicz, domino Hnussoni plebano de Marquarticz, Cuniconi et Zdislao de Lhota pro 100 sexagenis gr. plene persolutis ꝛc. Disbrigare debet ipsemet vendens, Wyenco de Luczina hora et Prziech de Studenicz. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII° fer. quarta [quatuor temporum] Adventus.
Tab. cur. reg. XIII, 52.

U, 16. — *1388, 19 Dec.* — Jessko de Obrzistwie junior p. e. c. b. P., quod de mandato patris sui Johannis filiastris suis Cuncze et Margarethe dare debet et soluere novem sexag. gr. prag. census annui de hereditatibus suis, in Obrzistwie toto, quidquid ibi habet, et de nauigio, per medium in die sancti Georgii et sancti Galli terminis proximis, et hoc post decessum patris sui Johannis antedicti, ita si non solueret aliquem censum in aliquorum terminorum termino, ex tunc ipse cum solo camerario Pragensi poterit eum impignorare in hereditatibus suis omnibus habitis et habendis usque percepcionem plenam census non soluti cum tercia parte plus nomine pene et impensarum. Et si Margaretham mori contigerit, ex tunc portio sua venire debet in Kunkam, Kunka vero mortua in Henricum et Johannem predictos venire debet eo pleno jure. Et hec impignoracio et solucio fieri debet tamdiu, donec 90 sexag. ipsis non assignabuntur. Actum a. d. M°CCC°LXXXVIII° sabbato quatuor temporum Aduentus.
Tab. cur. reg. XXI, 243.

U, 16. — *1388, 19 Dec.* — Rynarth de Vstupenicz dictus Pohan et Dorothea de Wieczkowicz p. s. c. b. P., quod hereditatem ipsorum ipse Rynarth hereditatem suam, que sibi a domino rege Venceslao Romanorum et Bohemie rege data est, et ad ipsum regem legitime deuoluta, in Racowie curia arature cum curiis rusticalibus, agris, pratis, siluis, communitate et omni libertate ad ea pertinente, et ipsa Dorothea jus suum hereditarium per omnia, sicut Theodricus dictus Stola tenuit, vendiderunt Onssoni dicto Podolecz de Ratay et suis heredibus pro 47 sex. gross. prag. integre persolutis hereditarieque condescenderunt. Et dictas

hereditates disbrigare debent ipsimet vendentes et Beness Pucsek de Borowan, Margwarth de Tiecharzowicz, omnes in solidum ɔc, ab omni ɔc. Actum sabbato quatuor temporum Aduentus a. d. M°CCCLXXXVIII°.

Tab. cur. reg. XXI, 202.

U, 18. — *1388.* — Zacharias de Vinarzicz vendidit capitulo Pragensi...

Talmberg. 313.

U, 21. — *1388.* — Stephanus de Horzenicz vendidit ecclesie in Przeczapl...

Talmberg. 326.

X, 3. — *1388 v. 1389.* — Aleš z Duban dele [sic] poroučí...

Tab. ter. CCL, M, 16.

X, 20. — *1389.* — Dytmír z Duban v Dubanech prodal...

Tab. ter. CCL, M, 16.

... — *1389, 29 Jan.* — In villa Swoyssyczich Stiborius decessit. Fer. II post Trinitatem [14 Jun.] a. d. M°CCCLXXXIX° Wilem de Swoyssicz docuit per tabulas terre curiam arature cum subside, agris, pratis, siluis, cum jure patronatus pro 60 sexagenis gr. plene persolutorum, anno ɔc LXXXIX fer. VI post Conuersionem s. Pauli, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 199.

... — *1389, 6 Febr.* — Milobor de Jenczicz p. e. ɔc, quod hereditatem suam in Rzymynye, curiam arature cum curia [sic], 4 curiis rusticalibus, cum agris, pratis, siluis, vineis et omni libertate ad ea pertinente, vendidit Jesskoni et Paulikoni de Sulewicz fratribus indiuisis dictis Jeczmik pro 80 sexagenis gr. plene ɔc. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum ipso Rydkerius de Skalky et Diwissius de Ryzmyn, omnes in solidum; et predictus Dyuissius ad hoc forum suum prebuit consensum. Actum a. d. M°CCC°LXXXIX° sabbato in die s. Dorothee.

Tab. cur. reg. XIV, 295.

A. a. 1385, 27 Maji. — In villa Sabienicz Byetha decessit. Dotalicium eius ad d. regem deuolutum existit. Sabbato quatuor temporum Pentecostes Jessco de Praga docuit forum sive emcionem dotalicii Byethe predicte per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 168.

A. a. 1385, 27 Maji. — Sabbato quatuor temporum Pentecostes a. d. M°CCC°LXXXV° docuerunt Przibislaus decanus et capitulum per tabulas terre forum sive empcionem ville Lunyn.

Tab. cur. reg. XIII, 55.

A. a. 1385, 29 Maji. — Fer. II post quatuor tempora Pentecostes docuerunt Stanislaus et Nicolaus, altariste ecclesie s. Nicolai in Maiori ciuitate Pragensi forum siue empcionem in villa Lhota Zlywa, et dominus Wenceslaus Romanorum rex plebano et altaristis ecclesie

antedicte et eorum successoribus villam Lhota Zlywa antedictam, in qua sunt quatuordecim sexagene census annui, in perpetuum appropriauit et incorporauit.

Tab. cur. reg. XIII, 54.

A. a. 1385, 29 Maji. — In villa Radycziewssi Twoch decessit. Fer. II post quatuor tempora Pentecostes Nicolaus dictus Pezenpach de Praga docuit per tabulas terre 8 sexagenas census annui in Radyecziewssy in 5 curiis rusticalibus, in quatuor laneis, in vno quartali hereditatis cum omni libertate ad ea pertinente, prout in terre tabulis plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 177.

A. a. 1385, 29 Maji. — In villa Wsselissiech et in Borczy 4 1/2 sexag. census annui post Slawiborium de Slywna filium Vitkonis ad dominum regem deuolutus est. Fer. II post quatuor tempora Penthecosten a. d. M°CCC°LXXXV° Vitko de Slywna docuit forum siue empcionem per tabulas terre et Zacharias frater Slawiborii predicti docuit per tabulas terre porcionem suam et Slawiborii fratris sui, quam eis Vitko de Sliwna pater eorum dedit et assignauit, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 33.

A. a. 1385, 29 Maji. — In villa Telczich Nyecz decessit. Fer. II post quatuor tempora Pentecostes a. d. M°CCC°LXXXV° Kaczka de Telecz docuit 45 marcas argenti dotales per tabulas terre, prout se docturam offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 239.

A. a. 1385, 29 Maji. — In villa Kacziczy Jessco dictus Kaczerek decessit. Fer. II post quatuor tempora Pentecostes Frenczel de Kacziczie docuit 1 1/2 laneum et unum agrum, qui vulgariter nyua dicitur, per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

In crastino Dedic. Pragensis [1 Oct.] a. d. M°CCCLXXXV° Anna de Cuiczie et Dorothea de Horzieticz docuerunt 22 sexag. census annui per tabulas terre, prout se docturas offerebant.

In eodem termino docuit magister Blazko 70 grossos minus 2 gr. census annui per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 239.

A. a. 1385, 2 Oct. — In villa Smilkowiczich municio cum bonis post mortem Wratiwogii decani Pragensis et Stiborii archidiaconi Luthomericzensis ad dominum regem devoluta sunt. In crastino Dedicacionis Pragensis Bohunco de Smylkowa docuit per tabulas terre, quod ipse et Wratiwoy et Styborius fratres germani indiuisi emerunt bona siue hereditates in Smylcowie.

Tab. cur. reg. XIII, 135.

A. a. 1385, 23 Dec. — In villa Wieczkouicz et Homoly Mikssik de Bohdanczie et Kaczka vxor sua decesserunt. Sabbato quatuor temporum Adventus Dyepoldus de Wyeznyk docuit per tabulas terre Wyeczkowicz villam et in Homoly totum cum hereditate, pratis, siluis, et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 153.

A. a. 1385, 23 Dec. — In Czakowiczich Jan decessit. Sabbato quatuor temporum Aduentus Jacubek de Dokzie docuit per tabulas terre ducentas sexagenas gr. den. pr., in quibus

Jan predictus quondam de Czakouicz curiam arature et curias rusticales ibidem in Czakouicz et totum, quidquid ibi habuit, in Smyedowicz totum, quidquid ibi habuit, sibi obligauit, prout in tabulis terre plenius continetur.

Zwiest et Wenceslaus fratres de Tyechleuicz fer. secunda post Reminiscere [19 Mart.] a. d. M°CCC°LXXXVI° docuerunt per tabulas terre curiam arature, 8 curias rusticales in Czakouiczich cum hereditate, pratis, siluis, vinea, molendinum, que emit Zwiest pater eorum a Jesscone de Czakouicz, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 178.

A. a. 1386, 19 Mart. — Cunadus de Blssan decessit; bona eius in Wyeczkouicz, in Chlumye, in Babkouicz et in Tepkowie ad d. regem dicuntur esse deuoluta. Brzienko de Skali nomine domine Zdyncze relicte olim Wilhelmi dicti Blesska docuit per tabulas terre 25 sexagenas dotalicii sui, quas sibi Wilhelmus de Blssan donauit et dotauit in villa Dolanech, in curia arature, in 7 curiis rusticalibus, in Babkowicz in duabus curiis rusticalibus, in Chlumska in 4 curiis rusticalibus cum agris, pratis, riuis, molendinis et omnibus libertatibus ad ea spectantibus, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 120.

A. a. 1386, 19 Mart. — In villa Strziethezy Adam de Bozkowicz decessit. Fer. II post Reminiscere Paulus et Jessco fratres de Dyedicz docuerunt per tabulas terre, quod ipsi vniuerunt se cum Jarca matre ipsorum in Dyedicz cum curia arature et duabus curiis rusticalibus, cum agris, siluis, et ipsa Jarka cum dotalicio suo, videlicet triginta sexagenis, quas habuit in septem curiis rusticalibus in Strzyetezy, cum hereditate et qualibet libertate, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. 75.

A. a. 1386, 18 Jun. — In villa Črném Blátě Albertus decessit. In crastino s. Trinitatis a. d. M°CCC°LXXXVI° Hermannus de Črného Bláta docuit vnionem per tabulas terre, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 198.

A. a. 1386, 18 Jun. — In villa Bukowa Buzko dictus Howno decessit, post cuius mortem unus laneus hereditatis ad d. regem deuolutus est. Fer. II post Trinitatis a. d. M°CCC°LXXXVI° Marquardus de Praga docuit empcionem lanei in villa Bukowa per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 56.

A. a. 1386, 1 Oct. — In villa Bukowa Martinko decessit, cuius ɔc. In crastino sancti Jeronimi docuit per tabulas terre Jarko de Borssicz vnum laneum agrorum, quem emit a Dywkone de Bukowa, in quo Martinco residebat, et dicit ipsum fuisse et esse censualem.

Tab. cur. reg. XIII, 56.

A. a. 1386, 2 Oct. — In villa Ratyborzicz Zophka relicta Mudraconis de Vsk decessit. In crastino Dedic. Prag. d. Petrus filius eiusdem, plebanus in Ratyborzycz, docuit vnionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 76.

A. a. 1386, 22 Dec. — In villa Brzieszanech Petrus dictus Lodherz de Praga decessit, bona ipsius ad d. regem sunt deuoluta. Sabbato quatuor temporum Aduentus anno domini

MCCCLXXXVI Pessko de Kameyncze docuit per tabulas terre curiam arature in Brzieczanech, cuius medietas ipsum Pessconem secundum tabulas terre concernit, et secunda medietas post mortem Petri predicti ad d. regem deuoluta est.

Tab. cur. reg. XIII, 240.

A. a. 1386, 22 Dec. — In villa Nessmenye Margaretha relicta Daboronis decessit, dotalicium eius ad d. regem deuolutum existit. Sabbato quatuor temporum Aduentus a. domini M°CCCLXXXVI° Nutbor de Lybodrzycz docuit empcionem suam per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 198.

A. a. 1387, 3 Mart. — In villa Brlozczy Ottik et Theodricus filius suus decessit. Jesco dictus Mlinecz de Mlinecz die dominico Reminiscere a. d. M°CCCLXXXVII° docuit vnionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 121.

A. a. 1387, 4 Mart. — In villa Krzem alias Brazczy Johannes presbiter dictus Wycher de Trziebiewlicz decessit. Feria secunda post Reminiscere Friczko de Trziebiewlicz docuit empcionem per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 178.

A. a. 1387, 4 Mart. — In villa Lukowie Sdena decessit. Fer. II post Reminiscere a. d. M°CCC°LXXXVII° Albertus de Lukowa, maritus Sdenæ, docuit per tabulas terre in Lucowie curiam arature cum municione, cum agris, pratis, piscinis, 5 curias rusticales, jus patronatus ecclesie et quantum ibi habuerunt, quod Carolus de Luczina et Paulus de Zicoua vendiderunt Alberto de Sbrasscoua et Sdeny vxori sue pro 200 sex. gr. minus 10 sexagenis.

Tab. cur. reg. XIII, 241.

A. a. 1387, 3 Jun. — Agnezka relicta quondam Marssonis dicti Kotel judicis de Jestborzicz [decessit]. Dotalicium eius ad d. regem deuolutum existit, quod ipsa habuit in bonis Hawlonis de Benessowicz. Fer. II post Trinitatis a. d. M°CCC°LXXXVII° Jan de Sczepanowa docuit per tabulas terre vnionem bonorum suorum, quam habet cum Petro de Siedrazicz et cum quibus se vniuerunt Jan predictus in Sczepanow cum municione et villa integra, Benessowiczich villa integra, Petrus antedictus in Siedrazicz villa integra, Werhtyn et aliis villis, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 215.

A. a. 1388, 24 Febr. — In villa Radycziewssy jus patronatus ecclesie post Mikssonem dictum Ruczka ad dominum regem deuolutum est. Fer. II post dominicam Reminiscere Mikssik de Lipna docuit per tabulas terre, quod Nicolaus dictus Bradaty de Maiori Lipna vendidit tres curias rusticales, in quibus sunt 5 sexagene grossorum census annui, excluso jure patronatus ecclesie ibidem in Radycziewssy, Frane dicto Prager de Praga pro 50 sexag. gr. den. prag. plene persolutorum, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 180.

A. a. 1388, 24 Febr. — In villa Raczinyewssy Gytka decessit. Fer. II post Reminiscere a. d. M°CCC°LXXXVIII° Rudoltus de Raczinyewssi docuit per tabulas terre, quod Gitka pre-

dicta in Raczynyewssy nullas hereditates habuit, sed ipse Rudoltus habet hereditates ab Andrea et aliis emptas, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 242.

A. a. 1388, 25 Maji. — In villa Kaczkowalhota Jarko dictus Nuzyerz decessit. Fer. II post Trinitatem a. d. M°CCC°LXXXVIII° Anna relicta Jarkonis docuit per tabulas terre 30 marcas argenti dotales, prout se docturam offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 198.

A. a. 1388, 25 Maji. — Andreas plebanus de Landeskrona decessit, post cuius mortem in Kozoged sex sexagene census, in Tunyechod 3 sexagene census, in Slatynach 3 sexagene census et alibi, vbi ipse habuit, ad d. regem deuolutus est. Fer. II post Trinitatem a. d. M°CCC°LXXXVIII° Mixo de Czankowicz docuit per tabulas terre in Kozoged curiam arature cum duobus laneis agrorum et 4 sexagenis census annui nudi ibidem, quorum bonorum medietas ipsum concernit, et alia medietas est per mortem domini Andree predicti secundum inuencionem dominorum baronum ad dominum regem deuoluta.

Tab. cur. reg. XIII, 215.

A. a. 1388, 25 Maji. — Anno MCCCLXXXVIII fer. II post Trinitatem docuit Zawissius de Hudlicz vnionem per tabulas terre, quam ei d. rex dedit et contulit cum Cristano de Sluh, et contra eandem vnionem dominus Henzlinus facit quandam obieccionem. Terminus ad barones in crastino sancti Hieronimi. In eodem termino Jacubyn antedictus [de Dymokur alias de Sluh] docuit empcionem per tabulas terre, quam habet a commissariis Cristani supradicti, quos Jacobus pater ipsius Cristani per tabulas terre fecit et constituit.

Tab. cur. reg. XIII. 36.

A. a. 1388, 25 Maji. — In villa Trziebyzi due sexagene census annui in aratura siue in agris Bedrzichonis clientis dicuntur esse ad d. regem deuolute. Fer. II post Trinitatis a. d. MCCCLXXXVIII d. Wenceslaus dictus Dobrnik prepositus monasterii s. Spiritus in Maiori ciuitate Pragensi ex parte abbatisse tociusque conuentus monasterii predicti docuit per tabulas terre duas sexagenas census predictas, quas eidem monasterio emit Stephanus Budconis et Stanissius de Horziessouicz, prout in tabulis terre plenius continetur, et eandem empcionem d. Wenceslaus Romanorum et Bohemie rex per literam suam confirmauit.

Tab. cur. reg. XIII, 242.

A. a. 1388, 25 Maji. — In villa Chrzynye Welico decessit. Fer. II post festum s. Trinitatis a. d. M°CCCLXXXVIII° Jana vxor Johannis de Holubicz docuit per tabulas terre jus hereditarium, videlicet curiam arature in Chrzinye cum hereditate, pratis et omnibus aliis pertinenciis, quam hereditatem Welico predictus emit apud Crucem filium Janonis ibidem [in] Chrzina sibi et heredibus suis, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 43.

A. a. 1388, 1 Oct. — In villa Lhotye Adam dictus Smach decessit. Anna de Lhota in crastino sancti Jeronimi docuit per tabulas terre 100 marcas argenti, quas ei dotauit Adam predictus maritus ipsius in curia arature in 2 curiis rusticalibus cum hereditate, pratis, siluis et qualibet libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 154.

A. a. 1388, 21 Dec. — In villa Tatynem Jessco dictus Bradacz decessit. Fer. secunda post quatuor tempora Adventus Henricus plebanus ecclesie in Gyeczieuicz et Sdena de Ustie et Wilhelmus de Olessek docuerunt per tabulas terre in Tatynem curiam arature cum curiis rusticalibus, medium molendinum, in Wydowly quinque curias rusticales cum agris, siluis, pratis, riuis, ortis, pomeriis, humuletis et omni libertate ad ea pertinente, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur reg. XIII, 181.

SECUNDUS VENCESLAI.

(1389—1391.)

... — *1389, 10—13 Mart.* — Johannes de Lochinicz p. e. c. dominis baronibus in pleno judicio presidentibus ɔc, quod super hereditates suas ibidem, toto, quidquid habet, videlicet curia arature et censu ac aliis omnibus habitis vel habendis, Wienkonem de Herzmanicz et Passkonem de ibidem fratres in veram suscipit vnionem, ita quod facti sunt veri vnitores seu hromáždníci omnium premissorum. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXIX quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 19.

A, 4. — *1389, 13 Mart.* — Henricus de Nedrahowicz, Jaroslaus de Przestawlk, Litoldus de Krztienowicz p. s. c. dominis baronibus in pleno judicio et c. b. P., quod hereditatibus ipsorum in Nedrahowicz et Przestawlk et Krztienowicz, toto, quidquid ibidem habent, et aliis omnibus ipsorum hereditatibus habitis et habendis vniuerunt se insimul, ita quod facti sunt veri vnitores et společníci omnium premissorum. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXIX⁰ sabbato quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XXI, 58.

A, 4. — *1389.* — Vilém z Duban Lochomice prodal...

Tab. ter. CCL, M, 17.

A, 8. — *1389, 14 Mart.* — Domini barones in pleno judicio in causa, que vertebatur inter Hinczikonem Pluk de Orlik ex vna et Plichtam de Zirotin parte ex altera super hereditatibus relictis post mortem Smilonis de Kowanie olim dicti, videlicet in Drahomysl et Kowan ac Wzteklinecz et aliis, vbicunque eas post se dereliquit, auditis partibus hinc inde pro jure invenerunt, et Ratimir de Swamberg dominorum consilium exportauit, quod Hincziko de Orlik predictus secundum continenciam sue vnionis et tabularum, quas pro se habuit, est justior et propinquior ad omnes hereditates predictas et alias quascunque per dominum Smilonem ipso defuncto derelictas quam aliquis alter, exclusa dumtaxat sola dote vxoris sue domine Anne, que debet circa suam dotem secundum tenorem tabularum libere remanere. — Item invenerunt, quod nulle alie memorie preter tabulas debent admitti. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXIX⁰ dominica secunda in jeiunio presentibus dominis baronibus Andrea de Duba supremo iudice,

Hinco de Dube supremo camerario dicto Skopek, Cunado Capler de Sulewicz protonotario tabularum terre, Ratimiro de Sswamberg et ceteris baronibus, qui in eodem judicio presiderunt.

Raigrad. 8. Trebon. 394. Mus. boh. 190. Talmberg. 44. Vindob. N. 5106, 8 bohemice. Cruciger. 27. Konop. A, 10. Brun. 240, 243. Nálezové, 277. Palacký, Arch. č. II, 349. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 37.

A, 8. — 1389, 14 Mart. — Domini barones in pleno iudicio in causa, que vertebatur inter priorissam et conventum sanctimonialium monasterii sancte Katherine in Noua ciuitate Pragensi ex una et Henzlinum Hauer ciuem Noue ciuitatis Pragensis, Hanussium cocum domini regis, et quosdam ipsorum adiutores parte ab altera super viginti sex sexagenis gr. census annui in predicta ciuitate Pragensi et alibi, prout hoc plenius in litteris expressatur; quos census Valentius Krkacz predicte Noue civitatis olim conciuis, qui fuit procurator dictarum sanctimonialium, predicte priorisse et conventui ac monasterio legittime donauerat anime sue pro remedio salutari: partibus predictis hinc inde perauditis nec non gracias et litteras munimentaque predictarum sanctimonialium a domino Carolo, diue recordacionis Romanorum imperatore semper Augusto et Bohemie rege, pro parte ipsarum conspicientes, et litteris testamentalibus aliisque de pleno consilio juratorum dicte Nouae ciuitatis Pragensis pro parte Haueri ostensis, narracionibusque diuersis, quas pro se hinc inde produxerunt, clare intellectis, pro jure invenerunt, et Albertus Colowrat dominorum consilium exportavit: quod dicti census debeant perpetuis temporibus circa predictas priorissam et conventum ac monasterium pacifice permanere hereditarie et quiete; ipsasque virgines et monasterium ab impeticione dictorum Haueri et aliorum, quorum intererat, totaliter absolverunt, dantes et decernentes pro iure obtento et plene deducto, ipsas virgines et monasterium circa pacificam possessionem debere remanere perpetue et hereditarie, ut predicitur, census antedicti. Quorum nomine Benessius Ptaczek de Dworcze, ipsarum in hac parte commissarius, et Harbardus prepositus monasterii eiusdem pro dominis beneficiariis ad perpetuam rei memoriam dederunt memoriales.

Raigrad. 17. Treb. 397. Mus. boh. 194. Talmberg. 44. Palacký, Arch. č. II, 349.

A, 11. — 1389. — Herzmanus de Hor vendidit Bohunkoni de Hor.

Tab. ter. CCLI, B, 24; CCLII, A, 25.

A, 19. — 1389. — Adam de Gesseticz vendidit domino Andree canonico Boleslawiensi...

Talmberg. 312.

A, 24. — 1389. — Benessius de Sedczicz p. e. c. b. P., quod hereditatem suam ibidem, municionem cum curia arature et sedecim sexagenis gr. census annui, in Zaboklyczych duas sexagenas gr. census annui cum jure patronatus ecclesie, in Czeykowiczych quadraginta duos gr. census annui cum agris, pratis, siluis, piscinis, fluminibus, molendinis et omni libertate ad ea pertinente cum pleno dominio, nihil sibi ibidem penitus reseruando, vendidit Wilhelmo de Olessek, Raczkony de Sobiesuk, Henrico de Sedczicz pro quadringentis sexagenis gr. prag. et fassus est, se easdem pecunias ab eis plene percepisse, et eis de dicta hereditate hereditarie condescendit. Ipsamque hereditatem eis debet et fideiussit disbrigare ipsemet vendens et cum eo Vlricus de Radmicz, Henzl de Zeczgryna, omnes in solidum, ab omni homine ɔc. Actum ɔc [sic].

Tab. cur. reg. XX, 17.

... — 1389, 30 Apr. — In villa Podmokli Swatoslaus decessit, cuius curia arature cum agris, pratis, siluis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente in dominum regem deuoluta

est. Maniecha relicta olim Swatoslai fer. II post Trinitatem [10 Jun.] a. d. M°CCC°XC°II° docuit tabulis terre 30 sexag. gr. dotis sue, quas Swatoslaus maritus eius ei dotauit in hereditatibus predictis. Actum anno ɔc LXXXIX° in Ostensione reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIII, 205.

. . . — *1389, 30 Apr.* — Bohunko de Wrchoticz et Kedruta de Hostczicz protestati ɔc, quod hereditatem suam in Stupczicz, 4 sexagenas census annui, cum curiis rusticalibus cum prato ɔc vendiderunt Przibikoni de Lhoty et suis heredibus pro 57 sexagenis grossorum plene persolutis. A. d. M°CCCLXXXIX° in die Ostensionis reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIV, 90.

. . . — *1389, 6 Maji.* — In villa Bossini Busco decessit. Habuit hereditates in Sedlczi et in Zelizi. Fer. II post Jeronimi [7 Oct.] a. d. M°CCC°XCII° Friczko de Vgiezdczie alias de Bossinie et Petrus de Bezdiedicz residens in Bossini terre tabulis docuerunt curiam arature in Bossin cum sex curiis rusticalibus, agris, pratis, siluis, vineis, piscinis et toto, quidquid ibi habuit, quam emerunt a Buscone de Bossinie pro 126 sexag. gr. a. d. M°CCC°LXXXIX° fer. V post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIII, 46.

B, 9. — *1389.* — Chotibor de Blahoticz vendidit plebano in Malikowicz . . .

Talmberg. 317.

. . . — *1389, 29 Sept.* — Roprecht de Otroczicz p. e. c. b. P., quod hereditatem suam ibidem, curiam arature et vnam curiam rusticalem cum duobus molendinis, in Woganowiczich quatuor curias rusticales, in Riczkowie quatuor curias rusticales cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, vendidit Henrico de Rosenberg pro 80 sexag. gr. prag. integre persolutorum, et hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et Hynko de Turoweho, omnes in solidum ab omni homine ɔc. Actum anno dom. M°CCC°LXXXIX° fer. VI in crastino S. Wenceslai.

Tab. cur. reg. XV, 119.

B, 21. — *1389.* — Ottiko de Radkowicz vendidit conuentui in Mienanech.

Talmberg. 314.

B, 21. — *1389.* — Nicolaus de Odicz vendidit conuentui in Strakonicz . . .

Talmberg. 328.

B, 21. — *1389, 1 Oct.* — Domini barones, qui in crastino Hieronymi judicio presiderunt: Andreas de Duba supremus regni Boemie judex, Henricus Sskopek de Dube supr. regni Boemie camerarius, Kunadus Capler de Sulewicz protonotarius tabularum terre, Otto Bergow de Bilina purgravius Pragensis, Albertus [de] Kolowrath, Jan Pikna de Lichtmburk, Vilhelmus Zagicz de Hazmburk, Nicolaus Zagicz de Budiny, Ratmir de Sswamberk, Bussko ibidem, Henricus de Rozmberk, Zdenko de Rozmital, Purkhardus et Jenczo de Janowicz, Brzenko de Skala, Henricus de Brzieznicze, Vilhelmus de Zwirzeticz, Petrus de Kosti, Petrus de Weselee, et aliis multis, qui in eodem judicio presiderunt. Actum a. d. 1389 in crastino Jeronymi fer. VI.

Tab. ter. VI, H, 28.

C, 17. — *1389, 1 Oct.* — Nicolaus de Minori Soleczku p. e. c. b. P., quod in hereditate sua ibidem, curia arature, agris, pratis, riuis, siluis et omni libertate ad ea pertinente domine Dorothee vxori sue 20 sexagenas gr. prag. dotauit et ad priorem dotem addidit, et ad veram obligacionem condescendit a. d. M°CCC°LXXXIX° fer. VI in crastino Jeronimi.

Tab. cur. reg. XX, 168.

. . . — *1389, 2 Oct.* — Dominus Johannes plebanus de Arnosstowicz c. b. P. p. e., quod cum Alberto de Sedlcze hereditatibus suis habitis vel habendis se vniuit, prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXXIX° sabbato post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 89.

. . . *1389, 2 Oct.* — In villa Rudolticz Kaczka relicta olim Zbraslai decessit, cuius dotalicium, videlicet quinquaginta sexag. gr. in quinque sexagenis gr. census annui, ad d. regem est deuolutum. Sabbato quatuor temporum Quadragesime [9 Mart.] a. d. M°CCC°XCII° Andreas de Rudolticz et Jan frater suus germanus terre tabulis docuerunt 5 sexag. gr. census annui, quas emerunt apud Zbraslaum de Rudolticz et Ozkam [sic] ibidem a. d. M°CCC°LXXX nono sabbato post Jeronymi.

Tab. cur. reg. XIII, 123.

C, 3. — *1389, 2 Oct.* — Raczko de Sobiesuk et Henricus de Sedczicz p. s. c. b. P., quod hereditatem ipsorum in Sedczicz curiam arature, 18 sexagenas gr. census annui cum curiis rusticalibus, in Zaboklik vnum laneum agrorum cum collacione capelle ibidem, in Czeykowicz medium laneum agrorum cum agris, pratis, siluis, pomeriis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, nihil eximentes, vendiderunt Benessio de Sedczicz ad tempora vite ipsius dumtaxat et non vltra pro octuaginta sexagenis gr. prag. integre persolutis et ad tempora vite ipsius, ut predicitur, condescenderunt. Et disbrigare debent ipsimet vendentes tantum ab omni homine. Quod si non ɔc. Actum a. d. M°CCC° octuagesimo nono post Jeronimi sabbato proximo.

Tab. cur. reg. XX, 110.

C, 4. — *1389, 2 Oct.* — Dobessius de Libiegewicz p. e. c. b. P., quod hereditatem suam ibidem, curiam arature et tres laneos censuales, in Hwozdenech tres laneos censuales, in Cholticzich vndecim laneos censuales, in Przestawlk 1 ½ laneum censualem, in Rzimowicz vnam curiam rusticalem, in Vgezdczich duas villas integras, in Chlumecz villam mediam, in Radhosstich mediam villam, in Wczelnie sex. gr. census annui, in Crastussynie 1 sex. gr. census annui, in Wrabinie villam integram, in Radomilicz curiam arature et 2 sexag. gr. census annui, in Sstitow piscinam, in Pozierazie medium molendinum cum flumine, cum agris, pratis, siluis, piscinis, fluminibus et omni libertate ad ea pertinente vendidit Johanni de Malowicz, Jarossio de Drahonicz, Petro de Brziezie et heredibus ipsorum pro 300 sex. gr., et fassus est, se easdem pecunias ab eo pleno percepisse, et eis de dictis hereditatibus omnibus hereditarie condescendit. Ipsasque hereditates eis debet et fideiussit disbrigare ipsemet vendens et cum eo Przibico de Zimuticz, Hroznata de Zahorzie, omnes in solidum ɔc. Actum a. d. M°CCC°LXXXIX° sabbato post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XXI, 180.

C, 14. — *1389.* — Aleš z Duban dědictví své v Dubanech, . . . dvorův, prodal do Doxan do živnosti její M°CCC°LXXXIX.

Tab. ter. CCL, M, 17.

. . . — *1389, 4 Oct.* — In villa Rudolticz Kaczka relicta olim Zbraslai decessit. Andreas de Rudolticz et Jan frater suus sabbato quatuor temporum Quadragesime a. d. M°CCCXCII° [9 Mart.] terre tabulis docuerunt 5 sexagenas census annui, quas emerunt apud Zbraslaum de Rudolticz et Ozkam de ibidem. A. ↄc LXXX nono sabbato post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIII, 122.

C, 18. — *1389, 13 Nov.* — Wenceslaus dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Bohemie rex de plenitudine maiestatis sue dedit et dare potuit vnionem Sigmundo dicto Klaricz de Budweys cum orphanis olim Francisci de Trzebina hereditatibus ipsorum omnibus in Trzebin et in Borssowie, in Vgezd et alias habitis et habendis, ita quod factus est cum eis verus vnitor et hromáždník omnium premissorum. Nuntius ex parte domini regis fuit Cunadus Caplerz de Sulewicz protonotarius tabularum terre ad tabulas specialiter delegatus. Actum a. d. M°CCC° octuagesimo nono sabbato post Martini.

Tab. cur. reg. XX, 23.

C, 21. — *1389, 14 Nov.* — Grinwald de Brasskowa p. e. c. b. P., quod in hereditate sua, in Kystrzie curia arature et 1 $^1/_2$ sexag. gr. census annui in curiis rusticalibus, in Druzczy toto, quidquid ibi habet, in Dobra toto, quidquid ibi habet, agris, pratis, siluis, flumine, riuis et omni libertate ad ea pertinente cum omni nábytek domine Sskoncze vxori sue ducentas quinquaginta sexag. gr. dotauit et nomine dotis assignauit, et ad gratiosam obligacionem in dictis pecuniis condescendit. Johannes de Jabloncze ad hoc suum prebuit consensum. Actum a. d. M°CCC°LXXXIX° dominica post festum s. Martini.

Tab. cur. reg. XXI, 51.

D, 8. — *1389.* — Rubin de Skalicze vendidit monasterio et abbati in Wylemow . . .

Talmberg. 332.

D, 10. — *1389, 17 Dec.* — Domini barones pleno judicio presidentes: Andreas de Duba supremus judex regni Boemie, Henricus de Dube supr. camerarius, Cunadus Kapler tabularum terre protonotarius, Otto Bergow de Bilina purgrauius Pragensis, Albertus Kolowrat de Kornhauz, Vilhelmus de Hazmburg, Brzenko de Skala, Purkhardus, Jenczo, Theodricus de Janowicz, Joannes de [sic], Sezema de Usti, Zdenko de Rozmital, Joannes de Lichtmburk, Boczko de Podiebrad, Vlricus de Novadomo, Vilhelmus de Landstain, Ratmir de Porziczi, Bussko de Sswamberg, Joannes de Michalowicz, Vilhelmus de Zwirzeticz, et aliis quam pluribus in eodem judicio presidentibus. Actum a. d. M°CCCLXXXIX° quatuor temporum Adventus fer. VI.[1]

Tab. ter. VI, H, 28. Nálezové, 157. Palacký, Arch. č. II, 350. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 37. — [1]) Nálezové: Dva bratří neb více mohou spolu soudce zemští býti, v soudu pojednou seděti.

D, 14. — *1389, 18 Dec.* — In causa, que vertebatur coram dominis baronibus ex speciali mandato et commissione serenissimi principis et domini, domini Wenceslai Romanorum semper Augusti et Boemie regis inter Jarconem de Walsstein ex vna et Kacznam relictam olim Zdenkonis fratris sui ibidem parte ex altera, domini barones in pleno iudicio visis tabulis vnionis dicti Jarconis cum Sdenkone et dotalicii dicte Kaczne, quas omnes ipse Jarco coram dominis baronibus ostendit, inuenerunt pro jure, et Albertus Colowrath dominorum consilium exportauit: quod ex quo Zdenko Kaczne vxori sue dotauit in hereditatibus in vnione contentis absque consensu fratris sui Jarconis antedicti, quod medietas illius dotalicii concernens porcionem Jarconis libera esse debet a dotalicio Kaczne integre et soluta; pro

eo vero, quia tunc temporis Kaczna ante barones personaliter non astitit neque citata fuit, domini barones ipsam ad ostendendum jus suum citari mandauerunt, presentibus baronibus in eodem iudicio contentis. A. d. M°CCC°LXXXIX° sabbato quatuor temporum Adventus.

Raigrad. 13. Treb. 400. Mus. boh. 196. Talmberg. 45. Crucif. 30. Konop. A, 12. Brun. 243. Palacký, Arch. č. II, 350. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 38.

D, 19. — 1390, 22 Jan. — A. d. MCCCLXXXX[1] sabbato post festum sanctorum Fabiani et Sebestiani tempore officii prioratus fratris Petri de Alba emptus est census in villa dicta Opocznycze, 12 sex. 7 gr. 8 parui et in villa dicta Hawrownik due sexagene perpetui census cum dominio pro centum 47 sex. gr. in parata pecunia, dando pro qualibet sexagena census 10 sex. cum media, a Jarkone de Popek judice de Myestecz. Et iste census totalis est in tabulis terre impositus priori et conuentui s. Thome in Minori ciuitate Pragensi sub castro de licencia et mandato serenissimi principis regis Wenczeslai Romanorum et Bohemie. Nunccius fuit ad tabulas terre ex parte domini regis Chwal, ut habetur in tabulis terre. Exbrigatores eiusdem census in Opocznicze et Habrownik sunt primo idem Yarko dictus Popek judex de Myestecz principalis, a quo eundem censum emimus, et secundus Markwardus de Mesilesye et tercius Ganko de Habrownik.

Cod. Thomæus, 91. Talmberg. 334. — [1]) Cod. Th. h. M°CCCLXXXIX°.

D, 19. — 1390, 22 Jan. — Vachek z Toušic přiznal se před ouředníky Pražskými, že dědictví své tudíž, dvůr poplužní s pop. s dědinami, lukami, lesy, potoky, zahradami, luhy, s podacím kostelním, což tu má, se vší zvolí, což k tomu přisluší, nic sobě tu nepozůstavuje, prodal Jakubovi z Třebovle a jeho dědicům za půl druhého sta kop gr. pr. ouplně zaplacených a jemu toho dědictví dědicky postoupil. A jemu to dědictví má a slíbil jest spraviti sám prodávající a podle něho Vítek z Svojšic řečený Tušek a Vilím tudíž, všickni spolu ꝛc. A pan Prokop syn nadepsaného Vachka k tomu dal své povolení. A jestli žeby nespravil ꝛc. Stalo se leta páně tisícieho třistého devadesátého v sobotu po svatém Fabianu a Šebestianu.

Ms. bibl. Univ. Prag. XVII, F, 35 p. 176.

D, 19. — 1390, 22 Jan. — Vilem de Swoyssicz p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Swoyssicz, curiam arature, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, tres sex. gr. census annui nudi et perpetui vendidit Wache de Tussecz et suis heredibus pro 30 sex. gr. prag. integre persolutis, hereditarieque condescendit. Et disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Vitko de Swossicz [sic], Theodricus ibidem, omnes in solidum ꝛc. Quemquidem censum sibi soluere debet et tenetur per medium in octaua s. Georgii nunc proximi, et per medium in octaua s. Galli tunc sequentis, et sic semper assidue, perpetue et in euum. In casu vero, si aliquem censum in aliquo terminorum termino sibi non solueret, ex tunc ipse cum solo camerario Pragensi poterit eum impignorare in hereditatibus suis omnibus antedictis ad plenam percepcionem census non soluti pro quolibet termino, cum tertia parte plus, nomine pene, dampnorum et impensarum. Actum sabbato post sanctorum Phabiani et Sebestiani a. dom. M°CCC°XC°.

Tab. cur. reg. XXI, 235.

D, 22. — 138.. — Johannes de Kluczow vendidit decano ꝛc s. Appolinaris . . .

Talmberg. 320.

. . . — *1390, 25 Febr.* — Jessek de Dluzin ex vna et Benek ibidem parte ex altera coram dominis baronibus p. s. et coram beneficiariis Pragensibus in pleno judicio, quod hereditatibus ipsorum omnibus habitis uel habendis vniuerunt se insimul, ita quod facti sunt veri vnitores et hromáždníci a. d. M⁰CCCXC fer. VI quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIII, 158.

. . . — *1390, 25 Febr.* — Petrus dictus Bratross de Dubuiczie c. d. baronibus p. e., quod super hereditates suas in Katussicz, in toto censu, quantum ibi habet, cum jure patronatus ecclesie et toto, quidquid ibi habet, Agnezkam et Dorotheam sorores suas germanas in veram suscepit vnionem, ita quod facte sunt cum eo vere vnitores et hromáždnicě omnium premissorum a. d. millesimo CCC⁰XC⁰ fer. sexta quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIII, 44.

. . . — *1390, 25 Febr.* — Jesco [dictus Krabiczie de Prorub] terre tabulis docuit, quod Petrus dictus Bratross de Dubniczie p. e. c. d. baronibus in pleno judicio et c. b. P., quod super hereditates suas in Sowinkach toto, quidquid ibi habet, cum agris, pratis, censibus, theloneo, jure forensi et omnibus vtilitatibus et juribus et toto, quidquid ibi habet, nil eximendo Johannem de Waytmul dictum Krabiczie in veram suscepit vnionem, ita quod facti sunt veri vnitores et hromáždníci. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXX⁰ fer. VI quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIII, 43.

. . . — *1390, 26 Febr.* — In villa Wesseczy Miksso decessit. Habuit villam Bahnow, Czakow, Lhota, Wlkow et Byelczyczy. Fer. II post Reminiscere a. d. M⁰CCC⁰XCI⁰ [18 Febr.] Odolen de Olbramouicz docuit tabulis terre, quod Nicolaus vendidit sibi 1 curiam rusticalem in Kaczerowa Lhota, in qua residet Wanczek et censuat 50 grossos pro 10 sexagenis. Actum in tabulis terre de anno d. M⁰CCC⁰XC⁰ sabbato quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIII, 201.

E, 10. — *1390.* — Wilhelmus de Hazmburg dedit ecclesiæ et altari in Mielnik . . .

Talmberg. 317.

E, 27. — *1390, 27 Maji.* — Venceslaus dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Bohemie rex, protestatus est coram d. b. et c. b. P., quod hereditates suas, que sibi per Yonam olim judeum Pragensem sunt deuolute legitime: Pussperk castrum cum omnibus villis ad hoc spectantibus, videlicet Polna, Czakanicz, Comssim, Babicze, Bezprawowicze, Luczicze, Wylow, Sedow, villas integras, Vnowicze, curiam arature in Bielissow, totum, quidquid ibi habuit, cum agris, pratis, siluis, piscinis, riuis, montibus, vallibus, jure patronatus ecclesiarum, omni libertate ad ea pertinente et totum, quidquid ibi habuit, cum eo pleno jure sicut solus habuit et tenuit, dedit et dare potuit Renwaldo et Bohunkoni de Vstupenicz, ita quod eadem bona predicti fratres habere debeant in eo pleno jure, prout ipse dominus rex antedictus a dicto judeo habuit, in nouingentis sexag. gros. prag., et quod facere possint de eisdem hereditatibus in predictis pecuniis pro libito ipsorum voluntatis. Ad quam dotacionem prefatus dominus rex nuncios Henricum de Duba supremum camerarium regni Bohemie et Kunadum de Sulewicz protonotarium tabularum terre eiusdem ad tabulas specialiter delegauit. Actum anno domini M⁰CCC⁰LXXXX⁰ fer. VI quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XXI, 158.

. . . — *1390, 28 Maji.* — Johannes de Rozdialowicz dictus Kossik p. e. c. b. P., quod omnes pueros suos cum omnibus hereditatibus suis habitis vel habendis commisit potenter et committit Meynussio de Brzeznicze, ita quod fecit eum verum patrem commissarium puerorum et hereditatum, ut est premissum. Actum a. d. M°CCC°LXXXX° sabbato quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XV, 38.

. . . — *1390, 9 Jun.* — In villa Toziczi Marquardus presbyter decessit, cuius bona ibidem in d. regem deuoluta sunt. Fer. II post Trinitatem [10 Jun.] a. d. M°CCC°XCII° Rudolfus de Benessowa nomine d. Alberti de Sternberg docuit per tabulas terre curiam arature in Toziczi et sex sexagenas census annui et jus patronatus ecclesie ibidem cum agris, pratis, siluis et omni libertate nil sibi ibidem reseruando, quam emit a Johanne dicto Toziczie pro 170 sexag. gr. anno ɔc XC° proxima feria quinta post Corporis Christi.

Tab. cur. reg. XIII, 205.

F, 7. — *1390.* — Stephanus magister de Telonia defendit in Trzansych 3 sexag. gr.

Riegger, Materialien, VI, 204.

. . . — *1390, 15 Jul.* — Jacubyn de Dymocur docuit a. d. M°CCC°XCIII° tabulis terre taliter, quod Jarosslaus sartor d. Wenceslai Romanorum et Boemie regis hereditatem suam, que sibi a domino rege predicto data est et in ipsum regem legitime post mortem Christanni [devoluta erat] in Sluhach, municionem, curiam arature cum agris, pratis, riuis, salicibus, tribus areis subsidum et omni libertate vendidit Jacubino de Dymokur et suis heredibus pro 50 sexag. gr., prout in tabulis terre plenius continetur a. d. M°CCC°LXXXX° fer. VI post Margaretham.

Idem docuit, quod dominam Annam vxorem Wanyeczkonis cum omni dote eius, videlicet centum quinquaginta sexag. gr., quem habuit in hereditatibus in Charwatecz et Sedlczi Arnostonis et Wlachonis fratris sui, ad alias hereditates suas in Sluh, municionem, curiam arature ɔc transducit et transduxit, et ei de dicta hereditate ad dictam obligacionem condescendit. A. ɔc LXXXX° et die, quibus supra.

A. d. M°CCC°LXXXXI° fer. VI quatuor temporum Quadragesime Wanyeczko de Truskawne c. b. P. p. e., quod jus suum, quodcunque habuit in hereditatibus in Sluh, nihil eximendo, libere dimisit Jacubino de Dymokur integre et ex toto, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 50.

. . . — *1390, 10 Aug.* — Anna relicta olim Johannis dicti Koczur de Hor c. b. P. p. e., quod hereditatem suam in Hor, duas curias rusticales, videlicet Przibkonem et Pecham rusticos, cum censu, agris, pratis ɔc et medietate nábytek, quod habuit in media curia arature in Hor, in qua habuit 40 sexagenas dotales, vendidit Otikoni de Vgezda et filiastris suis Nicolao de Vgezda pro 25 sexagenis gr. et domino Zbynkoni de Hor pro 15 sexagenis gr., prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M°CCC°LXXXX° in die s. Laurencii.

Tab. cur. reg. XIV, 91.

. . . — *1390, 3 Sept.* — Henricus de Bielenecz protestatus ɔc, quod hereditatem suam, terciam porcionem in Skytale omnium hereditatum et censuum, prout solus tenuit et habuit, in tercia porcione juris patronatus ecclesie cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni

libertate ad ea pertinente veram terciam porcionem, nihil penitus eximendo, vendidit Fridrico de Erwenicze et suis heredibus pro 200 sexag. gr. prag. Et fassus est, se ɔc et ei de dicta ɔc. Ipsamque disbrigare debet ipsemet vendens et Henricus de Sobiesuk ab omni ɔc. Quod si ɔc. Actum a. d. M°CCC°LXXXX° sabbato post festum Egidii proximo.

Tab. cur. reg. XIV, 225, XIII, 185.

F, 23. — *1390.* — Johannes de Drazicz dedit conuentui s. Crucis . . .

Talmberg. 319.

F, 25. — *1390.* — Johannes plebanus de Dobssowa dedit conuentui s. Karoli . . .

Talmberg. 333.

G, 5. — *138..* — Kaczka de Krzessicz vendidit ecclesie in Janowicz . . .

Talmberg. 317.

G, 8. — *1390.* — Hermannus de Wilicz vendidit abbati ɔc in Nepomuk . . .

Talmberg. 325.

. . . — *1390, 1 Oct.* — Katherina relicta Johankonis de Krzessicz protestata ɔc, quod hereditates suas, in Lhyssowie curiam arature et duas sexag. gr. census cum agris, pratis, siluis, piscinis, et in Odlochowicz piscinam cum molendino et curia rusticali, in Borzkowicz 2 sexag. gr. census cum tribus curiis rusticalibus, in Podoli piscinam cum agris, pratis, siluis et omni ɔc, et totum, quidquid ibi habuit, nihil penitus eximendo, vendidit Przibikoni de Odlochowicz et Johanni fratri suo indiuiso pro 60 sexag. gr. integre ɔc hereditarieque condescendit. Disbrigare debet ipsamet vendens et cum ea Przibiko de Lhyssowa, ambo in solidum, ab omni ɔc. Actum a. d. MCCCLXXXX° in crastino Jeronymi.

Tab. cur. reg. XV, 125.

. . . — *1390, 7 Oct.* — Henrycus de Lhotky p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Sobyetycz, curiam arature, 3 ½ sexag. gr. census cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, nihil sibi ibidem reseruando, vendidit Buzkony de Pnyewa pro nonaginta vna sexagena gr., et fassus est, se ab eo dictas pecunias plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Przybyk de Klenoweho, Petrus de Lub, omnes in solidum, ab omni homine jure terre ɔc. Actum a. d. millesimo CCC°LXXXX° feria sexta post Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 150, 154.

G, 28. — *1390, 10 Nov.* — Vlricus de Lessan p. e. c. b. P., quod 26 sexag. gr. census annui nudi et perpetui, quem dudum honorabiles viri fratres prior et conuentus monasterii s. Thome ordinis Heremitarum sancti Augustini in suburbio Pragensi habuerunt in tabulis terre, in et super hereditatibus Jaroslai de Litna ibidem et in Drahlin et Sadku villis per omnia in eo jure, sicut in eisdem villis habuerunt, super hereditates suas in Lessan, curiam arature cum duabus agriculturis et 40 sexag. gr. census cum curiis rusticalibus, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente transducit et transduxit taliter, quod easdem 30 sexag. gr. census cum infrascriptis 4 sexag. gr. census prefati fratres et monasterium habere debent hereditarie et in euum, et quod predictus Vlricus et sui successores eisdem prefatum censum soluere tenebuntur per medium in octaua s. Georgii et per medium in octaua s. Galli ter-

minis in proximis, et sic semper assidue, perpetue et in euum. In casu vero si aliquem censum predictis fratribus in aliquo terminorum termino non solueret, extunc ipsi fratres cum solo camerario Pragensi poterint eum impignerare in hereditatibus omnibus antedictis ad plenam percepcionem census non soluti pro quolibet termino, cum tercia parte plus, nomine pene, dampnorum et impensarum. Et eundem censum disbrigare tenebuntur primum ipsemet, Vlricus et Sdenka filius suus, Jaroslaus de Litna et Stephanus de Opoczen et d. Jaroslaus de Wranyho, omnes insolidum, ab omni homine jure terre ɔc. Et ibidem idem Vlricus in predictis bonis antedictis dominis ac monasterio 4 sexag. gr. census annui nudi et perpetui vendidit pro 40 sexag. gr. prag. integre sibi per eosdem persolutis ac hereditarie condescendit. Cuius sunt disbrigatores omnes prenotati, qui disbrigare tenentur modo et forma per omnia, quibus supra. Quem censum similiter percipere debent cum solo camerario Pragensi in terminis supranotatis ac pena predictis. Nunccius ad tabulas ex parte serenissimi principis et domini, domini Venceslai, Romanorum et Bohemie regis semper Augusti, Wilem de Hazmburg specialiter destinatus. Actum a. d. M°CCC°XC° in crastino s. Martini.

Item a. d. M°CCC°XCIII° fer. IV post Martini [12 Nov.] prior et conuentus monasterii s. Thome in Praga cum camerario Zdislao dominati sunt in hereditatibus predictis pleno jure propter nonsolucionem census s. Galli. Relacio omnium beneficiariorum.

A. d. millesimo CCCLXXXXV fer. V post Conductum Pasche [22 Apr.] frater Petrus prior, totusque conuentus monasterii s. Thome in Minori ciuitate Pragensi ordinis s. Augustini dominatus est cum camerario Martino in hereditatibus domini Vlrici dicti Medek de Lessano ibidem in Lessan ob nonsolucionem census s. Galli proxime preteriti. Et hoc habetur in tabulis terre.

A. d. MCCCC primo fer. secunda ante Conuersionem s. Pauli [24 Jan.] honorabiles et religiosi prior totusque conuentus monasterii s. Thome in suburbio Pragensi cum camerario Pechone dominati sunt in hereditatibus Nicolai in Lessano, toto, quantum ibidem habent, pleno jure. Registro camerarii eiusdem per Stephanum vicenotarium terre regni Bohemie tabularum tempore prioris fratris Petri de Husk. Et hoc habetur in tabulis terre.

A. d. M°CCCC°III° feria secunda ante Egidii [27 Aug.] Vlricus prior nomine conuentus monasterii s. Thome cum camerario Osstasione dominatus est in hereditatibus Markwardi dicti Sobyesin in Lessanech, toto, quantum ibidem [habet], ob nonsolucionem census s. Georgii, pleno jure. Registro Sezeme cam. per Otticonem vicenotarium tabularum. Et hoc habetur in tabulis terre.

A. d. MCCCCXII° fer. V ante Laurencii [4 Aug.] Augustinus prior monasterii s. Thome in Praga suo et conuentus sui nomine cum camerario Jacobo Medwyedek dominati sunt in hereditatibus Gyrzykonis, Johannis et Tassonis in Lessanech, in molendino super Sazawiam, in censu s. Georgii proxime preteriti, pleno jure, sed zagem exfideiussit Mislybor de Chwogenczie in 15 sex. gr. Registro Sazame camerarii.

A. d. MCCCCXVIII° fer. V ante Georgii [21 Apr.] prior monasterii s. Thome in suburbio Pragensi ex parte tocius conuentus eiusdem monasterii cum camerario Vlrico dominati sunt in hereditatibus Johannis de Lessan ibidem in foro contentis in censu s. Galli proxime preteriti prescripti pleno jure. Registro eiusdem camerarii.

A. d. M°CCCCXIX die XIII mensis Marcii feria secunda post dominicam Reminiscere inmediate post quatuor tempora cinerum supra dominacio in Lessan est tabulis terre notata per fraterem Zygissmundum de Tyn pro tunc procuratorem conuentus et fratris Johannis de Dobrowys pro tunc prioris.

Tab. cur. reg. XXI, 67. Cod. Thomæus, 88. Tab. ter. CCL, A, 2.

... — *1390, 16 Dec.* — Wenceslaus de Cztieniewsi ex vna et Andreas de ibidem fratres parte ex altera p. sunt coram dominis baronibus in pleno judicio sedentibus et c. b. P., quod hereditatibus ipsorum, ibidem in Cztiniewsy toto, quidquid ibi habent, et alias habitis vel habendis cum rebus mobilibus similiter habitis vel habendis vniuerunt se, ita quod facti sunt veri vnitores et hromáždníci omnium premissorum. A. d. millesimo CCC°XC° fer. VI quatuor temporum Adventus.

Tab. cur. reg. XIII, 41.

... — *1390, 16 Dec.* — In villa Woyslawicz Jesco dictus Pykna decessit. Fer. II post Trinitatem [22 Jun.] a. d. M°CCC°XCI° Wilhelmus dictus Chrt de Zahradky, Nicolaus de Sedlczie et Russ de Blazienicz docuerunt tabulis terre hereditatem suam in Woislawicz dotalem et municionem cum duabus curiis arature et 10 sexagenis grossorum census cum curiis rusticalibus et tribus laneis silue, cum agris, pratis, siluis, fluminibus, riuis et omni nábytek, quam emerunt, apud Elizabeth relictam olim prefati Jessconis pro se et pueris suis, quos habet aut habebit cum Anna, pro 200 et 20 sexagenis gr. prag. Anni tabularum ↄc LXXXX fer. VI quatuor temporum Aduentus.

Tab. cur. reg. XIII, 158.

H, 17. — *1391.* — Zbynko de Czestinne Kostel dedit ecclesiæ in Rowny ...

Talmberg. 317.

H, 18. — *1391.* — Theodricus de Hradisstian ↄc vendidit abbati in Kladrub ...

Talmberg. 323.

H, 18. — *1391.* — Bernhard de Korzecz vendidit monasterio Aulæ regiæ ...

Talmberg. 316.

H, 23. — *1391.* — Petrus de Tiechonicz vendidit abbati ↄc in Nepomuk ...

Talmberg. 325.

H, 25. — *1391.* — Petrus de Tiechonicz vendidit abbati in Nepomuk ...

Talmberg. 325.

H, 26.[1] — *1391, 14 Febr.* — Domini barones in pleno iudicio presidentes auditis tabulis Petri Ssmelczer[2] et suorum disbrigatorum secundum tabulas invenerunt pro jure et Purgardus de Janowicz dominorum consilium exportauit, quod ex quo Ssmelczer annis durantibus jure est in hereditatibus impeditus et jus suum duxit super suos disbrigatores, quod debet eo vti, et jus suum procedere secundum tenorem tabularum super suos disbrigatores, et Niclinus de Kniezewes cum suis coemptoribus similiter quod ius suum ducat super suum principalem, et si ibi deficeret, tunc super disbrigatores secundum tabulas terre, pro eo, quod est regnum impeditum, et anni in eo non possunt sic in breui pertransire. Actum a. d. M°CCC°LXXXXI° fer. III quatuor temporum Quadragesime.

Raigrad. 10. Treb. 396. Mus. Boh. 192. Talmberg. 45. Brun. 229. Palacký, Arch. č. II, 351. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 pag. 38. — [1]) Brun. H, 25. [2]) Mus. Boh. Smelczerz.

... — *1391, 17 Febr.* — Bunko de Pelhrzymow ex vna et Lewa de Broda Theotunicali parte ex altera [univerunt se], Bunko hereditatibus suis in Ostrowczy et alias habitis vel

habendis et Lewa hereditatibus suis in Chochanowye et alias habitis vel habendis, et super hereditates suas predictas et super omnes hereditates habitas vel habendas pueros dicti Lewe et pueros Nicolai de Pelhrzymow in veram susceperunt vnionem. A. d. M°CCC°XC primo fer. VI quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 195.

H, 27. — *1391, 17 Febr.* — Domini barones judicio presidentes: Andreas de Duba supr. judex terre Boemie, Henricus de Dube supr. camerarius terre regni Boemie, Cunadus Kapler de Sulewicz protonotarius tabularum terre regni Boemie, Tyma de Litwinow vicepurgrauius castri Pragensis, Theodricus Purkhardus de Janowicz, Czenko de Wesele, Stephanus de Opoczna, Vlricus de Holicz, Albertus Kolowrat de Kornhauz, Henricus de Noua domo, Vlricus de ibidem, Teodricus de Richnow, Boczko de Podiebrad, Albertus de Ssternberg, Puota de Turgow, Zdenko de Sstiepanicz, Petrus de Kost. Actum a. d. M°CCC°XCI° fer. VI quatuor temporum Quadragesime.

Tab. ter. VI, H, 29. Palacký, Arch. č. II, 351.

... — *1391, 17 Febr.* — Nicolaus de villa S. Wenceslai c. b. P. p. e., quod super hereditates suas, in Trzeboczicz villam integram, in Sletnik toto, quidquid ibi habet, et super alias hereditates omnes habitas vel habendas, Zigismundum et Wenceslaum filios suos et dominam Annam vxorem suam in veram suscepit vnionem, ita quod facti sunt veri vnitores omnium premissorum. Actum a. d. M°CCC°LXXXXI° fer. VI quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XIV, 214.

J, 10. — *1391, 22 Febr.* — Anna z Cetně všecko právo své věnné, kteréž měla v Cetni, v Doubravici a v Kosořicích, propustila Markvardovi, Prockovi a Janovi synuom Haškovým leta M°CCC°LXXXXI° fer. IV ante Oculi.

Tab. ter. CCL, B, 10.

J, 10. — *1391, 1 Mart.* — Henricus dictus Berka de Duba cum filiis suis junioribus Wenceslao, Jankone, Henrico Hlawacz et Henrico juniore ex una et seniores filii sui Hynko senior dictus Dubsky, Henricus post Hynkonem senior et Henricus dictus Berka parte ex altera p. s. c. b. P., quod super omnibus bonis ipsorum, quecunque habuerunt, nichil penitus relinquentes inter se directam et legitimam ac patrimonialem fecerunt diuisionem, prout clarius in sermone wlgari expressantur in hec verba: Já Jindřich Berka řečený z Dubé odděluji své syny Hynka najstaršieho řečeného Dubský, a Jindřicha po něm najstaršieho a Jindřicha řečeného Berku, ty tři bratry dřéveřečené. Prvé je odděluji Jablonským zbožím, najprvé město Jablonné a k tomu Česká ves a Markvartice ves, což tu mají, a Suchá ves, což tu mají, Postřelna ves, což tu mají, i s poplužím, s dvorem i s tiem, což k tomu slušie, nic nepoostavujíc, a Kniežice ves, což tu mají, Petrovice ves, což tu mají, Heřmanice ves, což tu mají, s mlýny se všemi, což k tomu slušejí, s řekami, s rybníky, s potoky, s lukami i se clem, s lesy, s horami, s pastvami i se vší volí i s plným panstvím i se všemi užitky ižádných po sobě neostavujíc, a k tomu hrad, řečený Milštein a městečko Cwíkow, a ves Cwíkow a Kunratice ves i s tvrzí a s poplužím, a k tomu Lindowy Svrchní i Dolejní, Agrina ves, Krazhart ves, Margental ves a k tomu pustý Margental, Lichtemwaldy oba Svrchní i Dolejní, ves Krumpach s mlýny se všemi, což k tomu přislušie, se všemi rybníky, s řekami, s potoky i s lukami, s lesy i s horami i s pastvami, i se vší volí, což k tomu slušie, i s plným panstvím, se všemi užitky ižádných nepoostavujíc než to zbožie Jablonské i Milšteinské se vším, pravým

i plným panstvím, nic nepoostavujíc, i s kostelním podáním, kteréž jsú v tom panství ve všem: a my třie bratřie dřéveřečení, Hynek řečený Dubský, Jindřich a Jindřich řečený Berka mlazší přijímámy to jisté zbožie od svého otce i od svých bratří jiných za pravý rozdiel. A věno panie, že to má pán starý řečený z Dubé držeti do svého života beze všie překazy. Pakliby buoh pána i panie neuchoval, tehdy tito třie bratřie Hynek řečený Dubský, Jindřich a Jindřich řečený Berka mlazší mají sě v Kurovodské zbožie uvázati k svému rozdielu. A oni jiná bratřie Václav, Janek, Jindřich Hlaváč, a Jindřich najmlazší mají sě uvázati v to zbožie, což k Dubskému zbožie přislušie, to což panie věno obsáhlo. Pakliby bylo to zbožie, což k Dubskému zboží přislušie, lepšie než Kurovodské zbožie, tehdy Václav, Janek, Hlaváč, Jindřich [naj]mlazší tiemto třem bratřím Hynkovi řečenýmu Dubský, Jindřichovi a Jindřichovi řečenýmu Berka mají přidati po tom rozdielu penězmi nebo zbožím po přátelské radě, pakli by bylo Kurovodské zbožie lepšie než to zbožie, což k tomu zbožie přislušie, to což panie věno obsáhlo, tehdy tito třie bratřie Hynek Dubský, Jindřich a Jindřich Berka mlazší mají těmto bratróm svým Václavovi, Jankovi, Jindřichovi Hlaváčovi a Jindřichovi mlazšiemu přidati po tom rozdielu penězmi nebo zbožiem po přátelské radě k tomu zbožie, jakož k Dubskému zbožie slušie. A jiné zbožie všecko ižádného nepoostavujíc, což k Húsce přislušie, i hrad řečený Húska i Dubské zbožie všecko, i Hrádecké zbožie všecko i s Hrádkem, i Milčanské zbožie, i Fridlanské i město Dubá a k tomu všecko zbožie, žádného nepoostavujíc, i všecko panstvie, což jeho mají, ižádného nepoostavujíc, to dostalo sě za pravý rozdiel Jindřichovi z Dubé řečenému Berka starý, a Václavovi a Janovi a Jindřichovi řečenému Hlaváč, a Jindřichovi najmlazšiemu, synóm jeho z Dubé řečeným, s mlýny se všemi, což k tomu slušejí, i s poplužími se všemi, což k tomu slušejí, i s tvrzmi se všemi, s rybníky, s lukami, s řekami, s potoky, s lesy, s horami i s pastvami i se všie volí, s plným panstvím i se všemi užitky, ižádných nepoostavujíc, než se vším plným panstvím i se všemi podáními kostelními, které jsú v tom panstvie ve všem. A přiznali sě, že ten rozdiel s uobú stranú dobrovolně přijímají, a na tom mají věčně dosti mieti a jeden druhého z rozdiela nenapomienati, ani právem ani skutkem; neb sú sebe již tiem skutkem úplně dielní. Actum a. d. M⁰CCC⁰XCI⁰ fer. IIII post dominicam Oculi.

Tab. cur. reg. XX, 116; XXI, 96.

... — *1391, 3 Mart.* — Mathias de Malowar p. e. c. b. P., quod dominam Katherinam vxorem suam cum dote sua, videlicet 100 sexagenis gr., quam habuit in vno Gesenik in curia arature, ad alias hereditates suas in Gesennik Paruo, super 7 $^1/_2$ sex. gr. census annui cum curiis rusticalibus, et in Malessowie super tres sex. gr. census cum agris, pratis, siluis, lucis et omni libertate ad ea pertinente, transduxit et transducit, et ei de dictis hereditatibus ad graciosam dotalem obligacionem in dictis pecuniis condescendit, et ipsa hoc cum Marssone de Wrazkow beniuole suscepit. Anno d. millesimo CCC⁰LXXXX primo, feria VI ante dominicam Letare.

Tab. cur. reg. XV, 380.

J, 19. — *1391, 31 Mart.* — Dobessius de Jablonczie dictus Kdyczyna p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Lewinie, tres sex. gr. census cum quatuor curiis rusticalibus, in Neswaczil duas curias rusticales soluentes 3 sex. gr. census annui cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente tantum vendidit Adalberto priori et toto [sic] conuentui monasterii in Verona ordinis fratrum Predicatorum nec non eidem monasterio perpetue et in ewum pro vescitu fratrum eorundem pro 60 sexag. gr. prag. integre persolutorum hereditarie, et condescendit. Et debet disbrigare ipsemet vendens et cum eo Zacharias de Winarzecz et Marquardus de

Tmanie, omnes in solidum ↄc. Nuncius ex parte domini regis fuit Cunadus Capler specialiter delegatus, referens, quod ipse dominus rex eisdem monachis indulsit emere 20 sexag. gr. census in hereditatibus liberis, ubicunque possent. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXXI⁰ fer. VI ante Conductum Pasce.

Tab. cur. reg. XXI, 50.

. . . — *1391, 7 Apr.* — Bohunko de Wrchoticz c. b. P. p. e., quod hereditatem suam in Mrakoticzich, curiam arature cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, vendidit Przibikoni de Lhoty pro nonaginta quatuor sexagenis grossorum plene persolutis, prout in tabulis terre plenius continetur. A. d. M⁰CCC⁰LXXXXI⁰ feria sexta in Ostensione reliquiarum.

Tab. cur. reg. XIV, 90.

. . . — *1391, 14 Apr.* — Jakubek de Dlazkowicz p. c. c. b. P., quod hereditatem suam, in Dlazkowiczich curiam arature, curiis rusticalibus omnibus cum censu, excluso orto libero et ortulano in eodem, in Zahorzanech 4 sex. gr. census annui et alias vbicumque habet, nihil eximendo, vendidit Jesskoni de Tiechowicz et suis heredibus pro quadraginta sex. gr. integre persolutis, et ei de dictis hereditatibus et censu hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Wenceslaus de Tuchorzimi, ambo in solidum ↄc. Actum a. dom. millesimo CCC⁰LXXXXI⁰ fer. VI post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XV, 304.

J, 29. — *1391.* — Puotha de Dolan vendidit priori et conuentui de Tusta . . .

Talmberg. 315.

K, 6. — *1391, 25 Apr.* — Jarek, Kunát, Hanuš bratří z Sulevic 4 k. gr. v Želechovicích prodali leta M⁰CCC⁰LXXXXI⁰ den sv. Marka.

Tab. ter. CCLII, A, 3.

K, 13. — *1391, 18 et 19 Maji.* — In causa, que fuit coram domino Procopio marchione Morawie et coram dominis baronibus in pleno judicio presidentibus ac coram beneficiariis Pragensibus inter dominam Przibam relictam Stiborii de Fusperk,[1] Otikonem de Czrhowicz ac suas sorores, quorum intererat, super hereditatibus in Vniewicz domini barones auditis tabulis ipsorum, videlicet Otikonis et suarum sororum, in quibus se dicta Prziba obligauerat, quod non obligauit aliud, nisi suas hereditates dotales obligatas, et visis tabulis dotalicii ipsius, quod dicta villa Vniewicz non est in dotalicio, domini barones invenerunt pro jure et solus marchio dominorum potaz exportauit: quod si ipsa Prziba docebit tabulis, quod Cztibor post dotem dictam emit villam, extunc debet habere quietem in dicta villa secundum prescripcionem, quam sibi filii sui fecerunt, et debet eam in eodem purgrauius castri Pragensis defensare. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXX primo fer. V et VI quatuor temporum Pentecostes coram dominis baronibus in pleno judicio presidentibus, presentibus dominis baronibus domino Procopio marchione Moraviae, Andrea de Duba supremo judice, Henrico de Duba supremo camerario, Cunrado de Sulewicz prothonotario, Boczkone de Podiebrad, Henrico de Noua domo, et Vlrico de Noua domo, Henrico de Honstein, Hincone de Lippa dicto Berca, Sdenkone de Rozmital, Rathimiro de Porziczie, Henrico de Brzeznicze, Conrado de Luarz, Vilhelmo de Lansstain, Johanne de Michalowicz, Johanne de Zampach, Stephano de Oppoczen, Vlrico de Holicz, Alberto de Stermberg, et alii multi, qui in eodem iudicio presiderunt.

Raigrad. 10. Trebon. 397. Mus. boh. 192. Talmberg. 45. Brun. 243. Palacký, Arch. č. II, 351. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 38. — [1]) Mns. h. Fuspek.

. . . — *1391, 20 Maji.* — Petrus de Hospozyn p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Hospozyn, curiam arature dictam Przibkowsky et Bradaczowsky cum agris, pratis ꝛc, cum jure patronatus ecclesie, cum duabus sexagenis gr. census annui, quas Pursso ibidem habuit, et cum omni libertate ad ea pertinente ꝛc vendidit Hasskoni de Hospozyn dicto Trczka et suis heredibus pro 120 sexag. gr. Et fassus est ꝛc. Et ei de dictis ꝛc. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Puress de Trzebyewlicz, Marsso de Trhlaw dictus Nadrzyenek ab omni homine ꝛc et a jure regio, si quod umquam in dictis hereditatibus probaretur. Anno domini M°CCC°LXXXX primo, sabbato quatuor temporum Penthecostes.

Tab. cur. reg. XIV, 294.

K, 18. — *1391, 20 Maji.* — Gezwecz de Sobieticz v Sobětících dvuor poplužní vendidit leta 1391 v sobotu po Sv. Duše.

Tab. ter. CCL, C, 28.

. . . — *1391, 20 Maji.* — In villa Bielenczich et Skitalech Henricus dictus Kozie decessit. Fer. II quatuor temporum Aduentus [23 Dec] a. d. M°CCC XCII° Martinek de Blazima alias de Low per tabulas terre docuit quinque sexagenas grossorum annui census in villa Bielenczich in quinque curiis rusticalibus, quas emit apud Henricum de Bielenecz pro 50 sexagenis gr. integre persolutorum. Anno ꝛc XCI° sabbato quatuor temporum Pentecostes.

Tab. cur. reg. XIII, 185.

K, 22. — *1391.* — Machna de Lazecz vendidit Zawissio, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIV, 251.

L, 1. — *1391, 5 Jul.* — Andreas ciuis Czaslauiensis dictus Spitler p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Horkach, tres curias rusticales soluentes 5½ sexag. gr. census annui cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, nihil eximendo, vendidit Simoni judici ibidem in Czaslauia et scabinis, qui sunt vel pro tempore fuerint, necnon et communitati ciuitatis eiusdem pro 40 sexag. gr. prag. integre persolutis, hereditarieque condescendit. Ipsamque hereditatem debet disbrigare vendens tantum ab omni homine ꝛc. Actum a. d. M°CCC°XCI° fer. V in octaua sanctorum Petri et Pauli apostolorum domini nostri Jesu Christi.

Tab. cur. reg. XXI, 167.

. . . — *1391, 1 Sept.* — Rudolphus de Benessowa nomine d. Alberti de Sternberg docuit tabulis terre vnam aream desertam in Przibissiczich, quam emit a Przibikone de Stagiczie pro quinque sexagenis gr. anno ꝛc XCI° in die s. Egidii.

Tab. cur. reg. XIII, 205.

. . . — *1391, 1 Sept.* — Jaklyk de Gyloweho ꝛc, quod in hereditate sua in Psarz, curia arature cum agris ꝛc, vnam sexagenam census annui vendidit Hanussio Waysmanerz et suis heredibus de Gyloweho pro 10 sexagenis ꝛc a. M°CCC°LXXXXI° feria sexta in die s. Egidii.

Tab. cur. reg. XIV, 127.

L, 8. — *1391, 4 Sept.* — Štěpán syn Mikulášuov z Olšan řečený Počernický, měštěnín Pražský, p., že na dědictví svém v Olšanech, na dvoru poplužním, na třech dvořích kmetcích,

s dědinami, lukami, vrbinami, rybníky, potoky, vinnicemi i se vší zvolí atd. paní Dorotě manželce své sto kop groš. praž. věnoval a postoupil. Stalo se l. 1391° v pondělí po sv. Jiljí.

Tab. ter. III, D, 10.

L, 10. — *1391, 17 Sept.* — Jan de Lhota Mrazowa p. e. c. b. P., quod filiis suis Ratmyro et Alberto pro porcione paterna et hereditaria Mstiticze villam integram cum molendino, in Mrazowa Lhota curiam arature, Brzezyny villam ac totum, quidquid ibidem habuit, cum agris, pratis, siluis, riuis et omni libertate ad ea pertinente dedit, assignauit, ita quod cum eisdem hereditatibus sunt ab eo plene diuisi, et ipsi hoc pro porcione sua rate et grate susceperunt; residuum vero, quidquid est de omnibus bonis suis, pro se reseruauit ad tempora vite sue, et si aliter non disponet de eisdem, extunc post mortem suam debebunt cedere in eosdem, videlicet Ratmirum et Albertum. Actum in crastino sancte Ludmille anno MCCC nonagesimo primo.

Tab. cur. reg. XX, 22.

... — *1391, 1 Oct.* — Pessik de Zhorze p. e. c. b. P., quod in hereditate sua in Pawlowicz et in Dubu domine Katherine vxori sue quinquaginta sexagenas gr., et in Zhorze, toto quidquid ibi habet, similiter quinquaginta sexagenas gr. prag. dotauit, ita tamen, quod habere debet de vniuerso suo dotalicio in predictis hereditatibus et in medio nábytek 100 sexag. gr. prag. dotis sue; et ei de dictis hereditatibus ad veram dotalem obligacionem in dictis pecuniis condescendit. Et Sezema de Dalkowicz et Theodricus de Kladerub vnitores Pessikonis ad hoc dotalicium suum prebuerunt consensum. Actum anno d. millesimo CCC° nonagesimo primo, in crastino Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 257.

L, 19. — *1391, 2 Oct.* — Barones judicio presidentes: Procopius marchio protunc capitaneus regni Boemie, Joannes dux Gerlicensis, Andreas de Duba supr. judex regni Boemie, Henricus de Duba supr. camerarius regni Boemie, Cunadus Kapler de Sulewicz supremus notarius regni Boemie tabularum, Henricus de Roznberk, Henricus, Vlricus, Joannes fratres de Nouadomo, Ratmir de Sswamberk, Otta Bergow de Bilina supremus burgrauius castri Pragensis, Purkhardus Strnad de Janowicz, Vlricus de Noua domo, Raczko et Bussko de Sswamberg, Henricus de Brzeznicze, Zdenko de Rozmital, Joannes dictus Michalecz de Michalowicz, Puota de Turgow, Henzlinus de Turgow, Benessius de Libiessicz et alii multi domini barones, qui in judicio presiderunt. Actum a. d. 1391 fer. II post S. Hieronimi in terminis fieri consuetis.

Tab. ter. VI, H, 29.

L, 22. — *1391.* — Hanuš z Sulevic věno převodí z Radovesic na Čížkovice leta M°CCC°LXXXXI°.

Tab. ter. CCLII, A, 3.

L, 27. — *1391.* — Petrus de Petrowicz ꝛc vendidit abbati et conuentui Moliwiczensi ...

Talmberg. 329.

... — *1391, 3 Oct.* — Andreas de Proseczi, Hroch, Benessius fratres germani ibidem p. s. c. b. P., quod hereditatem eorum in Blikowye Lhotye, 2 laneos arature et quinque curias rusticales cum agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, nihil ibidem eis reseruantes,

vendiderunt Wenceslao de Lukeho et suis heredibus pro 70 sexagenis gr. prag. Disbrigare debent ipsimet tantum vendentes ac omni ꝛc. Actum a. d. millesimo CCC°LXXXXI° fer. III post festum s. Jeronimi.

Tab. cur. reg. XIV, 198.

... — *1391, 4 Oct.* — Petrus et Sezema fratres de Sczepanowicz c. b. P. p. s., quod hereditatem ipsorum in Unessow, municionem cum curia arature, cum agris, pratis, piscinis, jure patronatus ecclesie et omni libertate ad ea pertinente, toto, quidquid ibi habuerunt ꝛc, villam integram, exclusa vna curia rusticali, vendiderunt Busskoni de Klenowicz et suis heredibus pro 300 sexag. gross. A. d. M°CCC°LXXXXI° fer. IIII in die s. Francisci.

Tab. cur. reg. XIV, 145.

M, 5. — *1391, 4 Oct.* — Raczko de Sswamberga et Bussco de ibidem fratres p. s. c. b. P., quod hereditatem ipsorum, in Porzieczie opidum cum curiis araturarum, quantum ibi habent, Horzehledy villam, Strharz Nowawes dictam, Lipnicze Nowawes totum, quidquid ibi habent, in Zdierze jus patronatus ecclesie, quantum ibi habent, cum aratura et ortu apium in Ossy et flumine, in Zarubinie curiam apium, in Tustow et Rakow totum, quidquid ibi habent, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, fluminibus, montibus, vallibus, prouentibus, pascuis, communitatibus et omni libertate ac dominio ad ea pertinente in eisdem metis et limitibus, prout solus habuit et tenuit, nichil pro se ibidem penitus reseruando, vendiderunt Henriconi de Elstrberga et suis heredibus pro 1800 sex. gr. integre persolutis, et fassi sunt, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dictis hereditatibus hereditarie condescenderunt. Disbrigare debent ipsimet vendentes et cum eis Johannes dictus Michalecz de Michalowicz et Vlricus de Holicz, Lipolt de Oseka, omnes in solidum ꝛc. Actum a. d. M°CCC°XCI° fer. IV die s. Francisci.

Tab. cur. reg. XXI, 71.

M, 6. — *1391.* — Przedbor de Lhoti vendidit abbati Ostrowiensi ...

Talmberg. 332.

M, 12. — *1391.* — Markwardus de Borowska vendidit conuentui in Strakonicz ...

Talmberg. 328.

M, 22. — *1391.* — Gimranus de Rziczano vendidit virgibinus s. Anne ...

Talmberg. 331.

... — *1391, 6 Oct.* — Nicolaus de Lipna p. e. c. b. P., quod in hereditate sua in Neprochowach, municione, curia arature, agris, pratis, siluis, riuis, molendinis et omni libertate ad ea pertinente domine Biete vxori sue 40 gr. ad priorem dotem addidit seu dotauit, et ei de dicta hereditate ad gratiosam dotalem obligacionem in dictis pecuniis condescendit. Actum a. d. M°CCC°LXXXX primo, feria VI in octaua s. Michaelis.

Tab. cur. reg. XIV, 115.

N, 2. — *1391.* — Mezi Alenou z Kozojed a Kunšem z Neveklova. Když která dcera má jakou spravedlivost k ňákému dědictví po někom nápadem neb jináč, by je pak otec její neb kdož koli jiný držel, a ona jsúci již vdána nehleděla k tomu o to dědictví podle práva, až by leta prošla, sama se o to připraví.

Ibidem. Mezi Alenú z Kozojed a Janem z Řípu. Kdyžby otec držel statek dcery své, a ta dcera nebyla v jeho moci, než byla by vdána za muže, nestaneli o svůj statek a k otci oň nehledí, až leta projdou, ztratí ten statek.

Nálezové, 326, 327.

N, 9. — 1391. — Johannes de Mlheyn dedit capellæ in Bethleem . . .

Talmberg. 312.

. . . — *1391, 23 Oct.* — Anka de Horzyenicz vxor Jesconis de Rakownik p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Horzyenicz dumtaxat, et suam porcionem omnem, que sibi cedere debebat a fratribus suis senioribus de vera porcione paterna, vendidit Hermanno, Johanni fratribus suis, Margarethe et Margarethe sororibus suis et Anne nowerce sue, matri puerorum predictorum, pro 7 sexagenis gr. integre persolutis. Disbrigare debet ipsamet tantum ɔc. Actum a. d. M°CCC°LXXXXI° feria secunda post Galli.

Tab. cur. reg. XIV, 238.

. . . — *1391, 12 Nov.* — Johannes de Tozycz et Maynussius de Zdebudyewes patres commissarii orphanorum olim Zdislay de Bedrzychowicz p. s. c. b. P., quod hereditatem orphanorum predictorum in Bedrzichowicz, in Ondrzeyow et in Peczlinow villis, quidquid ibidem dicti orphani habuerunt, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, vendiderunt Martino dicto Skrzyeczka de Pietichwost et domino Colmano plebano de Rownich pro 200 sexagenis grossorum, et fassi sunt, se easdem pecunias ab eis plene percepisse; et eis de dictis hereditatibus hereditarie condescenderunt. Disbrigare debent ipsimet tantum, ambo in solidum ɔc. Actum a. d. M°CCC°LXXXX primo, in crastino Martini.

Tab. cur. reg. XIV, 97.

R, 8. — 1391 v. 1392. — Krzissta de Praga vendidit Fridrico abbati Aule regiæ . . .

Talmberg. 316.

U, 5. — 1391. — Venceslaus rex dedit monasterio Aulæ regiæ . . .

Talmberg. 316.

. . . — *1389—1391.* — Mathias de Slana defendens censum in villa Kaczycze docuit tabulis terre, quod Sulko de Kaczycze vendidit Johanni dicto Sicz de Praga, vxori sue et Mathie de Slana vnam sexagenam gr. census annui cum 7 grossis pro 9 sexagenis gr., census nudi et perpetui, prout in tabulis in secundo libro Venceslai vidimus contineri.

Tab. cur. reg. XIV, 309.

A. a. 1389, 13 Mart. — In villa Kowany Smil dictus Kowan decessit. Sabbato quatuor temporum Quadragesime a. d. 1389 Henczik dictus Pluh coram dominis baronibus regni Bohemie docuit vnionem suam per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum obtulit siue offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 181.

A. a. 1389, 14 Jun. — In villa Nezabyliczich Stephanus decessit. Fer. II post Trinitatis a. d. M°CCC°LXXXIX° Zwyest dictus Mlynecz de Nezabilicz docuit per tabulas terre forum, quod habet a Hannone et non a Stephano.

Tab. cur. reg. XIII, 182.

A. a. 1389, 1 Oct. — In villa Chlistowie Simon decessit. In crastino s. Hieronimi a. d. 1389 Slawko de Czakanicz docuit per tabulas terre curiam arature cum hereditate, pratis, siluis et omni libertate et toto, quidquid ibi habuit, quam ei Kaczka de Czakanicz et Simoni antedicto vendidit pro 120 sexagenis.

Tab. cur. reg. XIII, 138.

A. a. 1389, 1 Oct. — In villa Lobeczku Wenceslaus et Margaretha uxor sua decesserunt. In crastino s. Jeronimi a. d. M°CCC°LXXXIX° Franciscus de Kbela ciuis Maioris ciuitatis Pragensis docuit empcionem per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 243.

A. a. 1389, 1 Oct. — In villa Byessietynie Rathmir studens decessit. A. d. M°CCCLXXXIX in crastino Jeronimi Jacobus de Zihobecz nomine suo et Purchardi fratris sui, Jan dictus Selmberg de Cadowa et Zwiest de Biessietina docuerunt vnionem per tabulas terre.

Tab. cur. reg. XIII, 86.

A. a. 1389, 2 Oct. — In villa Radyczich Drha decessit. In crastino Dedicacionis prag. a. d. M°CCC°LXXXIX° Jan dictus Kukol de Sulowa nomine Clare vxoris sue de Sulowa docuit 40 sexag. dotales, quas Jan dictus Kalenyczka dotauit in hereditatibus suis in Radiczy in 4 curiis rusticalibus soluentibus 4 sex. census Katherine vxori Benessii.

Tab. cur. reg. XIII, 87.

A. a. 1390, 1 Mart. — In villa Libediczich Jan filius Vlrici dicti Rudkerz decessit. F. II post dominicam Reminiscere Jarko de Oplot et de Borssicz docuit per tabulas terre in Oczyhowie curiam cum quinque quartalibus agrorum, que est eidem per beneficiarios terre in disbrigacione obtaxata, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 182.

A. a. 1390, 1 Mart. — In villa Wlhlaw Onsso miles decessit. Fer. II post Reminiscere Prziech de Czechczicz et Johannes dictus Hroza de Dubyczie docuerunt vnionem per tabulas terre et tenorem earundem.

Tab. cur. reg. XIII, 139.

A. a. 1390, 16 Apr. — In villa Mnetyessy Johannes dictus Friberker ciuis Maioris ciuitatis Pragensis decessit, post cuius mortem quatuor sexagene census annui ad d. regem deuolute sunt. In crastino Ostensionis reliquiarum a. d. M°CCC°XC° dominus Johannes capellanus altaris s. Marie in ecclesia s. Nicolai in Maiori ciuitate Pragensi in Foro pullorum docuit per tenorem tabularum terre et per literam d. Wenceslai Romanorum et Bohemie regis, quod præfate quatuor sexagene gr. census ad predictum altare spectant et pertinent.

Tab. cur. reg. XIII, 244.

A. a. 1390, 30 Maji. — Hassco de Czeczelicz docuit post mortem Hawlonis filii Litoldi fer. II post quatuor tempora Penthecostes a. d. 1390 quod Jessco dictus Jablco de Czeczelicz, commissarius tabulis terre puerorum olim Litoldi de Czeczelicz, vendidit ei et domine Elizabeth imperatrici curiam arature in Czeczelicz cum hereditate, pratis, jure patronatus, flumine et omni libertate ad ea pertinente pro 120 sexagenis gr. plene persolutorum, et ipsa domina

Elizabeth vendidit porcionem suam curie antedicte Hassconi supradicto, prout in tabulis terre plenius continetur.

Tab. cur. reg. XIII, 38.

A. a. 1390, 30 Maji. — In villa Nessmyeny Dalebor decessit. Feria II post quatuor tempora Pentecostes a. d. M°CCC°LXXXX° Jarossius de Nessmyene docuit empcionem suam per tabulas terre et tenorem earundem, prout se docturum offerebat.

Tab. cur. reg. XIII, 200.

A. a. 1390, 19 Dec. — In villa Kutyech Agnezka decessit. Fer. II post quatuor tempora Adventus a. d. M°CCC°XC° Przisnak de Ledecz docuit per tabulas terre curiam arature et octo sexagenas census in Kutech, quas sibi et domino Petro presbytero domina Byetka mater Agnezcze predicte dedit et dare potuit, quorum bonorum ipsum Przisnakonem medietas concernit.

Tab. cur. reg. XIII, 201.

PRIMUS NICOLAI.

(1391—1396.)

A, 4. — 1391, m. Dec. — Domini barones Johannes dux Gerlicensis, Procopius marchio protunc capitaneus regni Boemie, Henricus de Dubee supremus camerarius regni Boemie, Andreas de Dubee supremus iudex terre regni Bohemie, Cunadus Capler protonotarius terre regni Bohemie, Otta Bergow de Bielina purgrauius castri Pragensis, Johannes de Michelsperk, Puota de Czastolowicz, Henricus de Cumburg, Ratmir de Sswamberg, Theodricus et Jenczo de Janowicz, Boczko de Podiebrad, Wanko de Dube, Bussko de Sswamberg, Stephanus de Opoczna, Hinco Berca de Lipeho, Hermanus Chustnik, Henzlinus Turgow et alii barones judicio presidentes.

Raigrad. 20. Trebon. 400. Mus. boh. 196. Talmberg. 52. Palacký, Arch. č. II, 352.

A, 8. — 1391, 21 Dec. — In causa vertente inter Elzkam relictam Hinconis Berca ex vna, et Hinconem dictum Berca de Honstaina parte ab altera, super dotalicio ipsius domine Elzcze domini pleno judicio presidentes auditis tabulis predicte domine Elzcze et defensione predicti Hinkonis, in presencia Procopii marchionis Morauie et incliti principis Johannis ducis Gerlicensis invenerunt pro jure, et dominus Ratimir de Porziczie dictus Swamberg dominorum consilium exportauit: quod domine Elzcze predicte predictus Hinco debet cedere 80 sexagenas gr. census cum hominibus secundum continenciam tabularum ipsius, incipiendo ab uno fine per ordinem usque finem illius census, sicuti posset ille census in toto percipi. Et illos homines debet possidere, ipsosque iudicare, emendasque ab eis recipere; et illi homines debent habere libertates sicuti prius habuerunt et alias res et vóle; hoc habere debent sicuti ei domine Elzcze tabule testantur, exclusa steura seu berna regali, quam Hinco predictus in predictis hominibus more solito recipere debet. Actum anno domini MCCCLXXXXI sabbato quatuor temporum Aduentus presentibus dominis baronibus supradictis.

Raigrad. 13. Trebon. 400. Mus. boh. 23, G, 3. 196. Talmberg. 52. Cruciger. 30. Konopišt. A, 10. Brun. 243. Palacký, Arch. č. II, 353. Cod. jur. Boh. II, 2 p. 39.

A, 25. — *1392, 23 Jan.* — Woyhak de Krzieczowicz p. e. c. b. P., quod omnes pueros suos cum omnibus hereditatibus suis habitis vel habendis potenter commisit et committit Przechony de Wolbramowicz, Przechony de Brumowicz, Hrochony de Beztuhowa, ita quod facit eos veros patres commissarios et tutores omnium premissorum. Actum anno domini M⁰CCC⁰LXXXXII⁰ fer. III post Fabiani.

Tab. cur. reg. XX, 137.

A, 25. — *1392, 2 Mart.* — Marquardus de Porzessin p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Stradow, villam integram cum censu et curiis rusticalibus, agris, siluis, piscinis, riuis, molendino et omni libertate ad ea pertinente, nichil sibi ibidem reseruando, vendidit Bohuslao de Hradku pro 125 sexag. gr. prag. et fassus est, se easdem pecunias plene percepisse, et ei de dictis hereditatibus hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Raczko et Petrus filii sui, omnes in solidum ꝛc. Actum a. d. M⁰CCC⁰LXXXXII⁰ sabbato ante dominicam Invocauit.

Tab. cur. reg. XXI, 122.

A, 27. — *1392, 1 Mart.* — Donyn de Slawcze p. e. c. b. P., quod in hereditate sua, ibidem in Slawczi curia arature et curiis rusticalibus, agris, pratis, siluis et in Bukwiczi duabus curiis rusticalibus, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente domine Margarethe vxori sue 140 sex. gr. dotauit et nomine dotis assignauit et ei de dictis hereditatibus in dictis pecuniis hereditarie condescendit. Actum a. d. M⁰CCC⁰XCII⁰ fer. VI ante Invocauit Quadragesime dominicam.

Tab. cur. reg. XXI, 28.

. . . — *1401, 5 Nov.* — Theodricus de Praga dictus de Ach, Gallus de Zwierzeticz, Nicolaus dictus Wrbik de Tysmicz, Johanko Zeydl de Pakomyrzycz, patres commissarii et tutores orphanorum olim Johanconis de Poczrnicz dicti de Ach, p. s. c. b. P., quod hereditatem dictorum orphanorum in Poczrniczich, municionem, curiam arature cum tribus agriculturis, villam integram, curias rusticales cum censu et jure patronatus ecclesie, in Kozowarzyech villam integram, curias rusticales cum censu, in Sedlczanech curiam arature, curias rusticales cum censu, quantum ibi habuit, in Selakowiczich municionem, oppidum, tabernas, curias rusticales cum censu et jure forensi, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, fluminibus, molendinis, lacubus, tuoněmi, lucis, vineis, pomeriis, ortis, jure patronatus ecclesiarum et omni libertate ad ea pertinente ac toto, quidquid ibi habuerunt, in eisdem metis et gadibus, prout idem Johanko et dicti eius orphani tenuerunt et habuerunt, nihil ipsis ibidem nec dictis orphanis reseruantes, vendiderunt Johanni de Kluczow pro quinque millibus sexagenarum gr., et fassi sunt ꝛc. Disbrigare debent ipsimet tantum ꝛc. Actum a. d. millesimo CCCC primo, sabbato post Omnium sanctorum.

Tab. cur. reg. XIV, 65.

. . . — *1402, 26 Jan.* — Hanza z Vinoře př. se př. ú. Pr., že dědictví své louku se dnem, kteráž byla faráře z Vinoře příležející k Jenšteinu a polovici obce nad touž lúkou, kteráž leží vedle mlýnu k Jenšteinu přislušejícímu, se vší zvolí, což k tomu přislušÍ, prodal

Voldřichovi z Černčic jinak z Jenšteinu za dvacet kop gr., a přiznal se, že jest od něho ty peníze zúplna přijal, a jemu nadepsaného dědictví dědicky postoupil. Spraviti má on sám prodávající a slíbil s ním Jan z Dubie řečený Dubecz, oba spolu ɔc. Stalo se leta MIIII^C^II ve čtvrtek po obrácení s. Pavla.

Tab. ter. I, B, 29.

... — *1402, 26 Jan.* — Hasko de Braskow p. e. c. b. P., quod dominam Drahnam vxorem suam cum omni dote eius, videlicet ducentis sexag. gr., quam habuit in hereditatibus Slawyetyn, toto, prout ei tabule testantur, ad alias hereditates suas, in Kyssyczych municione, curiis araturarum cum duabus agriculturis, curias rusticales et molendina [sic] cum censu, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, super omnibus rebus mobilibus seu nábytek, quibuscumque nominibus censeantur, transduxit et transducit, et ei de dicta hereditate in eo jure, sicut prius tenuit et habuit, in dictis pecuniis condescendit; et ipsa hoc cum Johanne Skubele de Gymlyna beniuole suscepit. Et de gracia sua idem Hasko in dictis hereditatibus omnibus domine Drahne vxori sue predicte centum sexagenas gr. dotauit et addidit ad dotem priorem in eodem jure, sicut sibi prius in tabulis continetur. Actum a. d. M°CCCC°II°, feria quinta post Conuersionem s. Pauli.

Tab. cur. reg. XIV, 297.

K, 12. — *1402.* — Jaxo de Karsstin vendidit ecclesie s. Palmacii [in Karlsteyn] ...

Talmberg. 323.

K, 15. — *1402.* — Hinko et fratres de Abrzpachu dederunt monasterio in Opatowicz ...

Talmberg. 324.

K, 17. — *1402, 18 Febr.* — Anno domini MCCCCII sabbato quatuor temporum Quadragesime barones judicio presidentes: dominus Sigismundus rex Vngarie, Hermanus de Chusnik supremus camerarius, Hinko Berka de Honsstain supremus judex, Smilo de Rychmburg protonotarius tabularum, dominus Wolframmus archiepiscopus Pragensis, dominus Johannes episcopus Olomuczensis, dominus Johannes episcopus Luthomyslensis, Raczko de Swamberg, Boczko de Podiebrad, Purkhardus de Janowicz, Henricus de Laczenbok, Henricus de Nachod, Otta de Bergow senior, Zdeslaus de Ssternberg, Johannes de Michalowicz, Henricus senior Berka de Husky, Wylem de Zwierzeticz, Johannes de Fridemburg, Jaroslaus de Zlebuow, Alsso Sskopek de Dubee, Henricus, Vlricus de Noua domo, Puotha de Czastolowicz, Theodricus de Nachod, Benessius fortis de Dubee, Alsso de Ssumburg, Johannes de Sswamberg, Hinko Zagiecz de Pihle, Thas de Bozkowicz, Johannes de Wartmberg, Herbordus de Kolowrath, Albertus de Konopisst, Johannes de Wlassim, Benessius de Dieczina, Nicolaus de Zbraslawicz, Henricus de Wartmberg, Henricus Berka junior, Janko de Wyssemburg, Johannes Boczek de Podiebrad, Hinko de Wyssemburg, Henricus Sskopek de Dubee, aliique multi.

Vindob. N. 3483, 74. Talmberg. 306. Palacký, Arch. č. II, 359.

K, 18. — *1402, 18 Febr.* — Páni najprv nalezli, aby voláno bylo ve všech městech i krajinách, aby všickni, ktož jsú přirozenie zemené země České, byli všichni v zemi, ktož slúžie proti koruně České, o Svátosti přede pány, a viece aby ižádný neslúžil ke škodě proti této zemi a koruně, ani jie více hubil. Pakli by kto kolivěk nepřijeli k tomu času neb ji dále hubili a proti nie slúžili, tehdy aby každý ztratil své dědictvie i všecen svuoj nápad, kterýž by koli v České zemi měl, buď u otce, u bratří, u strýcuov, po dskách neb kterak koli, a ty

dědiny i ty nápady má král dáti a obrátiti podle panské rady jakožto odsúzené na zemské dobré. Pakli by slúžili proti koruně aneb koruně škodili přes tento čas, tehdy každý jest odsúzen práva všeho, cti, jako psanec za zemského šknodci a zloděje.

Také jsú páni nalezli, že ižádný člověk v České koruně buď pán, rytieř, panoše, města neb člověk kteréhož koli řádu, nemá přijieti ižádného takového zemského zhúbce a šknodce, ktož by přes nález panský svrchupsaný učinil, v své tvrze a v své příbytky přijal, ani má s ním obcovati, ani jemu ižádné věci nakládati. Pakli by kto přes to přijal neb pomáhal, tehdy každý ten jest odsúzen zbožie na královu milost, tak jak jest svrchu psáno, a práva nemá mieti s ižádným, a má býti jakožto psanec, když by popravce toho kraje, tři páni přísežní naň vysvědčili a vyznali. Pakli by se o to ti třie páni dělili, tehdy na kterémž by větčie strana svědčila, na tom má státi.

O popravě páni pravie, byloliby, žeby na koho bylo dovedeno popravcemi a konšely toho kraje, tehdy má se nad takými poprava státi a práva ižádného nejmá mieti, jakož svrchu psáno stojí. A nad kýmž sě poprava děje, nejmá ot popravcí zbožie to hubeno býti ani bráno než oděnie jeho a jiezdne koně a což s kata jest dosti, ale viec nic. A kdyžby nemohli takého nikde chytiti, tehdy po měsieci má taký vyvolán býti v městech po krajiech, jakož právo staré jest.

Také páni nalezli, aby všecka branie mocí, všecko násilé, odpovědi, stráže i všecky nátisky stály a minuly v České zemi, buď odpovědí neb neodpovědí. Pakli by kto proti tomu učinil, tehdy jest odsúzen zbožie na královu milost, jakož jest svrchu psáno, a žádného práva proti žádnému nemá mieti, a má býti jakožto psanec. Než každý aby sebe hleděli zemským právem, jakožto starý obyčej jest.

Vindob. N. 3483, 4. Talmberg. 54. Všehrd, 64, 137, 138. Brun. 223, 227, 241, 249. Jura et const. Arch. č. V. 186—189. Palacký. Arch. č. II, 359; V, 510 et 515. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 44—46.

K, 18. — *1402, 18 Febr.* — Nález o tom, kdež jest Habart byl purkrabí Pražským skrze list obranní uveden z rozkázání panského a přes to jest pohnán. Nalezli za právo v při s králem Václavem a s Habartem o Žerotín, a o první nález panský, kterýž se jest byl dávno o to stal, tu páni nahledše v týž první nález svuoj i v list obranní ku purkrabí Pražskému poslaný, kterýmžto listem jest uveden v skutečné držení, že týž Habart má zuostati při prvním nálezu panském a při uvedení v jeho dědictví v Žerotín skrze purkrabí Pražského. A pakli co má pan král proti Habartovi o již dotčený Žerotín mluviti, hleď jeho právem podle řádu. I dali Habartovi za právo.

Talmberg. 54. Cruciger. 25. Konopišt. A, 8. Palacký, Arch. č. II, 361. Jireček, ibidem.

K, 18. — *1402, 18 Febr.* — Nález o jednoho manželku i o jeho dědictví. Nalezli za právo, že on Jan má zuostati při prvním nálezu panském, a jest k své ženě spravedliv i ke všemu dědictví jeho ženy, a má býti v ně uveden listem obranním od úřadu skrze purkrabí Pražského. Manželka žádná nemuože statku svého odciziti bez příčiny slušné. I dáno Janovi jest za právo.

Talmberg. 54. Cruciger. 25. Konopišt. A, 8. Nálezové, 289. Palacký, Arch. č. II, 361. Jireček, ibidem.

K, 19. — *1402, 18 Febr.* — Po panském nálezu vzvod Agnežky z Sezemic na dědiny, kteréž jie panským nálezem přisúzeny i smluvú Prokopa markrabí přiřčeny, nalezli za právo: jakož jest jednú nadepsaným Kateřině s Agnežkú to věno přisouzeno vedle listu královského,

aby mohly s ním učiniti, což se jim líbí, i ještě se jim vedle prvního nálezu panského za právo dává.

Talmberg. 54. Vindob. N. 3483, 6. Všehrd, 66. Brun. 228, 221. Jireček, ibidem.

K, 20. — 1402, 18 Febr. — Wenceslaus, Henricus dictus Hlawacz, Henricus junior dictus Waniek, et fratres de Dube p. s. c. b. P., quod pro porcione ipsorum paterna et hereditaria a Henrico dicto Berka de Dube, patre ipsorum de Dube, receperunt hereditates infrascriptas: primo Wenceslaus castrum dictum Czap, Tuhanecz villam sub castro, curiam arature, curias rusticales cum censu ac toto, quantum ipse Henricus pater ipsorum ibidem tenuit et habuit, in Lhotie, in Desseczna, in Jakssinic, in Dobrzin, in Widim villas integras, curias rusticales cum censu ac toto, quantum ipse Henricus pater ipsorum ibidem tenuit et habuit, in Hradissczku et in Zawory agros emphiteoticos cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendinis, liberis stratis ac viis, montibus, vallibus et omni libertate ad ea pertinente, in eisdem metis et gadibus, prout solus idem Henricus pater ipsorum tenuit et habuit, molendinum dictum Woldanow cum censu, in Dubowu Horu siluam cum fundo, cum omnibus siluis ad dictam porcionem ipsius pertinentibus, jure patronatus ecclesiarum et omni libertate ad ea pertinente; et ipse Henricus Hlawacz in Chlumie, in Drchlawie, in Skale, in Wrchowen villam cum monte supra villam, in Horkach et in Brzeznicze Maiori villas integras, curias rusticales cum censu et jure patronatus ecclesiarum in Chlumie et in Drchlawie, in Lowu curiam arature, in Brzeznicze Minori curiam arature, curias rusticales cum censu et duo molendina sub Brzezniczi cum censu, in Nezlowiczi villam integram, curias rusticales cum censu, in Zdessowie agros cum censu, in Drazegiewie villam integram, curias rusticales cum censu, in Strziezowogicz villam integram, curias rusticales cum censu, in Swihowie agros, de quibus censuant vnam sexagenam grossorum census, in Kuku agros desertos cum censu, et in Strkawie agros desertos agriculture cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, montibus, vallibus et omni libertate ad ea pertinente, ac toto, prout pater ipsorum tenuit et ipsum in porcione predicta contingit; Henricus vero junior dictus Wanko in Hradek castrum, curiam arature cum agricultura sub castro, piscina seu Kuchynky et molendino, in Wrziesku curiam arature cum omni libertate ad ea pertinente, in Duba oppidum cum jure forensi, tabernas, curias rusticales cum censu, jure patronatus ecclesie et piscinis, cum omnibus prouentibus et vtilitatibus, qui nunc in eodem oppido sunt vel esse poterunt in futuro, in Drziewiczy villam integram, curias rusticales cum censu, in Ždislawi, in Sussyczi, in Nedwiezyem villas integras, curias rusticales cum censu et in Strzieziem molendinum cum censu, item molendinum sub obstaculo cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, jure patronatus ecclesiarum et omni libertate ad ea pertinente, in eisdem metis et gadibus, prout pater ipsorum tenuit et habuit, nihil penitus eximendo, saluis viarum accessibus per ipsorum metas et gades ad molendina Henrici patris ipsorum in Dubam et ad siluas ipsius venales sine omni ipsorum fratrum predictorum impedimento, alia eciam a qualibet impeticione, et promiserunt, quia non debent nec poterint ipsum Henricum patrem ipsorum impetere seu inquietare de ulla porcione paterna et hereditaria ampliori perpetue et in euum. Actum a d. M°CCCC°II° sabbato quatuor temporum Quadragesime.

Tab. cur. reg. XX, 105; XXI, 97.

K, 22. — 1402, 21 Febr. — Nicolaus dictus Sczekna de Zaluzan protestatus est ac, quod in hereditate sua in Zaluzanech municione, curia arature, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, ac toto, quantum ibi habet, octo sexag. gr. census annui nudi et perpetui vendidit Cruci institori de Praga pro 80 sexag.

gr., et fassus est ꝛc, et ei de dicto censu hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et fideiussit, et cum eo Benessius de Letkowa, ambo in solidum ꝛc. Quem quidem censum ei soluere tenetur et debet per medium in festo s. Georgii proximi et per medium in festo s. Galli inde sequentis, et sic semper ꝛc, ista tamen condicione, si ipse Nicolaus vel eius heredes similem et eque certum censum in hereditatibus liberis et non omagialibus in distancia quatuor milliarium a Praga tempore quocumque reemeret, ex tunc ipse censum ita reemptum debet suscipere et istum de tabulis dimittere omni sine contradiccione. Actum a. d. M°CCCC°II, fer. III post dominicam Reminiscere.

Tab. cur. reg. XV, 83. Tab. ter. r. XXIV. H, 7. Dipl. arch. Mus. Boh. dat. a. d. 1431, 16 Jan.

K, 22. — *1402, 21 Febr.* — Jessko et Henricus fratres de Jaroslawic dicti Piskle p. s. c. dom. bar. iudicio presidentibus et b. P., quod super hereditatibus ipsorum in Jaroslawy, toto, quidquid ibi habent, cum agris, pratis, siluis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente, et alias super hereditates ipsorum omnes habitas et habendas Diwissium dictum Mrzak de Miletinka, ipsummet tantum sine pueris eius, in veram susceperunt vnionem, ita quod factus est cum eis verus vnitor seu hromáždník omnium premissorum. Actum a. d. M°CCCC°II° fer. III post dominicam Reminiscere.

Tab. cur. reg. XXI, 100.

K, 23. — *1402, 21 Febr.* — Henricus junior de Jablonich et de Dube dictus Berka p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Jablonich, mediam ciuitatem cum municione, in illa parte ciuitatis medium suburbium, tabernas, curias rusticales et molendinum cum censu, medium theloneum cum agris, pratis, siluis, riuis et omni libertate ad ea pertinente, prout Henricus de Dube residens in Milczanech frater ipsius tenuit et habuit, vendidit Wenceslao de Dube dicto Berka pro mille sexagenis gr. ad vite eius tempora dumtaxat et non ultra, et fassus est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicta hereditate ad vite ipsius tempora dumtaxat condescendit, ut prefertur, et non ultra. Disbrigare debet ipsemet tantum ꝛc. Actum a. d. M°CCCC° secundo, fer. III post dominicam Reminiscere.

Tab. cur. reg. XX, 111.

K, 23. — *1402, 21 Febr.* — Henricus junior dictus Berga de Dube p. e. c. b. P., quod omnes pueros suos cum omnibus hereditatibus suis habitis et habendis commisit potenter et committit Venceslao dicto Berga de Dube fratri suo, ita quod fecit eum verum patrem commissarium seu tutorem omnium premissorum. Actum a. d. M°CCCC°II° fer. III post dominicam Reminiscere.

Tab. cur. reg. XXI, 50.

K, 27. — *1402.* — Benessius de Chusnik vendidit monasterio S. Crucis . . .

Talmberg. 319.

L, 1. — *1402.* — Niclinus de Orzech vendidit Theodrico s. Angelorum in ecclesia Pragensi . . .

Talmberg. 314.

L, 1. — *1402.* — Niclinus de Orzech vendidit Wilhelmo plebano in Lobositz . . .

Talmberg. 318.

L, 3. — *1402, 18 Mart.* — Johannes de Chlumu p. e. c. b. P., quod pro porcione sua paterna et hereditaria a Henczlino de Swoykowa patre suo certam pecunie summam recepit et promisit, quod non debet ipsum Henczlinum patrem suum et alios pueros et heredes ipsius inquietare seu impetere pro aliqua porcione paterna et hereditaria ampliori perpetue et in euum; si vero ipsum et heredes suos inquietare seu monere vellet aliquo jure pro ampliori porcione, ex tunc nullum jus ei debet juuari, terrestre, spirituale seu ciuile. Actum feria VI ante dominicam Palmarum a. M°CCCC°II°.

Tab. cur. reg. XXI, 214.

L, 4. — *1402.* — Leonardus Vienensis de Praga vendidit Johanni plebano in Leta curia...

Talmberg. 333. Cruciger.

L, 7. — *1402.* — Venceslaus rex indulsit monasterio s. Anne Maioris ciuitatis Pragensis...

Talmberg. 331.

L, 13. — *1402.* — Venceslaus rex indulsit Venceslao Radecz pro ecclesia Pragensi ...

Talmberg. 314.

L, 13. — *1402.* — Diwissius de Talmberg vendidit monasterio s. Anne ...

Talmberg. 331.

L, 13. — *1402.* — Věna najdeš, kdež králové věnují, císař Karel a král Václav při panské přítomnosti.

Králová hned muože svého podkomořího saditi a míti, a podkomoří královský nemá nic jejím městuom rozkazovati.

Talmberg. 55. Nálezové 338. Palacký, Arch. č. II, 361. Jireček, Cod. jur. Boh. II, 2 p. 47.

L, 14. — *1402, 8 Apr.* — Henricus de Chrzicz p. e. c. b. P., quod in hereditate sua, in Psowlcziech curia arature, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis, lucis, riuis, piscinis et omni libertate ad ea pertinente centum sexag. gr., et in Chrzyczy media sexta sexag. gr. census cum curiis rusticalibus sexaginta sexag. gr. et in Podmoklech media tertia sexag. gr. census cum curia rusticali, in qua residet Machek homo censualis, viginti sexag. gr. domine Katherine vxori sue centum et octuaginta sexag. gr. dotauit et nomine dotis assignauit, et ei de dicta hereditate ad gratiosam dotalem obligacionem in dictis pecuniis condescendit. Actum a. d. MCCC secundo, sabbato post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XXI, 16.

L, 15. — *1402.* — Venceslaus rex indulsit monasterio s. Crucis Maioris ciuitatis Pragensis ...

Talmberg. 319.

L, 16. — *1402.* — Prziba de Bynicz vendidit altari s. Katherine in ecclesia Pragensi ...

Talmberg. 314.

L, 16. — *1402.* — Venceslaus Dobrman canonicus ecclesie Pragensis vendidit ecclesie Wyssegradensi pro coralibus ...

Talmberg. 319.

L, 18. — *1402, 9 Apr.* — Janko de Dieczina p. e. c. b. P., quod dominam Margaretham, vxorem Zdimirii de Sedlcze cum omni dote ipsius, videlicet quingentis sexag. gr., quam habuit in hereditatibus Hosstialkonis de Pssewlk ibidem in Pssewlcziech, prout ei tabule testantur, ad alias hereditates suas, in Brzeznie curiam arature cum agris ad dictam curiam pertinentibus, villam integram, curias rusticales cum censu, in Brzeznie Paruo villam integram, curias rusticales cum censu, in Wytow villam integram, curias rusticales et molendinum cum censu, in Brzieze et in Maleczow villas integras, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis tantum ad necessaria curie quantum indigeret pro structuris et cremacione, riuis, fluminibus et omni libertate ad ea pertinente, ita quod in dictis villis habere debet 40 sexag. gr. census annui et non ultra ad dictam curiam arature et ipsius pertinencias, ut prefertur, residuum vero de censu, si quid est in dictis villis, hoc pro se reseruat, transduxit et transducit, et ei de dicta hereditate in eo jure, sicut prius tenuit et habuit, in dictis pecuniis condescendit, et ipsa hoc cum Jesskone de Tiechlowicz dicto Tiechlowecz beniuole suscepit. Actum a. d. M°CCCC°II° dominico post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur reg. XX, 176.

L, 19. — *1402, 9 Apr.* — Wssech de Petrowicz p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Petrowiczich 4 sexagenas gr. census cum tribus curiis rusticalibus, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente vendidit Johanni de Dobrzenicz pro 40 sexagenis gr., et fassus est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et fideiussit, et cum eo Benessius de Sseplawe et Johannes de Petrowiczek, omnes in solidum ꝛc. Et Nicolaus de Nepiekossicz et ad hoc forum consenserunt. Actum a. d. M°CCCC°II° dominico post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XX, 176.

L, 19. — *1402, 9 Apr.* — Benessius de Costomlat et de Dube p. e. c. b. P., quod omnes pueros suos cum omnibus hereditatibus suis habitis et habendis commisit potenter et committit Herbordo dicto Colowrat de Roczowa, ita quod fecit eum verum patrem commissarium seu tutorem omnium premissorum. Actum a. d. M°CCCC°II° dominico post Ostensionem reliquiarum.

Tab. cur. reg. XXI, 151.

L, 24. — *1402, 13 Maji.* — Katherina relicta olim Cunadi dicti Caplerz de Sulewicz de consensu d. Wenceslai, Romanorum et Boemie regis, nec non d. Wolframi Pragensis ecclesie archiepiscopi, ac etiam decani totiusque capituli dicte ecclesie Pragensis, bona sua et hereditates, videlicet decem sexag. grossorum census annui nudi et perpetui, quem habet in et super hereditatibus Johannis de Zruczi et Nicolai de Zbraslawicz dicti Colowrat in Slawossowie, villa integra, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis et omni libertate ad ea pertinente, in omni eo jure, prout sibi Katherine ab eisdem Joanne et Nicolao forum plenius in tabulis continetur, dedit et dare potuit pro suo suorumque predecessorum remedio animarum perpetue et in euum honorabili viro domino Benessio de Ostromirz predicatori per ipsam Katherinam ecclesie Pragensis fundato, ipsique et successoribus eius, eundem locum predicacionis in futurum tenentibus, de dicto censu et huiusmodi hereditatibus condescendit ꝛc. Qui quidem Benessius tenetur et presentibus se suosque successores in futurum perpetuo obligauit ad predicacionem trium dierum in Aduentu qualibet septimana, et tempore quadragesimali singulis annis similiter, sine intermissione; omnibus vero diebus festiuis et dominicis per circulum anni ad huiusmodi predicacionem extat obligatus, prout eadem obli-

gacio actis vicariatus curie archiepiscopalis extat plenius roborata. Jus patronatus vero seu presentandi personam ad hunc locum predicacionis idoneam ad dictam Katherinam pertinebit, quamdiu vitam duxerit in humanis, ea vero defuncta ad dominum archiepiscopum Pragensem cum suo supremo in spiritualibus vicario. Ex mandato domini regis per nuncium suum ad tabulas Henricum de Rozemberk supremum burgrauium castri Pragensis. Actum anno d. 1402, sabbato post Ascensionem domini.

Tab. ter. VI, J, 17.

L, 25. — *1402.* — Sulco de Cowanie [1] magistris et collegio Omnium sanctorum in hereditate sua in Wezpikalech, in Borczi curiis rusticalibus 8 sexag. gr. census annui nudi et perpetui dedit et dare potuit.

Talmberg. 324. Cruciger. Riegger, Materialien VI, 205. — [1]) Talmberg. h. Kowancze.

L, 25. — *1402.* — Nicolaus de Ledcze vendidit monasterio s. Procopii . . .

Talmberg. 330.

L, 26. — *1402.* — Niclinus de Orzech censum altaris s. Marie M[agdalenæ] in Pragensi ecclesia transtulit . . .

Talmberg. 314.

. . . — *1402, 30 Sept.* — Procopius de Vrbanicz p. e. ↄc, quod in hereditate sua in Vrbaniczich curiam arature cum duobus laneis agrorum, pratis, duobus laneis silue et omni ↄc domine Dorothee vxori sue 60 sex. gr. dotauit, et ei ad graciosam obligacionem dotalem condescendit. Actum a. d. millesimo CCCC^{0}II^{0} sabbato in die s. Jeronimi.

Tab. cur. reg. XV, 251.

M, 4. — *1402.* — Venceslaus filius Jesskonis de Samssiny vendidit Nicolao plebano de Pake . . .

Venceslaus idem de Samssiny vendidit domino Witkoni plebano in Radimy [1] . . .

Talmberg. 318. — [1]) Ms. h. Radiny.

M, 9. — *1402.* — Venceslaus rex indulsit domino Venceslao pro altari ecclesie Pragensis . . .

Talmberg. 314.

M, 9. — *1402.* — Venceslaus de Vgezd vendidit Venceslao Radeczi Cunsset [sic] plebano pro altari Assumptionis [Mariæ] in ecclesia Pragensi . . .

Talmberg. 314.

M, 10. — *1402.* — Katherina relicta Cunadi dedit altari Conceptionis [Mariæ] in ecclesia Pragensi . . .

Talmberg 314.

M, 11. — *1402.* — Jessko de Kralewicz vendidit Nicolao plebano de Zwoleniewsy [1] . . .

Talmberg. 318. — [1]) Ms. h. Zboleniewsy.

M, 12. — 1402. — Venceslaus rex indulsit ecclesie s. Adalberti in Zderaz . . .

Talmberg. 329.

M, 12. — 1402. — Zdeslaus de Ssternberg vendidit vicariis Pragensis ecclesie . . .

Talmberg. 314.

M, 13. — 1402. — Zdeslaus de Ssternberg vendidit eisdem vicariis ecclesie Pragensis . . .

Talmberg. 314.

M, 14. — 1402. — Rohdal de Drahoniewicz vendidit monasterio s. Procopii . . .

Talmberg. 330.

M, 23. — 1402. — Zdenko de Chayna dedit altaristis in ecclesia Pragensi . . .

Talmberg. 314.

M, 26. — 1402. — Venceslaus rex consentit in altare s. Venceslai in ecclesia Pragensi donato per Frantiscum.

Talmberg. 314.

M, 28. — 1402. — Fridericus abbas Aule Regie et Woyslaus permutauerunt . . .

Talmberg. 316.

N, 20. — 1403. — Jacobus de Hermanicz vendidit Jarohniewo . . .

Lib. memorab. civ. Taboriensis.

N, 28. — 1403, 12 Jun. — Vitko de Turowicz et de Konarzowicz p. e. c. b. P., quia quemadmodum olim Bernardus Gruber de Montibus Cuthnis decem sexag. gr. census annui nudi et perpetui per litteras ciuitatis Montium Cuthnorum vendidit Wenceslao dicto Jurg de Montibus et cum potestate littere, qui ipsam haberet de ipsius voluntate, quam litteram habet Procopius dictus Merman, ciuis de Montibus Cuthnis, deinde dominus Vitko prepositus ecclesie sancti Egidii Pragensis hereditates in Konarzowicz a dicto Bernardo emendo eundem censum litteralem super dictis hereditatibus suscepit, demum vero Vitko de Turowicz predictus a dicto domino Vitkone easdem hereditates in Konarzowiczich emendo in se, eundem censum, 10 sexag. gr. census annui nudi et perpetui suscepit in municione, curia arature cum duabus agriculturis, curiis rusticalibus cum censu et in Wrkoleczi villa toto, quantum ibi habet, cum agris, pratis, siluis, riuis, vineis et omni libertate ad ea pertinente, eundemque censum ipsi Procopio Merman soluere tenetur et debet ac suis heredibus per medium in festo sancti Martini proximi et per medium in festo Pentecostes inde sequenti et sic semper perpetue et in euum oc. Actum a. d. M°CCCC°III°, fer. III post festum s. Trinitatis.

Tab. cur. reg. XX, 128.

O, 3. — 1403, 27 Jul. — Martinus de Kolodieg dictus Rotlew p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Dobrossowiczich, municionem, curiam arature cum duabus agriculturis, villam integram, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, salicibus, piscinis, vinea et omni libertate ad ea pertinente, ac toto, quidquid ibi habet, nihil sibi ibidem reseruando, exclusis 22 sexag. gr. census annui nudi perpetui, quem Procopius Niger de Praga et Johannes de Kluczow habent hereditatibus in predictis, quem eis Petrus infrascriptus et sui

heredes soluere tenebuntur iuxta ipsorum continenciam tabularum, vendidit Petro de Mysslina pro 210 sexag. gr., et fassus est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et fideiussit cum eo Vitus Frawin de Ostrowa, ambo in solidum ꝛc. Actum a. d. M°CCCC°III° fer. III in crastino sancte Anne.

Tab. cur. reg. XXI, 195.

O, 5. — 1403. — Johannes dictus Sstiekna sacre theologie professor, ordinis Cisterciensis professus et plebanus ecclesie in Przemakow Cracouiensis diocesis, Crux institor, et Niepra, ciues Maioris ciuitatis Pragensis procuratores et commissarii ad infrascripta recollende memorie quondam domine Hedwigis regine Polonie ꝛc venientes ad presenciam beneficii Pragensis duas literas patentes vnam serenissimi principis domini Wenceslai, Romanorum et Bohemie regis, et aliam prefate domine quondam Hedwigis regine Polonie exhibuerunt publice et ostenderunt, petentes huiusmodi literas tabulis terre inseri. Tenor autem litere domini regis talis est: Wenceslaus dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Bohemie rex. Notum facimus tenore presencium vniuersis. Inter cetera, que sollicitudinis nostre cura quotidiana et diligenti meditacione reuoluit, illud occurit nostre consideracioni precipuum, qualiter veneraudus orthodoxe fidei nostre cultus ampla occidui orbis extendatur in climata populoque sedenti in tenebris et in vmbra mortis lux adoptata resplendeat ꝛc. Sane pro parte serenissime principis domine Hedwigis regine Polonie sororis nostre carissime oblata nuper maiestati nostre peticio continebat, quod cum ipsa ad propagandam in terris et dominiis suis ac eciam locis conuicinis sacrosanctam fidem katholicam certas personas a partibus Litwanie vel alibi oriundas eligere, ipsasque ad studium ciuitatis nostre Pragensis decreuerit destinare sub eo proposito, ut ibidem sacra facultate theologica cognita, et quantum ipsis ab alto concessum fuerit, realiter apprehensa veritatis doctrinam in gentes illarum parcium, que actenus nec deum norunt nec eius nomen magnificum inuocarunt, debeant fideliter deriuare, ad usus que dictarum personarum studere debencium domum in eadem ciuitate nostra Pragensi nec non ducentas sexagenas census annui prouiderit comparandas, quatenus empcioni domus et census huiusmodi consensum nostrum adhibere, ipsam quoque domum et censum ad usus dictarum personarum approperare, annectere et inuiscerare graciosius dignaremur. Nos prefate sororis nostre precibus utpote racionabilibus et justis benignius inclinati, ...ad hoc, ut prefata soror nostra seu ipsius procuratores pro habitacione personarum huiusmodi studere debencium domum in ciuitate nostra Pragensi Maiori, videlicet aut nouam comparare possint et valeant, consensum nostrum regium adhibuimus et virtute presencium graciosius adhibemus, ipsamque domum cum area et circumferentiis suis ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc ab omnibus et singulis angariis, perangariis, steuris, losungis, exaccionibus, imposicionibus et aliis grauaminibus, quocunque nomine censeantur, exemimus et libertauimus, eximimus et tenore presencium totaliter libertamus, et similiter censum ducentarum sexagenarum precedencium per eandem sororem nostram seu ipsius procuratores in regno nostro Bohemie in bonis tamen liberis sed non feodalibus simul aut successiue comparandum ad usus personarum studere debencium, ut prefertur, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc approperamus, annectimus et incorporamus per ipsas ex nunc in antea perpetuis temporibus juxta disposicionem et ordinacionem supradicte sororis nostre seu procuratorum ipsius habendum, tenendum, et pacifice possidendum, literas quoque per eandem sororem nostram seu ipsius procuratores, tam super domo, quam eciam censu supradicto datas vel dandas, et omnem ipsius seu earum disposicionem ratas habentes et gratas, ipsas regia auctoritate predicta et de certa nostra sciencia approbamus, ratificamus et presentis scripti

patrocinio graciosius confirmamus, mandantes nihilominus vniuersis et singulis baronibus, nobilibus, militibus clientibus, purgrauiis, officialibus, ciuitatum et oppidorum communitatibus et signanter magistris ciuium, consulibus et scabinis Maioris et Noue ciuitatum Pragensium, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, firmiter et districte, quatenus sororem nostram seu ipsius procuratores in empcione domus et census, prefatasque personas studere debentes in possessione domus aut percepcione huiusmodi nequaquam impediant nec impediri per quempiam paciantur, quampocius circa huiusmodi protegant, manuteneant fideliter et defendant, prout grauem indignacionis nostre offensam voluerint arcius euitare. Presencium sub regie maiestatis nostre sigillo testimonio literarum. Datum Prage a. d. M°CCC°LXXXVII° die XX Julii regnorum nostrorum anno Bohemie XXXV Romanorum XXII. Ad relacionem Sigismundi subcamerii Wlachnico de Weitemule. Item tenor alterius litere, videlicet domine Hedwigis regine Polonie talis est: In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam ꝛc. Proinde nos Hedwigis, dei gracia regina Polonie et heres Hungarie regnorum, significamus vniuersis ꝛc, quod considerantes et diligenter dirigentes aciem nostre mentis, quomodo a tempore, quo deo auspice regni nostri in terris nostris Litwanie et aliis conuicinantibus eisdem populus, qui in gehennalis mortis caligine ambulabat, de cecitate perfidie ad lucem, deum verum, dudum inceperit consurgere atque sacri baptismatis fonte in maxima parte iam renatus sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie vnitatem firmiter teneat et eidem faciat obedienciam reuerentem, iamque nonnulli Litwanorum ac aliorum inibi filii sancti spiritus rore perfusi ad scolasticum studium catholicum tamquam ceruus ad fontes aquarum sicientes confluunt et disciplinam docencium eos mansuetissime amplectendo iam quasi modogeniti infantes lac et felix Chananea micas verbi dei, que cadunt de mensa nobilis et opulentissime theologie et in orbe semen eius seminancium concupiscunt, vnde nos . . . . . decreuimus vnam domum et cum hoc ducentas sexagenas gr. ad vsus Lithwanorum dictorum et aliorum in sacra pagina studere volencium in ciuitate Pragensi uel citra comparandas, dummodo serenissimi principis domini Wenceslai, eadem gracia Romanorum et Bohemie regis semper Augusti fratris nostri carissimi, ad id voluntas accederet et consensus. Et quum ipse dominus rex . . . . . ad hoc assensum suum prebuit et consensum per literas suas . . ., nos igitur Hedwigis regina predicta . . . . . literas eius prescriptas per omnia ratas, gratas habentes perpetuo atque firmas eidem d. regi multas pro eo referimus graciarum acciones, cupientesque graciam huiusmodi nobis factam deducere ad effectum ex eo, quia de talibus inibi Prage disponere presencialiter non valemus, constituimus, ponimus et modo, forma, quibus melius possumus, de certa nostra sciencia ordinamus nostros veros, legittimos et indubitatos procuratores, actores, factores, negociorum gestores et nunccios speciales et eciam generales . . . honorabilem et religiosum ac honestos viros, videlicet magistrum Johannem dictum Sczekna fratrem ordinis Cisterciensis, sacre theologie baccalarium, plebanum de Przemankow curie nostre capellanum, familiarem deuotum dilectum presentem et in se onus procuracionis sponte suscipientem, Crucem institorem et Nieproncm ciues Maioris ciuitatis Pragensis absentes tamquam presentes, omnes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed quod vnus eorum inceperit alter prosequi, mediare valeat et finire, dantes et concedentes virtute presencium eisdem procuratoribus nostris et eorum cuilibet plenum mandatum et omnimodam potestatem domum et censum annuum predictos emendi, comparandi, exsoluendi, ordinandi, disponendi, procurandi, personas studere debentes recipiendi, admittendi, destituendi et si necesse fuerit iterum restituendi, domum huiusmodi regendi, tuendi, reparandi, disponendi, censum predictum leuandi, quietandi, de eo disponendi, conuertendi, agendi, differendi, libellum seu libellos aut alia quecumque jura, argumenta seu documenta offerendi, offerri videndi ꝛc, promittentes tenore presencium omnia et singula rata, grata atque firma perpetuo

tenere et irreuocabiliter obseruare, quecumque per memoratos procuratores nostros aut eorum alterum uel substitutos ab eis acta, facta, procurata seu ordinata fuerint in premissis .... Datum Cracouie die decima mensis Nouembris a. d. M°CCC°LXXXXVII° per manus honorabilis Alberti Jastrziambecz Guesnensis et Cracouiensis ecclesiarum scolastici, cancellarii aule nostre, fidelis dilecti. Post quarum literarum exhibicionem prefatus Crux ciuis protestatus fuit, quod ipse ex commissione prefate d. Hedwigis regine vt procurator suus legitimus de consensu, voluntate, scitu et conniuencia predictorum magistri Johannis Sczekna et Niepronis certos redditus annuos, videlicet in et super bonis in Paczow a Hinkone dicto Tluxa sedecim sexagenas gr. prag. census et redditus annui nudi et perpetui in et super bonis in Colodieg decem sexag. emptas a Martino de Colodieg; item super bonis in Zaluzan octo sexag. emptas a Nicolao magistro in artibus de Zaluzan; item super bonis in Nynonicz septem sexag. emptas a Nicolao de Orzech, illas scilicet sexagenas tollet Gitka mater magistri Johannis Ssczekna ad tempora vite sue, ea decedente tunc magister Johannes Sczekna similiter ad tempora vite sue et consequenter studentes, prout huiusmodi census et contractus distincte et diuisim a quolibet venditi in tabulis terre sunt conscripti et intabulati. Vnde idem Crux de voluntate et mandato dictorum comprocuratorum ad hoc consenciencium et volencium prefatos omnes et singulos census annuos in eo pleno jure, sicut ipsemet habuit et tenuit et prout lacius in terre tabulis sunt descripti, prefato magistro Johanni Sczekna, qui officium regiminis studentum huiusmodi in domo in futurum pro ipsis ordinandam, ut litere testantur, per se uel per alium exercebit de voluntate et scitu Niepronis comprocuratoris deputauit et de eisdem censibus in eo jure, prout solus habuit et tenuit, condescendit, ita et taliter, quod idem magister Johannes Ssczekna uel suus procurator, quoad vixerit, aut eo cedente vel decedente ipsius legittimus in eodem loco et officio regiminis studentum successor huiusmodi census sic emptos et comparatos sic et taliter, prout ipse Crux institor faceret et facere posset, tolleret, reciperet, haberet, teneret, impigneraciones solitas et dominaciones in non solutis et retentis censibus, quociens et quando opus fuerit, faciendo et cauendo pro jure beneficii, ita et quemadmodum ipse Crux vigore tabularum et contractuum huiusmodi per se facere potuisset et debuisset, ita tamen et taliter, quod prefatus magister Johannes Sczieknа aut suus procurator omnes et singulos census iam emptos et intabulatos, ut prefertur, et deinde super consensu regio prescripto emendos et comparandos possit et deberet exigere et recipere ac tollere et leuare, et eosdem conuertere pro arbitrio sue voluntatis. Post mortem vero Johannis Sczekna successor suus legittimus predicta facere et inter studentes et scolares, qui in domo super hoc emenda morabuntur, distribuere et dispensare tenebitur et debebit iuxta modum, formam et ordinem, qui in literis ereccionis rectoris studentum huiusmodi et dispensacionis domus et curie, prout lacius ibidem describetur, renuncians idem Crux omni jure suo, qui sibi in huiusmodi censibus cum filiis competere posset et transferens huiusmodi census directo dominio et jure possessorio in prefatum magistrum Johannem Sczieknam et eo cedente uel decedente in ipsius legittimos successores dicte domus et studentum rectores per ipsum Crucem et suos procuratores erigendos et creandos, ita et taliter, prout in literis ereccionis huiusmodi et dispensacionis domus predicte et literis auctorisacionis ordinacionis super hiis fiende lacius poterit apparere. Super quo eciam fuit nunccius ad tabulas Johannes de Michalowicz dictus Michalecz, referens ex parte d. Sigismundi regis Hungarie et regni Bohemie gubernatoris, quod ad premissa omnia et singula suprascripta idem d. rex et gubernator suum graciosum consensum prebuit et beniuolam uoluntatem. Actum fer. IIII ante Laurencii a. d. M°CCCC°III°.

Tab. cur. reg. III, 170. Talmberg. 324. Cruciger. Dipl. arch. Mus. Boh. dat. a. d. 1434, 16 Jan. Riegger, Materialien VI, 205.

O, 15. — *1403, 30 Sept.* — Wylem de Vgezdcze p. e. c. b. P., quod in hereditate sua, in Wlkawie sex sexag. gr. census cum curiis rusticalibus, in Vgezdezi curia arature dicta Tupczowsky vna sexagena gr. census cum curiis rusticalibus et in Wodieradiech 4 sexag. gr. census cum curiis rusticalibus, agris, pratis, siluis, riuis, fluminibus et omni libertate ad ea pertinente, domine Margarethe yxori sue centum et octuaginta sexag. gr. dotauit et nomine dotis assignauit, et ei de dicta hereditate ad graciosam dotalem obligacionem in dictis pecuniis condescendit. Et Jaroslaus de Vgezdcze frater ipsius indiuisus ad hanc dotem suum prebuit consensum. Actum a. d. M°CCCC°III° dominico in die sancti Jeronimi.

Tab. cur. reg. XXI, 160.

O, 25. — *1403.* — Katherina relicta Cunadi de Sulewicz dedit ecclesie in Hradczano ...

Talmberg. 314.

O, 29. — *1403, 27 Nov.* — Niclinus de Orzech et de Suchdol p. e. c. b. P., quod censum suum, videlicet quadraginta et tres sexagenas gr. census annui nudi et perpetui, quem habet in hereditatibus olim Smilonis dicti Flasska de Rychmburgk in Rowny, curiis rusticalibus soluentibus septuaginta et quinque sexagenas gr. census annui, et si quid ibi deficeret, hoc suppleri debet in aliis hereditatibus de dominio ad Rychmburg pertinentibus, videlicet in Laziczi, in Radniczy, in Woytiechowie et in Rana, villis, curiis rusticalibus cum censu, ita prout eidem Smiloni ab Otta de Bergow tabule testantur, in hereditatibus propinquioribus ad Rychmburg pertinentibus, ita quod ad plenum dicte quadraginta et tres sexagene gr. census suppleantur, in omni eo jure et expressione, prout eidem Niclino forum et tabule ab ipso Smilone testantur, vendidit Mathie dicto Reyskitl ciui Maioris ciuitatis Pragensis et suis heredibus, pro quadringentis et triginta sexagenis gr., et fassus est, se easdem pecunias ab eo plene percepisse, et ei de dicto censu hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet tantum ꝯc. Quem quidem censum possessores dictarum hereditatum ei soluere tenentur et debent per medium ꝯc. In casu vero, si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non soluerent ꝯc. Actum a. d. MCCCCIII fer. III post Katherine.

A. d. MCCCCIIII° fer. III ante Galli [14 Oct.] Mathias Reyskytl hic contentus cum camerario Przechone dominatus est in hereditatibus olim Smilonis in Rowny et aliis omnibus bonis et villis in presenti foro nominatis ob non solucionem census sancti Georgii proximi preteriti pleno jure. Relacio eiusdem camerarii.

Item a. d. M°CCCC°V° feria V ante Galli [15 Oct.] Mathias, qui supra, cum camerario Jacobo dominatus est in hominibus suprascriptis in foro nominatis in censu sancti Georgii preteriti pleno jure. Relacio eiusdem.

Item a. d. M°CCCC°XVII° fer. VI post Johannis Baptiste [25 Jun.] Arnestus filius olim Reyskytlini cum camerario Mauricio dominatus est in hereditatibus Arnesti Flasska de Rychmburgk omnibus in foro contentis et in aliis hereditatibus omnibus ad Rychmburgk pertinentibus in censu sancti Georgii proximi preteriti pleno jure. Relacio eiusdem; sed nihil receptum.

Tab. cur. reg. XX, 135.

P, 1. — *1403, 29 Nov.* — Henricus dictus Berga de Duba et de Jablonnych p. e. c. b. P., quod hereditatem suam in Herarticzich et in Struzniczy, municionem, curiam arature, curias rusticales cum censu, agris, pratis, siluis, riuis, piscinis, molendinis, fluminibus, montibus, vallibus et omni libertate ad ea pertinente ac totum, quidquid ibi habet, in eisdem metis et gadibus, sicut solus tenet et habuit, nichil sibi ibidem reseruando, vendidit Hynkoni de Erkerzicz alias de Struznicze pro 70 sexag. gr., et fassus est, se easdem pecunias ab eo

plene percepisse, et ei de dicta hereditate hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et cum eo Hynko de Dube et de Milsstein et Henricus de Dube alias de Hradku dictus Wanick, omnes in solidum ꝛc. Actum a. d. M°CCCC°IIII° fer. V ante primum Aduentum domini.

Tab. cur. reg. XXI, 50.

P, 13. — *1403, 28 Dec.* — Andreas dictus Ssefrau de Biele p. e. c. b. P., quod iu hereditate sua in Arnosstowiczich, villa integra, curiis rusticalibus cum censu, agris, pratis et omni ꝛc septem sexag. gr. census annui nudi et perpetui vendidit discretis dominis vicariis minoribus quatuordecim ecclesie s. Petri Wyssegradensis, ipsi ecclesie, et eorum successoribus, perpetue et in euum pro quinquaginta et octo sexag. gr., et fassus est ꝛc, et eis de dicto censu hereditarie condescendit. Disbrigare debet ipsemet vendens et fideiussit, et cum eo Przibiko dictus Tluxa de Boziegiewa, ambo in solidum ꝛc. Quem quidem censum eis soluere tenetur et debet per medium ꝛc. In casu vero si aliquem censum in aliquo dictorum terminorum termino non solueret ꝛc. Super quo habetur consensus regius prius tabulis terre annotatus. Actum a. d. MCCCCIII [1], fer. VI in die Innocentum.

Tab. cur. reg. XV, 123. — [1]) Ms. h. 1407.

P, 15. — *1404, 5 Jan.* — Mikuláš z Hazmburku p. že dědictví své v Radovesicích celú ves, dvory kmetcí s úroky, s rolemi, s lukami, s lesy, s chmelnicemi i se vší svobodú k tomu slušející i to věčcko cožkoli tam má, nic sobě tudíž nepozuostavuje, kromě lúky pode vsí řečenú Radovesická, prodal Vilémovi z Hazmburku za 300 a 50 kop gr., a seznal se jest, že peníze úplně od něho vzal jest a jemu z svrchupsaného dědictví dědičně stúpil. Spraviti má týž prodávač a s ním kněz Zbyněk arcibiskup Pražský, oba společně ꝛc. Stalo se leta buožího M°CCCC°IIII° v sobotu u vigilii Buožího křténí.

Tab. ter. CCL, M, 4. Paprocký, O stavu panském, 78.

. . . — *1404, 7 Jan.* — Wenceslaus dei gratia Romanorum et Boemie rex de plenitudine maiestatis sue et de speciali gratia Johanni de Dubnyan cum orphanis olim Smylonis de Tussowycz et eorum hereditatibus habitis vel habendis, dedit et dare potuit veram vnionem, ita quod fecit eum cum dictis orphanis verum vnitorem seu hromáždníka. Nunccius ad tabulas Boczko de Podyebrad, referens eadem, a domino rege specialiter delegatus. Actum a. d. millesimo quadringentesimo IIII°, fer. II post Epiphaniam domini.

Tab. cur. reg. XIV, 112.

S, 12. — *1404.* — Katherina relicta Cunadi de Sulewicz dedit ecclesie in Hradčzano . . .

Talmberg. 313.

X, 30. — *1404.* — Každá kopa platu výše se ani níže neodhaduje než v desieti kopách grošóv, a to českých; strych žita ve čtyrech grošiech, strich ovsa ve dvú grošiech, dvě slepice za groš, kopa vajec za jeden groš, roboty den ve dvú grošiech, podacie kostelnie každé v desieti kopách grošiech, dědiny, lúky, lesové, potoci, rybníci tak se odhadují, jakž v kterém kraji platie, níže nebo výše, na lány nebo v každém kraji na obyčejné míry.

Všehrd, 19. Nálezové, 221.